ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΟΚΤΩ,

HERODIANI HISTORIARVM LIBRI OCTO,

E RECENSIONE
HENRICI STEPHANI,

CVM
VARIETATE LECTIONIS
TRIVM CODICVM MSS.,
NOVA BERGLERI VERSIONE,
NOTIS VARIORVM
ET
INDICIBVS VERBORVM AC RERVM,

CVRANTE
THEOPHILO GVILIELMO IRMISCH,
ART. MAG. LIPS. GYMNASII PLAVIANI RECTORE.

TOMVS QVARTVS.

LIPSIAE,
SVMTIBVS E. B. SCHWICKERTI,
CIↃIↃCCCV.

LECTORIBVS.

Abſolvi ergo tandem aliquando opus Herodianeum, adiutus cum favore dei in primis, per tot laborum annos ſuſtinentis et vigorem mentis et corporis vires, nominatim que oculorum aciem, tum etiam ope hominum varia. Quae quidem animi pii grati que ſignificatio, in fronte hic Praefationis propoſita, ut eſt aliena ab omni iactatione pietatis, et modo debitum ſolvit ſenſum que promit e beneficiorum vel magnitudine vel multitudine, vel longitudine atque diuturnitate, ita nec indecora mihi putabitur a bene ſentientibus, nec ingrata prorſus vel legentibus, qui nihil beneficii contulerunt, ſed mecum acceperunt ſimul aliquid tamen quodam modo, fruendis quidem iis, quae per aliorum benevolam operam dedimus ac congeſſimus. Sed his, qui conſcii ſunt ſibi ſuae benignitatis, quanquam proprie non exſpectant, credo, commemorationem beneficiorum hanc, ſcripto prolatam, contenti per ſe animi recordatione grata tacita que cogitatione benevolentiae, his igitur tamen debeo hunc honorem, quod quibusdam tum nihil rependere potui, quam exemplum ſingulorum Tomorum, tum ne hoc quidem, quamvis promiſiſſem et ſperaſſem ab initio, me tale exhibiturum munusculum atque repraeſentaturum. Priori enim huius generis liberalitate fontem exhauriens, nec in domeſticis anguſtiis reperiens ſupplementum, abstinere porro cogebar, non de induſtria adeo vanus promiſſor in iſtam partem.

Legentibus vero et utentibus Operis Voluminibus his quarto quinto que ſuppeditantur a me plura ſimul haec:

I. Politiani interpretatio, emendata illa et expleta, ex editione Sylburgii, cum eiusdem que et Stephani ac Memmii ſub textum caſtigationibus, (p. 1 — 134.) — non tantum, ut cum nova Bergleri conferri queat volenti, ſed etiam multo que magis, quod conſpirat partim cum MSS. noſtris, et certis in locis pro Codice aliquo ad textum conſtituendum valere poteſt, quae non eſt mea ſolius ſententia, ſed et aliorum.

II. Pauli Voeti in Herodiani Marcum et Commodum imperatores Notae, (p. 135 — 190.) — non quo intelligentia verborum ac rerum ſcriptoris noſtri multum iuvetur, ſed quod in notione Principis editionis, quam moliebamur, ineſſe videretur, ut Notae non abeſſent veteres, quae per ſe continent boni aliquid.

III. Harleſii, V. Cl. coniecturae in quaedam Herodiani loca, per epiſtolam benevole mecum communicatae (p. 190.)

IV. Excurſus ſuper luſu verborum ad varia Herodiani loca (p. 191 — 194.)

V. Tabula chronologica in hiſtoriam Herodiani (p. 194 — 195.)

VI. Chronologia in Herodiani hiſtoriam, ex edit. Patav. ad ſiniſtram quidem, ſed ad dextram comparata illa ex Reimar. edit. Dion. Caſſ. (p. 196 — 206.)

VII. Genealogiae in Herodiani hiſtoriam ex edit. Patav. (p. 206 — 218.)

VIII. Nova Addenda et Emendanda ad tomum tertium (p. 219 — 228.)

IX. Teſtimonia et judicia de Herodiano (p. 229 — 236.)

X. Commentarius de tribus codd. manuſcriptis (p. 237 — 329.)

IRMISCHIO VIRO DOCTISSIMO IO. A. ERNESTI S. P. D.

Accepi, quae mihi legenda miſiſti, ut Tibi dicerem, quid eſſem auctor, utrum ea in publicum proferenda putarem per typographorum formulas, an premenda. Legi ergo, in primis orationem: intellexi que eam, quoad quidem ego iudicare poſſum, recte laudatam eſſe: ſed quod ad edendi conſilium pertinet, haereo ſane, ſed tamen magis inclino ad premendi quam ad edendi partes. Non dicam, orationem eſſe vernaculo ſermone ſcriptam: quanquam et hic eſt,

quod dubitationem faciat in Rectore Scholae, a quo latina magis exſpectantur. — Ego vero velim Te prodire aliquando in lucem ut virum graece et latine doctiorem vulgo. Id quid ſit mea ſententia, non ignoras. Ita commendabis ingenium doctrinam que Tuam doctis viris, Tibi que viam patefacies ad maiora, i. e. ad locum, ubi magis explicare doctrinam et prodeſſe literis poſſis. Bene vale Vir doctiſſime, mihi que cariſſime. Scr. d. XII Oct. LXIX.

IRMISCHIO V. D. S. P. D. IO. AVG. ERNESTI.

Tandem intervallo negotiorum aliquo facto, Tibi, literisque Tuis reſpondendum eſt. Neque enim alia cauſſa eſt tarditatis, quam negotiorum multitudo. Et Tu, Cariſſime Irmiſchi, primus es, cui in hoc otiolo reſpondeo.

Gaudeo, Te conſilium meum ita accepiſſe, ut a me erat ſcriptum. Tanto confidentius alterum conſilium ſuper propoſito Tuo explico. Ac primum, quod e Tragicis tribus illis fabulas ſingulas animadverſionibus Tuis inſtructas edere cogitas; non improbo quidem omnino: ſed primum iam habemus talem Chreſtomathiam Tragicam Gottingae ante plures annos de conſilio Gesneri editam ab Eyringio: quae ſucceſſum non habuit: deinde non eſt inſtitutum ſatis populare ac plauſibile, neque apud ſcholarum magiſtros, neque apud eruditiores. Et ſi Tu iam demum ad iſtas fabulas tractandas acceſſeris, non profecto poteris brevi tempore aliquid efficere, quo Te nomen que Tuum commendes latius, hoc eſt, pluribus e vario genere doctrinae et literatorum. Sunt praeterea multa multis libris in has fabulas notata, emendata etc. quae Tu tam brevi tempore cognoſcere non poteris, fiet que, quod nuper mihi ſcripſit Valkenarius de Moro, eum nimis feſtinaſſe, nondum cognitis aliorum doctorum Virorum obſervationibus, eam que ob cauſſam imperfectum opuſculum prodidiſſe. Sed haec non ſcripſi, ut conſilium illud Tuum plane abiici velim: ſed ut res per otium tractetur, et aliquid perfecti elaboretur.

Ego igitur Tibi hoc conſilii dederim, quod et expeditius ſit et ad rem Tuam propius ac celerius valeat. Scis, Leisnerum noſtrum voluiſſe edere Herodiani hiſtoriam. Conſi-

lium id ei ante permultos annos ſubiecit verſio Bergleri elegans et preſſior Politianeâ, quae in editis eſt. Eam verſionem acceperat primum ab Ludovico, qui libros ſcriptos Menkenii, Burcardi, emerat. Sed hanc verſionem, cum iis, quae ipſe collegit per plures annos, cum edd. vett. habet filius eius, Tibi non ignotus. Ab eo impetrabis, ut eas chartas Tibi cedat, ut que Tu patris obſervationibus ſub eius nomine edendis addas, quae vel ad textum, vel ad res, vel ad verba prodeſſe videantur. Ita facile invenies librarium, qui redimat, et erit opus ſane vendibile. Ego vero apud Leisnerum, ſi ad ipſum ſcripſeris, et ut hac de re me conſulat, facile efficiam, ut Tibi iſta cedat, et ea re etiam nomini parentis conſulat.

Quia ſpero, Tibi conſilium non diſpliciturum, nunc quidem non neceſſarium arbitror mittere librum, quem petiſti, alias paratum ad uſus Tuos. Bene Vale V. C. et me, ut facis, ama. Scr. Fer. II. Nat. D. N. I. C.

VIR CLARISSIME ATQVE DOCTISSIME.

Accepi literas Tuas, ex quibus libenter cognovi, quam aſſiduus ſis in Herodiano expoliendo. De verſione Bergleri vel explenda vel emendanda nihil melius ſcio, quam Tu ipſe putas fieri oportere. De collatione Veneta nihil ſpero. Nam et me in Callimacho ſpes et promiſſa fefellerunt. Dione Caſſio ipſe carere non poſſum, qui iam in Tacito iterum caſtigando laboro. Nec eſt quod Tu inde ſperes auxilii. Fabricianae notae ſunt fere mera collectanea hiſtorica, antiquaria, non criticae animadverſiones, in quibus etiam aliorum ſcriptorum loca emendentur. Itaque nec Index eſt additus eo pertinens. Omnino videris mihi nimis laborare in opere Tuo. Rem Tuo Marte gere, et noli diu nimis moliri. Vale, Optime Irmiſchi, et res Tuas omnes age feliciter. Iterum Vale. Scr. d. X Ian. LXXII. Tui ſtudioſiſſimus I. A. Erneſti.

VIRO CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO IRMISCHIO IO. AVG. ERNESTI S. P. D.

Ignoſce ſeni aerumnoſo a nimia occupatione, cum tam raro ſcribit, praeſertim a Te conſultus. Admonitus

iterum heri tandem rescribo paucis. Instituta Tua, quae in tabella descripsisti, accommodate, quantum fieri potuit ad rationes publicas, probo (Miseram autem seriem et ordinem lectionum, in schola nostra tractandarum e lege et disciplina scholastica, denuo publicata). Omnino Tibi et Tui similibus non est scripta illa institutio publica. Bonus doctor, ut dixi, cum mihi iste labor imponebatur, est optima lex docendi.

Quod de absoluta Herodiani recensione scripsisti, iucundum fuit. Fac igitur, ut eum e manibus dimittas, ne Te taedium talis laboris capiat, quem mihi visus es ipse sine causa molestiorem Tibi reddere. Vale, et me, ut facis, ama. Scr. d. 26 Iun. 1773.

IRMISCHIO SVO S. D. P. MARTINI.

Confectis negotiis et multis, et taedii plenis, quae mea a me sparta adhuc postulabat, ad TVAS, Vir Doctissime atque Amicissime, litteras, pridie Cal. Febr. datas, paucis, quae opus videntur, rescribam. Non sine mira animi voluptate ex eis, quas dico litteras, intellexi, excerpta mea ex Cod. Monachiensi, TIBI non solum recte reddita fuisse, sed etiam exspectationi TVAE prorsus satis fecisse. In quo laborem studiumque meum ubi aliis viris eruditis non minus, quam TIBI, probatum iri posthac intelligam, habebo sane, cur mihi gratuler, TIBI que gratias habeam, quod hoc in negotio procurando opera qualicunque mea uti volueris. Interim scire TE velim, me libenter et haec fecisse, et plura facturum, quibus tum meam erga TE amicitiam testificari, tum artes liberales quodammodo adiuvare possim. Quo studio qui non movetur, is, me iudice, nec amici, nec viri eruditi nomine dignus est. Vnde et reliqua, quae scire aves, illico perscribam.

De ipso Cod. MS. cuius lectionem discrepantem ad TE transmisi, haec exponam, necesse est. Nimirum is est membranaceus, triginta foliorum, plane sic, ut in libris nostris, quos formae quadripartitae, huiusque maximae, dicimus, complicatorum, itaque consutorum, ut tres quasi fasciculos, quorum quisque decem folia complectitur, efficiant. In singulis cuiusque folii columnis versus scripti sunt, minimum, duodequinquaginta, saepe etiam quinquaginta tres; praeterquam omnium postrema, in qua non nisi unus et viginti

verſus reperiuntur, ita, ut reliquum ſpatium, prorſus vacuum, ne τέλος quidem, aliudve finiendi vocabulum prae ſe ferat. Ex quo intelligi poteſt, libri, ab hoc verſu, eodemque minio ſcripto: Ἡρωδιανῦ ἱσοριῶν πρώτη inchoantis, litteras eſſe admodum nitidas et minutas; quin editionis Stephanianae typis haud raro minores. Earundem ductus ſimiles fere ſunt typorum, quibus libri exeunte Sec XV. et incunte XVI. impreſſi ſunt, ductibus et quaſi lineamentis: ut, γ pictum eſt hoc modo Γ, δ plerumque Δ, σ, in fine potiſſimum c, ω vero ∞ cet. Deinde complura in Cod. occurrunt litterarum compendia, eodem fere modo flexa et connexa, quo ſunt ea, quae Stephanianus liber prae ſe fert: in primis vero in primo cuiusque columnae verſu ſaepe tres litterae, altera ſuper alteram, collocatae cernuntur. Cuiusmodi ſyllabarum compendia faciunt, ut plura vocabula ſint lectu difficiliora; et plane ambigua, quorum exempla quaedam in his excerptis reperiuntur. Vnumquodque fere iota habet duo quaſi διαιρέσεως puncta ſupra ſcripta; contra vero iota ſubſcriptum per integrum librum non offendi. Quod ad vocabulorum accentuationem attinet, encliticam τε, paroxytonum ſequentem, gravi, qui uſurpatur, ſemper notatam obſervavi: quam ſcribendi rationem Fiſcherus, V. Celeberr. in animadverſionibus ad Welleri Grammaticam, rectiorem, quam quae alioquin uſitata, et huic anteponendam, reor, eſſe contendit. Vt paucis dicam, ex ſignis Cod. MS. omnibus, nimirum, membranae, adhuc recentis et albae, pulcritudine, ex iucunda litterarum nigritie, ex ductuum et lineamentorum ſimilitudine, quae inter codicis huius litteras, atque typos eſt eos, quibus libri Sec. XV. et XVI. impreſſi ſunt, effici cogique poſſe arbitror, Cod. MS. annorum fere CCC eſſe. Quin cum Vir Illuſtris et Generoſiſſimus a Lippert me certiorem fecerit, hunc Cod. MS. una cum duobus aliis, Alberto, Duci Bav. olim donaſſe Ioachim. Camerarium; cumque hunc codd. gr. complures manu ſua deſcripſiſſe ex hiſtoria ſatis conſtet: mihi certe hunc, de quo quaeritur, codicem ab ipſo Camerario deſcriptum eſſe, admodum credibile videtur. Quam coniecturam meam ſi quis fundamento niti credat nullo: hoc tamen affirmare auſim, ipſum codicem vix centum annos vetuſtiorem eſſe Camerario. Quae utcunque ſint, aut exiſtimentur, liber ipſe e codice vetuſtiori, eoque optimae notae, fluxerit, eiusque librarius, ſumma cura et animi contentione in eo deſcribendo verſatus ſit, oportet, eo, quod univerſus liber, (ſi a paucis praetermiſſis, quae in excerptis

notavi, difcedas) recte prorfus, munde, venufte, eleganterque fcriptus eft. Idem lectiones complures fuppeditat, vulgata haud dubie meliores atque probabiliores: quas TV, Vir Clariffime, in excerptis meis legendis comparandisque facile obfervabis. Idem etiam haud raro, commatum loco, puncta exhibet: haec ipfa vero vocabulis interdum aliis, quam in editt. vulgaribus, adiecta, ita, ut ea fic aut coniuncta, aut feiuncta, fenfum habeant rectiorem, magisque verifimilem. Oratio cuiusque libri in capita, aut alia fegmenta, non divifa, plane cohaeret: ipfo autem libro finito, verfus inchoatus quidem, non eft completus, fed vacuus relictus. Quo facto, fequentis libri infcriptio, minio exquifito nitidoque picta, verfum fingularem inchoat, neque tamen femper complet. In margine nonnunquam exftant litterae rufae, eaeque maiufculae, ad ipfam orationem pertinentes: ita tamen, ut vocabulum eiusmodi littera rubra inchoatum, raro novam inchoët periodum. Quin huiusmodi litteram aliquoties vidi mediam effe vocabuli, ad quod pertinebat. Qua caufa permotus haec fecerit librarius, equidem videre nequeo. Ceterum, quanta fieri poterat, cura animique attentione in hoc labore verfatus, qualemcunque varietatem, quin manifeftos librarii lapfus, adnotavi: id quod TV, facta comparatione, perfacile intelliges. Atque haec funt, quae de ipfo Cod. MS. vere dicere poffum.

Quae de primi libri titulo fcire avebas, ea iam exftant in ipfius Cod. defcriptione, ubi librum ab hoc verfu, eodemque minio fcripto: Ηρωδιανȣ ἱϛοριῶν πρώτη inchoari dixi. Vnde haec in lectionis varietatem transfcribere potes.

Ingolftadienfem editionem duplicem, alteram a Pl. Reverendo et Doctiffimo Lancelloto, Benedictino, mecum communicatam, alteram in Gymnafii noftri bibliotheca exftantem, tractavi, et comparavi etiam. Prior eft ea, quam TV ipfe in litteris fuperioribus, fero tandem mihi redditis, defcripfifti; quamque *excudebat David Sartorius Anno* M. D. XCIII. cum qua pofterior plane convenit, praeterquam quod poft *Ingolftadii*, legatur: *ex typographeo Adami Sartorii, Anno* M. DCVIII. Primi folii columna averfa itidem vacua eft. In confequentis folii columna adverfa, quae perperam ternario fignata eft, cum eius averfa binarium prae fe ferat, eadem verba, eoque ordine leguntur, quae, et quo, in eodem prioris editionis folio, exftant. Pagina igitur fecunda incipit textus graecus, e regione cuius eft latina verfio, neque tamen typis expreffa, ut facta eft a Po-

litiano, ſed a Stephano emendata; cuius verba prima haec ſunt: *Plerique eorum, qui in congerenda hiſtoria tempus atque operam poſuerunt*, cet. Numerus foliorum utriusque editionis, idem prorſus eſt; ſiquidem tam textus graeci, quam interpretationis latinae verba ita ſunt impreſſa, ut in quaque editionis poſterioris columna tot exſtent, quot in ſingulis prioris columnis reperiuntur: unde textus graecus explicit p. 400, ſubiecto vocabulo ΤΕΛΟΣ, verſio latina finit p. 401. et in his quidem verbis: *cum facultate ſuperiorum*. Sequens columna, prioris quidem editionis, *Errata* ante oculos ponit, poſterioris contra, prorſus vacua eſt. Quae duplex editio quamvis externa ſpecie conveniat, eſt tamen etiam, quo altera ab altera magnopere diſcrepet. Prioris typi ſunt elegantes, nitidi, et adhuc acuti; poſterioris contra obtuſi, attriti et ſordiduli: textus illius graecus eſt ſatis accuratus et correctus; huius vero, erratis compluribus commaculatus; ut, p 1. lin. 12. eſt ἀλυθείας, pro ἀληθείας, p. 6. l. 15. ὑπόκοον pro ὑπήκοον; ib. l. 24. ὅντα, pro ὄντα, quod et in priori eſt; p 8. l. 8. poſt τυράννου eſt punctum, in priori comma ſaltem; ib. l. penult. poſt αὐτῷ, deeſt punctum, et l. ult. κυμαίνουσαν, pro κυμαίνουσαν, p. 10. l. 4. poſt ἤρξατο, exſtat punctum, prior habet comma; l. 5. ἀχθέσθαι pro ἄχθεσθαι, l. 12. ὑμῖν σε, pro ὑμῖν τε, quod in utraque falſum eſt, l. 18. ἑνὸς ἐμοῦ pro ἑνὸς ἐμοῦ, uti et in priori; l. 23. πόδον, pro πόθον. p. 12 in lineis quinque primis deſiderantur ſigna, quibus imperatoris oratio notata eſt. p. 16. l. 8. poſt ἀνδραγαθίᾳ habet comma ſaltem, uti etiam p. 18. l. 19. poſt τὴν ἐπιθυμίαν. p. 20. l. 1. ἐκεὶ pro ἐκεῖ, et l. penult. ἀπαλλαγεῖν, pro ἀπαλλαγεῖεν prioris. p. 22. l. 22. poſt ἀκμῇ deſideratur punctum. p. 24. l. 10. poſt χρώμενος habet punctum, non colon prioris; l. 26. in τα deeſt gravis. p. 26. l. 11. poſt νομίζουσα, habet punctum. Perperam. l. 17. ὀλέθρια, pro ὀλέθρια. p. 34. l. 9. μείζοντι pro μεῖζόν τι, l. 16. χῶραν, pro χώραν; p. 36. l. 1. αὐτῷ pro αὐτῷ, p. 38. l. 15. αὐθελκόντων, pro ἀνθελκόντων, l. 17. ἐκθειασθῆναι pro ἐκθειασθῆναι. p. 40. l. 16. δικαστηρίων, pro δικαστηρίων. p. 44. l. 2. ἀγγέλλεσθαι, pro ἀγγέλλεσθαι, l. 13. ἀνήρου, pro ἀνήρου. l. 17. οὐδενός, recte, ubi prior male οὐδενὸς. p. 46. l. 1. ἀλλ' ἢ, pro ἄλλ' ἤ. p. 48. l. 12. κατελθὼν, recte, ubi prior minus recte κανελθὼν. p. 50. l. 11. κεκοσμημένον, pro κεκοσμημένων; l. 14. αὐτοῦ pro αὐτοῦ. p. 52. l. 8. ἐκείνους, pro ἐκείνου; l. 14. αὐτὸν, pro αὐτὸν. p. 54. l. 4. φήμεις, pro φήμης; l. 11. ἡμέρας, pro ἡμέραι; l. 25. γραφεῖς, pro γραφαῖς. p. 56. l. 23. οὐ προεχώρει, quod οὐ in priori deſideratur. p. 58. l. 9. ἐκκληθέντα, pro ἐκβληθέντα.

p. 62. l. 12. δεδοκυῖα, pro δεδοικυῖα; l. 15. αὐτὸν, pro αὐτό. p. 64. l. 6. φάρμακον, pro Φάρμακον; l. 10. οἴνῳ recte, ubi prior male οἴνῳ. Errata plura, eaque minora transſcribere piget. Haec, ex libro primo duntaxat deſcripta, poſteriorem ex priore fluxiſſe, hanc tamen illa multo praeſtantiorem eſſe, ſatis demonſtrant. Ceterum, num prior e Stephaniana, quod mihi videtur, fluxerit, prorſus affirmare non auſim.

Praeter priorem Ingolſtadienſem, ab eodem Viro Pl. Reverendo et Doctiſſimo, accepi etiam Baſileenſem, formae quidem minimae editionem. Libelli titulus eſt ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ἹΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Η. *Herodiani a Commodo Marci filio ad Maximum usque et Albinum Imperatores Hiſtoriarum libri VIII. Baſileae*; ſine anni et editoris mentione. Pag. 3. incipit textus gr. idemque ſolus ſine verſione, qui continuatus eſt usque ad p. 443. et vocabulo ΤΕΛΟΣ finit. Libri primi inſcriptio haec eſt: ΗΡΩΔΙΑΝΟΥ ΤΗΣ μετὰ Μάρκον Βασιλείας, Βιβλίον πρῶτον. Quae editio utrum TIBI nota ſit, ignoro. Equidem pauca de illa commemorabo. Textus Gr. typis eſt impreſſus nullis plane capitum ſectionibus, quin ne Stephanianis quidem, adhibitis: ibi ſaltem, ubi cuiusquam oratio incipit, haec a reliquo orationis contextu ſeparatur hoc fere modo: ut, p. 11. Δημογορία τȣ̃ βασιλέως Μάρκȣ, item p. 15. δημογορία Κομμόδȣ, p. 320. Δημογορία Ἀλεξάνδρȣ τȣ̃ τῆς Μαμαίας κ. τ. λ. Praeterea commata, cola, puncta ſaepe vocabula ſequuntur alia, quam in reliquis ſolent; unde ſenſus nonnunquam mutetur, neceſſe eſt: ſigna vero parentheſeos occurrunt plane nulla. Obſervavi etiam lectionem hic, illic, diſcrepantem, vel errata potius: ut p. 6. l. 19. γαμβρȣ̀ς αὐτῷ, ubi alii libri habent αὐτῷ. ego quidem illud praeferrem. p. 7. l. 2. ἔμελλεν, pro ἔμελεν. p. 8. l. 1. ἔθνη Βάρβαρα, pro μέρη βαρβάρȣς. p. 9. l. 10. ante ἡδονὰς deſideratur καινάς. p. 10. l. 2. ὑπόγυιον, pro ὑπόγυιον. p. 12. l. 6. ἀνεθρέψαθαι, pro ἀνεθρέψαθε. p. 11. l. 1. αὐτῶν, pro αὑτῶν; l. 12. παρῶν, pro παρών. Interim plura transſcribere, vel de ea in univerſum ſtatuere, operae pretium vix videtur. Hoc unum ſaltem addam, dictionem encliticam τε, poſt paroxytonum, plerumque, nec tamen ſemper, gravi notatam eſſe in hac editione Baſileenſi, plane ſic, ut in MS. Monachienſi: ut, p. 1. l. ult. κολακείαν τὲ. p. 2. l. 18. ἐμφυλίων τὲ; p. 3. l. 2. τυράννων τὲ, p. 7. l. 2. λόγων τὲ, ib. l. 9. κωλύων τὲ, l. 11. μόνος τὲ, p. 9. l. 12. ὕβρεις τὲ, cet. contra vero video p. 2. l. 10. μεγάλων τε, p. 3. l. 18. ἡλικίαις τε. Ceterum haec editio typis, ſatis elegantibus nitidisque

impreſſa eſt. Quam ſi non habeas, alio tempore de ipſa exponam plura.

Libellum Tuum, nuper ſcriptum, nondum vidi: ſed ſi reapſe a bibliopola quocunque receptus ſit, eo ut me dones, vehementer rogo. Is enim non poteſt non docte ſcriptus eſſe, adeoque ſcire meum, quod ſcio parvum eſſe, mirifice augere. In quo ſi quid nihilo ſecius offendam, de quo aliter ſtatuam, id TIBI pro amicitia noſtra ſignificare non cunctabor.

Notulas qualescunque meas, inter varietatem lectionis inſperſas, ſcripſi ita, ut mihi legenti ſcribentique in mentem et buccam venerunt: quas ſemel ſcriptas examinare, animoque accuratius expendere, per tempus et negotia alia haud licuit. Si licuiſſet, acceperis haud dubie epiſtolam criticam accuratiorem, et magis perpolitam. Igitur ſi ipſas ſuo loco relinquendas cenſes, vide, quaeſo, ut eruditioni gloriaeque Tuae ne obſint.

Codicem MS. mercatori illi optimo atque amiciſſimo, per quem acceperam, reddidi, hoc conſilio, ut ipſum aut remittat, aut ſi ipſe Monachium petat, quo brevi reverſurus eſt, eo ſecum ſumat, virisque illis Clariſſimis Ampliſſimisque reddat, a quibus eſt ad me transmiſſus. Verbis Tuis, utrique, et Oefelino, et Lipperto, gratias perſolvi, quas potui, maximas.

Quod reliquum eſt, ſpero, fore, ut Herodianus, cura ſtudioque Tuo emendatus et caſtigatus, redemtusque a bibliopola aequo, honeſto, et quam minime ſordido, quam primum in lucem prodeat, et TIBI laudes, quas merere, comparet immortales. Eoque facto, editionis novae exemplum non exſpecto ſolum, ſed etiam meo quaſi iure depoſco et efflagito. Poſtremum libellum meum, per occaſionem ſcholaſticam promulgatum, itemque παρῳδίαν a me confectam, TIBI ſimul transmitto: quem utrumque, rogo, animo aequo er amico accipias, mihique nunquam non faveas. Vale. Scrib. Ratisbonae, pridie Cal. Mai. A. cIɔIɔCCLXXIIII.

VIRO PEREXIMIO, ERVDITISSIMOQVE THEOPHILO GVILIELMO IRMISCHIO S. P. D. CHRISTO. SAXIVS.

Quod illo ipſo temporis articulo, quo ad me Tuae perferrentur ſchedae Herodianeae, metuebam, ne quem

inventurus eſſem operarum redemtorem, qui et lubenter, et condigne Tua incredibili induſtria ſumtus ferret, id reapſe nunc uſu mihi veniſſe invitus comperi. Etſi enim ubique ferme hamus mihi pependit, nonnullisque alicuius momenti et [illegible] libellionibus vel meo periculo ſpem feceram, haudquaquam per Anglo-Britanniam, Franciam, Germaniamve emtores ideo defuturos eſſe, cum quod plena et accurata *Herodiani* editio adhuc deſideretur, tum quod nemo in huius Scriptoris aut verbis aut ſententiis copioſe et ſubtiliter illuſtrandis maiori ſtudio, quam TV, verſatus ſit: attamen noſtratibus Paddenburgiis, Wildioque, item Lugdunenſium Luchtmanſio, et aliis [illegible]orum gentium Soſiis pertinaciter ſurdis fabulam narravi, identidem ſummam temporum noſtrorum difficultatem, acerboſque et ferales belli caſus, exitusque timentibus et obverientibus. Quam eorum formidinem ſollicitudinemque damnare nullo modo potui. Eſt enim is rei publicae noſtrae ſtatus, ut, quem in acerrima duarum factionum ſtudia eventum ſint habitura, vix divinaveris. Mutuis enim inter ſe odiis, et malis carminibus certant cives. Alii neutrarum eſſe volunt partium, contumelioſo propterea praevaricatorum nomine iam notati: alii antiquam virtutem, et priſtinas Magiſtratuum immunitates in uſum revocandas eſſe clamant: alii praeſenti rerum ſtatu haudquaquam laeti clam palam que detrectant paucorum dominationem, et libertatis aſſertores flagitant: uno verbo, cuncta irarum domeſticarum plena ſunt, et, quod omen Deus avertat, tumultum praenunciare videntur. In qua communi ferme rerum futurarum trepidatione, et animorum diffidentia, nemo eſt, qui vel auctorem ſuaſoremve huiusmodi operis, quale Herodianeum eſt, audire, vel ſimile negotium ſuſcipere velit. Ne igitur ulla in me amplius eſſet mora, cavendum eſſe exiſtimavi, neque Te, Vir humaniſſime, aegre laturum eſſe ſpero, ſi omnes chartas, quascunque vel primum, vel iterum, miſeras, eadem integritate et fide ad ſuum, unde venerant, dominum, data opportunitate reverti iuſſero. Inter populares et tribules fortaſſis tuos aequiores Herculei laboris et impenſarum a Te factarum remuneratores invenies. Saltem tales ut tibi contingant, bonarum literarum cauſa, precor et voveo. TV vero, Praeſtantiſſime IRMISCHI, optime vale, neque propter editionis Herodianeae repulſam, quam non tam Te, quam me tuliſſe ipſemet doleo et in-

dignor, Tuam mihi in posterum amicitiam, et benivolentiam deneges quaeso.

Veteri Traiectu Batavor. d. XII. Sept. cIↄIↄCCLXXXII.

VIRO DOCTISSIMO PRAESTANTISSIMOQVE T. G. IRMISCHIO S. P. D. CHRISTO. SAXIVS.

Literae tuae d. XXVIII. Martii hoc anno perhumaniter ad me perscriptae initio demum huius mensis mihi libellionis cuiusdam ministerio redditae fuerunt, in quibus cum nec literarum mearum ad te d. XII. Septembr. superiori anno exaratarum, nec fasciculi illius, quo chartas tuas omnes Herodianeas ad te reportandas incluseram, meminisses, meum sane esse iudicavi, duplicis te illius missionis certiorem facere, rogareque, ne in me, meamque forte obsequendi duritiam, sed in redemtorum eiusmodi operis φιλοκέρδειαν culpam conferas, si temporum iniquitas novas inchoare spes etiam nunc vetet. Tantum enim abest, ut pax inter nos et Anglo - Britannos revixerit, ut potius mutuis Oratorum disceptationibus incerti haereamus, quibus utrique civitati conditionibus satisfieri possit. Accedunt intestini, quibus agitamur, rei publicae motus, quorum vim, molestiam, et difficultatem pauci apud exteros vix intelligunt. Proinde noli quaeso animum inducere in spem editionis Batavae, tibique persuadeas, nihil nunc minus apud vulgus nostrum publice curari et probari, quam Graecarum Latinarumve literarum libros. Haec non ad excusationem, sed ad veritatem a me dicta esse velim existimes. Atque sic Tu optime curabis, ut valeas, meamque voluntatem et operam successus, quo carui, eventu non metiaris.

Scripsi in Academia veteris ad Rhenum Traiectus d. XV. Iulii cIↄIↄCCLXXXIII.

THEOPHILO GVILIELMO IRMISCHIO VIRO ILLVSTRISSIMO ATQVE DOCTISSIMO A. M. ZANETTI εὐπράττειν.

Gravibus distentus curis, Vir egregie, humanissimis Litteris Tuis citius, ut par erat, respondere non potui.

Optimum Berglerum (Homericum) optimam concinnasse Herodiani versionem facile mihi persuadeo. Edita profecto Politiani nostri nimia licentia laborat, quamvis excellat elegantia et lepore. Stephani satis arguunt in margine supplementa.

Loca aliquot, quae suspecta mihi visa sunt, dum variantes expenderem, ut Tibi morem geram, obiter indicabo; quae facile curas Tuas iam exercuisse crediderim.

Pag. 108. Lin. 41.

μαχόμενοι ἐπείροντο δέ. κ. τ. λ. μαχόμενοι καὶ σαγηνεῦσαι. οἱ δέ . .

Glossema forsitan seu tenebras, in voce σαγηνεῦσαι quis invenisse crediderat; et ideo addidit interpretationem. Eiusmodi sunt ea, quae e margine in textum calligraphorum inscitia solent irrepere.

Pag 132. Lin. 28.

εὐτρεπίζεσθαι τὰ πρὸς τὴν ἔξοδον ἐκέλευσε. κ. τ. λ. εὐτρεπίζει τὰ πρὸς τὴν ἔξοδον καταλαβούσης . . . .

Quamvis διὰ τὸ ὁμοιοτέλευτον vocis ἔξοδον, ea, quae in codice deficiunt, calligraphum praetermisisse suspicari possis; tamen inepta adeo et insulsa sunt, ut locum de interpolatione dubitandi relictum credam. Sensus codicis utique sanus est, quod ex verbo εὐτρεπίζει coniicio.

Lectionem Βέλεν, non Βελιν, ut in edit pag. 171. lin. 26. confirmant marmora Aquileiensia, et Herodiani locum illustrant, ut videre est apud Philippum a Turre in opere: *Monumenta veteris Antii.* Romae edito, ann. 1700. in 4to.

Alia fortasse sunt, sed plura conscribere volenti tempus surripitur: et quod gravius est, vereor, ne de me dicatur, quod olim de illo: *Noctuas Athenas scilicet portas.* Satis mihi sit te de mea observantia certiorem facere, et me Tibi addictissimum profiteri Vale.

Dabam Venetiis, prid. Kal. Maias. cIↃIↃCCLXXIII.

THEOPHILO GVILIELMO IRMISCHIO VIRO ILLVSTRISSIMO ATQVE DOCTISSIMO ANTONIVS MARIA ZANETTI S. P. D.

Humanitas Tua et singulare de litteris bene merendi studium, Vir doctissime, sic excitant curas meas animumque devinciunt, ut dimissis negotiis aliis Tibi sine mora obtemperare aequum censeam.

Et primum de lectione verbi *βέλιν* et *βέλεν* audiendus eſt Philippus a Turre, clarus Foroiulienſium philologus, in praecipua *Diſſertatione de Beleno veterum Aquileienſium Deo.* Romae edita an. 1700. cum aliis opuſculis.

Plures adfert vir ille inſcriptiones inter rudera Vrbis illius maiori ex parte inventas. Ex his unam tantum exſcribo, breviorem ſcilicet, et magis aptam, ut puto, quae notis inſeratur.

APOLLINI
BELENO
C. AQVILEIENSIS
FELIX.

Exſtat hodie quoque Venetiis in aedibus Nobb. Grimanorum. Praeter eas aliae novem ſimiliter habentur apud auctorem, quae conſtanter vocem BELENO prae ſe ferunt. Quatuor exinde ſunt, in quibus legitur BELINO; et in una tantum BILIENO. Ad eas ſic ſcripſit philologus:

„In textu Graeco Herodiani, cuius verba recitavi, le„gitur *βέλιν*. Salmaſius ad Capitolinum, loco itidem lau„dato, ſcribendum cenſet *βελῖνον*, recte ad fidem noſtrorum „lapidum. Diſcriminis cauſſam puto, quod qui Belinum „uſurparint, Graecam terminationem ſint ſequuti, qui ve„ro Belenum, Romano more vocem extulerint, quod fre„quentius acceptum fuit, ut in Saxis et Latinis ſcriptori„bus apparet. Hinc verum nomen potius Belenum fuiſſe „crediderim, et ex E. in I. tranſitione enatum Belinum, „Nam eae voces *cum magnam habeant inter ſe communita„tem*, ut inquit *Varro de lingua Lat.* lib. 5. in ſcribendo et „pronuntiando altera in alterius locum immigrabat apud an„tiquos, ex *Agellio Noct. Att.* lib. 10. cap. 24. *Donato* in „*Terentii Phorm.* et *Quinctiliano* lib. I. cap. 4. Exempla, „quae ad rem marmorariam pertinent, peti poſſunt ex *Gru„teri* Indice XIX. et notis *Reineſii* ad inſcript. 2. Claſſis I." Hactenus a Turre. Expende et elige.

Quod attinet ad naturam et aetatem Codicis noſtri, ſciendum in primis eſt, Beſſarionianos olim, nunc Marcianos Codices MSS. antiquitate non paucos, plurimos vero lectionum bonitate praeſtare. Beſſario Trapezuntius, qui floruit ſaeculo XV. ineunte et ultra, collector illuſtris, doctus ab initio, ſero tamen dives, puer et adoleſcens manu propria plures ex iis Codicibus conſcripſit; et quicquid ſeponere parva frugalitas poterat, in aliis emendis abſumſit; ut ipſe in Epiſtola ad Senatum miſſa de ſe teſtatur. Cardinalis deinde, Patriarcha, Epiſcopus etc. et bene numma-

tus, perantiquos plures undique conquisivit; et cum aliquos optimae notae pretio comparare non posset, exscribendos curavit per optimos calligraphos, quos ipse alebat: et quorum exemplaria pulcherrima ipsemet ἀκριβῶς recensebat et castigabat; ut in aliquibus videre est. Codex Herodianeus ex primorum classe est, nempe aut ex iis, quos Bessario exscripserat, aut saltem ex iis, quos ab initio exscribendos curaverat. Bessarionis manu exaratum absolute non ausim dicere. Characteres non omnino conveniunt cum obviis eiusdem scriptis. Iunior fortasse scripserat aliter. Codicis notam ex variantibus nosse facile est; gaudeoque summopere eximias Lectiones inventas.

Cave, ne Theupolum ἐργοδιώκτην tantum, auctorem facias Indicis nostri. Alibi monui.

Abstine, quaeso Vir egregie, me cum Ernestis et Reiskiis adnumerare. Tanti pendere non mihi persuadeo.

Vale et me plurimum amare perge.

Dabam Venetiis Idib. Iuliis cIↃIↃCCLXXIII.

HERODIANI HISTORIAE

DE

IMPERIO POST MARCVM, VEL DE SVIS TEMPORIBVS

LIBRI VIII.

ANGELO POLITIANO

INTERPRETE,

(CVM CASTIGATIONIBVS ALIORVM.)

LIBER PRIMVS.

PROOEMIVM.

Qui *a*) res antiquas poſteris prodiderunt, veteremque hiſtoriae
memoriam renouare literis ſtuduerunt, ii magna ex parte, dum
famam eruditionis affectant, nomenque ſuum conantur ab iniuria ob-
liuionis aſſerere, minus ſane multam in veri perueſtigatione, quam
in exornanda componendaque oratione induſtriam poſuerunt: rati 2
ſcilicet, neque ſi quid in rebus a ſuo ſeculo remotiſſimis falſi prode-
retur, poſſe refelli, et ſe tamen ſuauitate narrationis ampliſſimum
laboris ingeniique ſui fructum percepturos: alii vero, priuatis inimi- 3
citiis, tyrannorumque odio prouecti, aut in laudes principum, ciui-
tatum, priuatorumque hominum, immodicis aſſentationibus effuſi,
tenues per ſe res atque humiles, ſcribendi tamen artificio longe
b) ſupra veri fidem ſuſtulerunt. Ego vero contra, non quidem ac- 4
ceptam ab aliis, aut incognitam aut *c*) teſtibus egentem hiſtoriam,
ſed eorum, qui legent, (ſenſibus adhuc) memoriaeque *recenti* inhae-
rentem, ſumma vel fide vel diligentia collectam, conſcribendam ſuſ-

a) Plerique eorum, qui in congerenda hiſtoria tempus atque operam poſuerunt, et rerum quarundam, olim geſtarum, memoriam renovare ſtuduerunt, ſempiternam eruditionis laudem ambientes, (ne, ſi tacerent, hoc incautis contingeret, ut aliqui e vulgo cenſerentur,) veritatem quidem in narrandis rebus neglexerunt, non minimam vero circa genus dicendi et vocalitatem curam adhibuerunt. Confidebant enim, etiamſi quid fabuloſi memorarent, eam, quae auditorum auribus perciperetur, voluptatem fructuoſam ſibi fore: quam autem exacte ſingula examinaſſent, non inquiſitum *iri*. Sed aliter etiam poſſe verba poſtrema legi videntur, vt notavi ad Gr. marg. *Steph.*

b) Supra verum *ſuſtulerunt*. Alio autem ſenſu dici, *ſupra* veri *fidem*, docui in Theſ. Gr. l. in μείζων. *Steph.*

c) Teſtibus carentem. *Steph.*

cepi: ſperans haud iniucundam fore poſteritati earum notitiam,
quae multae ſane atque magnae haud ita longo tempore acciderunt.
5 Nam ſi quis ab Auguſto vsque (principe) omnem aetatem *d*) comple-
ctatur animo, quum ſcilicet Romanorum potentia ad vnius eſt arbi-
trium *e*) deuoluta, ne annis quidem illis circiter ducentis (tot enim
ferme ad Marci tempora numerantur) aut imperiorum tam diuerſas
ſucceſſiones reperiet, aut bellorum vel ciuilium vel externorum tam
varios caſus atque euentus, *f*) in tot excitas gentes, tot vrbes no-
ſtras barbaraſque expugnatas: praeterea terrae motus, et peſtilentias,
vitas quoque *g*) principum et tyrannorum adeo nouas atque inauditas,
vt nulla iis apud veteres conſimilia exempla, aut certe quam pau-
6 ciſſima inueniantur. quorum alii diuturnam, alii brevem potentiam
7 obtinuerunt: nonnulli autem, vixdum inito honore, imperatoresque
duntaxat appellati, eodem illo quo ſuſceperant die imperium amiſe-
8 runt. Nam quum *h*) ſexaginta annis plures quam pro tempore prin-
cipes vrbs Roma pertulerit, factum ex eo eſt, vti multae ſane variae-
9 que res atque admiratione dignae exorirentur. Quippe aetate pro-
uecti principes, vtpote rerum negotiorumque periti, diligentius ſe-
ſe ſuoſque regebant: contra adoleſcentes, molliter atque indulgenter
10 habiti, noua ſcilicet permulta deſignabant. Quo factum eſt, vt diſpari
aetate atque licentia, diſparia quoque ſtudia moreſque ſequerentur.
11 Haec quemadmodum geſta ſint, temporum ipſorum atque principum
ſeruato ordine, perſcribemus.

II.

Imperator Marcus filias quidem ſuſcepit complures, mares autem
2 duos. horum alter, natu minor, adoleſcentulus admodum fato eſt
functus: (Veriſſimo nomen fuit) alterum vero, Commodum nomine,
magna diligentia curaque pater educauit, accitis vndique viris do-
ctrina claris, maximaque propoſita mercede, vti mores pro ſe quiſ-
3 que filii ingeniumque excolerent. Filias porro, quum adoleuiſſent,
optimis ex ordine ſenatorio viris collocauit. Neque enim qui *i*)
longam generis ſeriem praeferrent, aut qui opes nimias oſtentarent,
ſed qui morum probitate, atque modeſtia, vitaeque innocentia prae-
4 cellerent, eos ſibi generos deligendos putabat. Haec enim ſola *k*)
animi bona certa eſſe ſtabiliaque ducebat. Virtutem nullam non ma-
gnopere exercuit: adeo literarum antiquitatis ſtudioſus, vt nemini
5 ſit in eo genere Graecorum Romanorumque ſecundus. Argumento

d) Inter ſe comparet. *Memm.*

e) Dominatum. *Steph.*

f) For. ſcripſit Pol. *non tot.* Steph. vel *aut tot.* Memmius in ſuo libro eam particulam expunxit. *Sylb.*

g) Vitas q. tyr. et pr. incredibiles, quae antea vel raro vel ne ullo quidem modo commemoratae fuerunt. *Steph.*

h) Diuiſum enim annis ſexaginta imperium in plures principatus, quam pro illo temporis ſpatio, res multas varias que atque adeo admiratione dignas tulit. Quippe etc. *Steph.*

i) Qui longa gen. ſerie patricii eſſent. *Steph.*

k) Sola, eſſe animi proprias poſſeſſiones, et eiusmodi, quae auferri non poſſent, ducebat. *Steph.*

ſunt permulta, quae ab illo dicta atque conſcripta ad nos vsque per-
uenerunt. Adeo vero ciuilem ſeſe et commodum omnibus princi-
pem praeſtabat, vt adeuntium cuiuis dexteram (placide) daret, nemi-
nemque a ſuis cuſtodibus prohiberi aditu pateretur: ſolusque impe- 6
ratorum ſapientiae ſtudium non verbis aut decretorum ſcientia, ſed
grauitate morum, vitaeque continentia *l*) vſurpauit. Quo factum 7
eſt vt magnum ſapientium virorum prouentum aetas illa extulerit.
Solent enim *m*) plerumque homines vitam principis aemulari. 8
Quaecunque igitur *n*) ab illo modeſte atque fortiter domi foriſque ſunt 9
geſta, qualemque porro ſe aduerſus barbaras nationes, ſeptentrioni
ſubiectas ſolique orienti, geſſerit, ea ſunt multorum doctiſſimorum-
que hominum comprehenſa monimentis: quae vero poſt Marci obi- 10
tum per vniuerſam aetatem viſa mihi auditaque ſunt, nonnulla item
in experiundo cognita, vtpote in publicis officiis principalibusque
verſato, ea nunc conſcribenda ſuſcepi.

III.

Senem iam Marcum, neque aetate ſolum ſed laboribus multis curis-
que confectum, dum in Pannoniis ageret, grauiſſimus *o*) repente
perculit morbus. Quare quum deploratam plane ſalutem ſuam ſen- 2
tiret, anxius videlicet agebat, ne filius, qui tum primam inierat ado- 3
leſcentiam, ſiue aetatis feruore nimio, ſiue licentia quadam ſumma,
quam in orbitate eſſet habiturus, bonis artibus ſtudiiſque *p*) relictis,
ebrietati ſeſe et crapulae dederet. Quippe facile ingenia adoleſcen- 4
tium a recta honeſtaque diſciplina ad luxum voluptateſque delabun-
tur. Terrebat inſuper hominem *q*) minime imperitum, multorum 5
memoria principum, qui iuuenes imperium ſuſcepiſſent, vt Dionyſii
Siciliae tyranni, cuius tanta fuit intemperantia victus, vt nouarum
voluptatum inuentores ſummis afficeret praemiis: vt item eorum, qui 6
Alexandro ſucceſſerunt. ita enim contumelioſe violenterque domi-
nati ſunt, vt illius imperio graue dedecus conciliarint. Siquidem 7
Ptolemaeus eo turpitudinis prolapſus eſt, vt contra Macedonum atque
adeo Graecorum omnium leges, etiam ſororiis amoribus implicaretur.
Antigonus autem, quo Liberum patrem *per omnia* repraeſentaret, pro
cauſia et diademate Macedonico, hederam capiti circumdare, thyr-
ſumque pro ſceptro geſtare eſt ſolitus. Solicitabant animum ſenis 8
recentia quoque exempla, vt Neronis ipſius, qui ne a materna qui- 9

l) Sancivit, vel confirmavit. *Steph.*

m) Semper hom. *Steph.*

n) Quaec. ig. ab illo fortiter et moderate geſta ſunt, (quibus imperatoria aut civilis ineſt virtus,) tam adverſus eos, qui ſeptentrionales terrae partes incolunt, quam eos, qui ſub oriente degunt barbaros, ea ſunt mult. etc., ut videlicet legatur, τὰ ἀρκτῷα τῆς γῆς μέρη βαρβάρους κατοικοῦντας. Sed Polit. illas res geſtas ab his ſeparat, quaſi legeretur, καὶ ὅσα πρός τε τοὺς τὰ ἀρκτ. *Steph.*

o) gravis invadit morbus. *Steph.*

p) *reiectis*, aut *repulſis*, vel *excuſſis*, ut equus frena excutit. *Steph.*

q) multarum rerum peritum, vel multarum hiſtoriarum per., ſeu multum in hiſtoria verſatum. *Steph.*

dem caede abſtinuerit, et ſe ridiculum populo ſpectaculum praebue-
10 rit: vt item Domitiani, qui nihil ſibi ad extremam crudelitatem re-
11 liqui fecerit. Has igitur tyrannidum imagines *r*) cum animo volu-
12 tans, inter ſpem metumque agitabatur. Terrebat praeterea illum
Germaniae *s*) vicina gens, quam nondum *t*) plane ſubiecerat, ſed par-
tim in *u*) ſocietatem adſciuerat, alios armis belloque edomuerat.
13 nonnulli etiam ex iis effugerant, metuque principis impraeſens
14 continebantur. Quare dubitabat, ne *x*) deſpecta mox filii aetate arma
15 reſumerent. quippe barbaris mos quamlibet leuibus momentis aut cau-
ſis *facillime* impelli.

IV.

His igitur curarum fluctibus aeſtuans, amicos propinquosque omnes
quotquot aderant, conuocari iubet. Qui poſtquam conuenerunt,
conſtituto in eorum conſpectu adoleſcente filio, paululumque ſe e
2 grabbato ſubleuans, huiuscemodi habuit orationem: *Dolere vos atque*
3 *angi, quum ita me affectum contemplamini, minime mirandum. Quip-*
4 *pe y) humanum eſt humanis caſibus ingemiſcere: multoque magis miſe-*
5 *ricordiam prouocant quae oculis vſurpamus. Caeterum z) peculiaris*
6 *vobiscum noſtra ratio eſt. nam de mei erga vos animi conſcientia mu-*
7 *tuam ſpero a vobis quaſi meo iure beneuolentiam. Nunc autem illud*
incidit, quum et mihi ſit iudicium faciundum, fruſtrane vobis honorem
tamdiu habuerim, ſtudiumque omne meum lubens detulerim: et vobis,
referenda gratia oſtendendum, non eſſe eorum quae acceperitis imme-
8 *mores. Videtis filium, quem ipſimet educaſtis, primas nunc adoleſcen-*
tiae metas ingredientem, quaſique in ſalo atque in fluctu vitae, guber-
natoribus indigentem, ne rerum a) imperitia de recto quaſi curſu abla-
9 *tus, malis artibus impingat. eſte igitur vos illi pro me vno multi pa-*
10 *rentes, excolendo ſcilicet atque optima ſuggerendo. Neque enim aut*
pecuniae vis tyrannidis luxuriam explere, aut ſtipantia ſatellitum ag-
mina tueri principem poſſunt, niſi b) illi ipſi quos regas, animum impe-
11 *ranti beneuolentiamque accommodent. Quippe ii demum diu tutoque im-*
perant, qui non metum ex crudelitate, ſed c) amorem ex bonitate ci-
12 *uium ſuorum animis inſtillant. Neque enim quos ſeruire neceſſitas coë-*
git, ſed quos obtemperare ſua quemque voluntas adegit, ii ſunt in agen-
do patiendoque a ſuſpicione omni aſſentationeque vacui: nunquamque

r) ſibi repraeſentans, vel ſibi ante oculos ponens, q. d. animo figurans. *Steph.*

s) Intell. Germaniae gens, quae vicina erat. *Steph.*

t) quam nondum totam ſubiugaverat. *Steph.*

u) blanda perſuaſione in ſocietatem pellexerat. *Memm.*

x) deſp. mox adoleſcentis aetate, arma in eum ſumerent, vel eum invaderent. *Steph.*

y) natura homines propinquiorum caſibus ingemiſcunt. *Memm.*

z) Sed me aliquid etiam amplius a vobis habere exiſtimo. *Steph.* Sed ego amplius quiddam a vobis expecto. *Memm.*

a) ne eorum, quae officii ſui ſunt, imperitia. *Steph.*

b) niſi eorum, quibus imperat, prius adſit beneuolentia. *Steph.*

c) ſed ſui deſiderium ex bon. *Steph.* deſiderium ſuae bonitatis. *Memm.*

imperia detrectant, niſi violenter contumelioſeque ſint habiti. Eſt 13
autem d) difficile in maxima licentia moderari ſibi, quaſique fraenos im-
ponere cupiditatibus. Quod ſi e) bene viuendi autores illi fueritis, et 14
quae nunc coram audit, identidem admonueritis, vna opera et ipſum vo-
bis reliquisque omnibus optimum principem reddetis, et memoriam no-
ſtram demerebimini: quam ſcilicet immortalem hac vna ratione poteri-
tis efficere. Talia dicentem Marcum ita repente animus defecit, vt 15
ſtatim conticeſceret, ac languore nimio *f*) ſupinus in lectulum rela- 16
beretur. Tanta autem quicunque aderant miſeratio inuaſit, vt ex iis 17
nonnulli prae dolore *g*) parum animi compotes clamorem extolle-
rent. Sed ille quum diem vnum duntaxat noctemque ſuperuixiſſet, 18
fato eſt functus: ſic vt magnum ſui deſiderium eius aetatis mortali-
bus, poſteris vero, etiam virtutis memoriam reliquerit ſempiternam.
Poſtquam vero illius mortem fama vulgauit, incredibilis repente 19
exercitum ipſum plebemque adeo omnem luctus occupauit. Neque 20
vlli ſane Romanae ditionis mortales fuerunt, qui non eiuſcemodi
nuntium multis lacrymis exceperint: omneſque eum velut vna voce, 21
alii *parentem probum*, alii *bonum imperatorem*, quidam *fortiſſimum du-*
cem, nonnulli etiam *continentem moderatumque principem* vocitabant.
neque ſane quisquam falſus habebatur.

V.

Paucis autem *h*) poſt diebus, celebrato iam funere, viſum amicis eſt ado-
leſcentem adducere ad exercitum, vt et milites alloqueretur, et 2
(qui *i*) nouis imperatoribus mos eſt) pecuniis elargiendis, (velut autora-
mento quodam) illorum ſibi animos adiungeret. Edictum itaque 3
omnibus, vt in campum de more adeſſent frequentes. Quum ita- 4
que proceſſiſſet Commodus, ac rem diuinam feciſſet, erectumque ad
hoc ipſum mediis caſtris tribunal conſcendiſſet, paternis amicis, (qui
multi ſane doctiſſimique viri aderant,) circumſtantibus, ad hunc fer-
me modum verba fecit: *Communem mihi eſſe vobiscum huius moerorem* 5
calamitatis, k) neque vos aliter quam meipſum affectos eſſe, planiſſime
perſuaſum habeo. Neque enim ego ſuperſtite parente ipſo meo, ſuperio- 6
rem me vobis vnquam geſſi. Nam ille ita nos vniuerſos, vt vnum 7
aliquem, diligebat, lubentiusque me commilitonem quam filium vocitabat: 8
quippe hanc, naturae appellationem, illam vero, virtutis communicatio-
nem exiſtimabat. Quin infantem ſaepe me in vlnis geſtans, vobis dabat 9
in manus, quaſique veſtrae mandabat fidei. Quapropter l) minime du- 10

d) eſt autem diff., quum quis potentiam ſibi miniſtram habet, mod. *Steph.*

e) quod haec illi conſulueritis, et quae nunc cor. *Steph.*

f) ſupinus decumberet. Tanta etc. *Steph.*

g) continere ſe non poſſent, quin clam. — *Memm.*

h) Paucis autem diebus elapſis, per quos filium in parentando patri occupabant, viſum am. *Steph.*

i) (qui imperio ſuccedentibus mos eſt,) pecuniis magnifice elargiendis. *Steph.*

k) neque minori, quam me, triſtitia aff. eſſe. *Steph.*

l) Quapropter omnem a vobis benevolentiam me conſecuturum ſpero; quum maiores natu haec, ut alumno, officia debeant. *Steph.*

11 *bito, quin mihi omnem ſitis beneuolentiam exhibituri: quum pro alumno
me maiores natu habere debeant: ipſos autem aequales, condiſcipulos ar-*
12 *morum iure appellauerim: ſiquidem ita nos vniuerſos vt vnum aliquem
pater diligebat, omniumque virtutum ſtudio ac bonis artibus curabat*
13 *inſtituendos. Nunc me poſt illum vobis fortuna principem dedit, non
quidem aſcititium, quales ante me fuerunt, neque velut acquiſito impe-*
14 *rio gloriantem. Quippe vnus ego vobis natus educatusque in aula, priua
tisque intactum cunabulis, ſtatim me, vt ex aluo prodieram, imperato-*
15 *ria purpura ſuſcepit: ſimulque ſol hominem me vidit et principem.*
16 *Haec cum animis veſtris reputantes, iure m) principem colite, non da-*
17 *tum vobis ſed natum. Nam pater quidem iam in coelum euectus, con-*
18 *ſors eſt conſeſſorque deorum: nobis autem orbis terrarum gubernacula*
19 *rerumque humanarum cura incumbit. Quae n) quos ſucceſſus quantas-
que habiturae ſint vires, in veſtra manu eſt. Si enim belli reliquias
fortiter deleueritis, et imperii Romani terminos ad Oceanum vsque*
20 *promoueritis, cum ipſi vobis ingentem gloriam comparabitis, tum com-*
21 *munis parentis memoriae debitam gratiam referetis. Atque eum qui-
dem exaudire quae dicimus et intueri praeſentem quae gerimus, cre-*
22 *dite. Nos autem feliciſſimos, qui benefactorum noſtrorum teſtem eius-*
23 *modi ſimus habituri. Quae igitur ad hanc diem fortiſſime proſperri-
meque geſſiſtis, illius ſcilicet ſapientiae gubernationique tribuuntur.*
24 *Quae autem mecum, (hoc eſt cum) iuuene imperatore veſtro, praeclare
feceritis, ea ſunt vobis ipſis quaſi peculiarem cum fidei tum virtutis*
25 *claritudinem paritura. Quocirca et aetati meae* iuuenili *rebus ſtre-*
26 *nue gerendis autoritatem conciliabitis, et barbara gens initio noui
principatus repreſſa, neque impraeſens, contemptu aetatis noſtrae, ſe
efferet audacius, et ſuis nunc edocta periculis, metu deinceps perpetuo*
27 *coercebitur.* His dictis, pecuniam *o*) magna copia elargitus, vt ſibi
animos militum *p*) fidos faceret, in aulam reuerſus eſt.

VI.

Igitur breue ſane ad tempus omnia paternis amicis autoribus gere-
bantur: qui *q*) aſſiduitate prudentique conſilio nullo loco deerant,
tantum ei tribuentes laxamenti, quantum ſatis eſſe ad tuendam cor-
2 poris valetudinem arbitrabantur. Paulatim deinceps irrepſere non-
nulli ex aulico famulitio, qui ſibi ad corrumpendam iuuenis impe-
ratoris indolem nihil facerent reliqui. Quippe menſarii adulatores,
qui ventre atque obſcoenis voluptatibus felicitatem metiebantur,
3 identidem illum vrbis deliciarum admonebant: et nunc, quae illic
viſu audituque iucunda forent, commemorabant, *r*) nunc rerum

m) imperatorem, αὐτοκράτορα. *Steph.*

n) quas in rectum firmum que ſtatum componere, veſtri officii eſt: ſi et belli *rel.* vel ad rectum firmum que ſtatum perducere, v. off. *Steph.*

o) magnifice elargitus. *Steph.*

p) adiungeret. *Steph.*

q) qui totos dies cum eo verſabantur, optima conſulentes, nec plus otii concedebant, quam quod ſatis eſſe ad corpus moderate curandum arbitrabantur, vel honeſte curandum. *Steph.*

r) nunc vitae commoda, quibus abundaret, recenſebant. Adhaec etc. *Steph.*

omnium copiam atque affluentiam ferebant laudibus. Ad haec ripas
Istri, vt *s*) omni tempore incommodas vituperabant, quae neque po-
miferos haberent frutices, et perpetuis rigoribus nubibusque obti-
nerentur. *Nunquamne, imperator,* (aiebant) *concretam gelu atque ef-* 4
fossam potare aquam desines? alii calidis fontibus riuorumque fluentium 5
frigore, aurisque et coelo illo fruentur Italiae peculiari. *t*) Tali scili- 6
cet illecebrarum mentione, (facile) adolescentis animum volupta-
tum cupidinibus incenderunt. Itaque statim conuocatis amicis, te- 7
neri se patriae desiderio non dissimulauit: causas tamen tam repenti- 8
nae mutationis fateri veritus, solicitum se aiebat esse, ne quis opu-
lens ex nobilitate domum occuparet principis: dein collectis viribus,
quasi ex munitissima arce summam sibi rerum vindicaret. posse *enim* 9
ex populo satis magnam vim delectorum iuuenum conflari. Talia 10
causante illo, reliquis metu defixis, terramque tacito vultu moesto-
que intuentibus, surgens Pompeianus, qui et aetate reliquos antei- 11
bat, et *affinitate iunctus ei erat* (*nam* Commodi sororem natu maxi-
mam in matrimonium habebat,) *Teneri te* (inquit) *ô fili et do-* 12
mine, patriae desiderio, minime mirandum. Quippe eadem u) nos quo-
que rerum domesticarum cupido solicitat: sed ei tamen resistimus, quo- 13
niam priores partes agunt magisque incumbunt nobis quae hic expedi-
enda supersunt. Nam illis quidem vel in posterum x) diutius perfrue- 14
ris: (Roma autem illic est vbi imperator est) caeterum bellum relin-
quere incboatum, praeterquam quod indecorum videtur, etiam pericu-
losum est. Quippe audaciam barbaris iniiciemus. neque enim remeandi 15
cupiditate decessisse nos, sed aufugisse metu perculsos arbitrabuntur.
Tibi autem quam fuerit pulchrum, deuictis hostibus atque imperii fini- 16
bus ad Oceanum vsque propagatis, redire in vrbem triumphanti, vin-
ctosque et captiuos praeteragenti reges, satrapasque barbaros. his 17
enim artibus, prioribus seculis, Romani homines, magni atque illustres
euaserunt. Nihil est autem quod vereare, ne y) qua illic res tuae peri- 18
clitentur. nam et optimus quisque senator tecum hic est, et exercitus
vniuersus tuum coram propugnat imperium. Quin aerarium quoque 19
principalis pecuniae nobiscum est omne. Ad haec patris tui memoria 20
aeternam tibi apud potestates quaslibet fidem atque beneuolentiam ro-
borauit. Quum ad hunc modum potiora suadens Pompeianus lo- 21
quutus esset paulum modo impraesens conatus adolescentis repressit:
qui reueritus senis dicta, quum nihil haberet quod saltem hone- 22
stum specie responderet, concilium dimisit, *diligentius* affirmans *con-*
sideraturum. Dein vero ministris illius magis magisque instantibus, 23
nihil iam ad amicos retulit, sed datis (Romam) literis, ac praeposi-
tis quos visum esset tuendae Istri ripae et barbarorum insultibus

s) ut omnibus anni temporibus iniucundas vitup. *Steph.*

t) Talia adolescenti modo non ante oculos ponentes, eius animum volupt. *Steph.*

u) nos quoque commoditatum patriarum cupido sollicitat: sed quae hic sunt negotia, quum potiora sint, magis que urgeant, cupiditatem illam compescunt. *Steph.*

x) diutissime, vel sat diu. *Memm.*

y) ne quis illic rerum administrationem invadat, vel reip. gubernacula, ad verbum, *res* invadat. *Steph.*

24 coercendis, profectionem *z*) continue edicit. Illi igitur, demanda-
ta ſibi munia obeuntes, haud ita longo tempore multos armis barba-
ros ſubegerunt, quosdam autem ex iis magnis praemiis in amicitiam
25 ſibi adiunxerunt. Quod quidem haud difficile factu fuit: quippe
barbari, ſuapte natura pecuniae auidi, periculorum deſpicientes, aut
incurſibus populationibusque victum parant, aut propoſita mercede
26 venalem pacem habent. Quod intelligens Commodus, vt pecunia,
qua maxime abundabat, ſecuritatem redimeret, nihil videlicet peten-
tibus denegabat.

VII.

Vbi autem *a*) dedita profectionis fama per exercitum eſt, ingens
repente totis caſtris motus extitit, nullo non redire Romam cu-
2 piente, relictoque hoſtili ſolo vrbanas affectante delicias. Poſtea
vero quam fama ac nuntiis vulgatum eſt reuerti in vrbem princi-
pem, incredibilis vniuerſam plebem laetitia peruagatur, ſpem ſibi
vnoquoque optimam de iuuenis imperatoris praeſentia proponente,
3 credentibusque vniuerſis, paternis eum veſtigiis perrecturum. Sed
ille feſtinato iter faciens, et iuuenili quodam ardore omnes in medio
vrbes curriculo pertranſiens, regioque cultu, laetisque populorum
celebritatibus exceptus, gratus nimirum omnibus atque optatus ad-
4 ueniebat. Sed vbi Romam appropinquauit, ſenatus ſtatim vniuerſus,
populusque Romanus, magno pro ſe quisque anteuertendi ſtudio ef-
fuſi, laureatique, ac flores omnifariam (quos dabat anni tempus)
b) conferentes, quam quisque ab vrbe longiſſime poterat, occurre-
5 bant, viſuri principem aetate atque nobilitate conſpicuum. quippe
c) amabant illum, et quidem veriſſimis affectibus, *vtpote* natum apud
ipſos educatumque, tertioque iam *d*) gradu imperium nobilitatem-
6 que Romanam complectentem. Nam paternum ei genus a primori-
bus ſenatorii ordinis: mater autem Fauſtina, principis vxor, Anto-
7 nini Pii filia, Adriani etiam per matrem neptis, ſeriem ipſam generis
ad Traianum proauum referebat. Hoc editus genere Commodus eſt:
8 cui quidem praeter aetatis florem, etiam formae dignitas ſuffraga-
batur, congruens corporis modus, pulchra viriliſque facies, tran-
9 quillae faces oculis atque micantes, flaua et criſpa caeſaries: vt in
ſole ambulanti velut igne quodam rutilaret, ſic vt euntem quidam
ſcobe aurea putarent conſpergi: quidam etiam *e*) pro argumento di-
uinitatis acciperent, ac radios eſſe illos circa verticem genitiuos opi-

z) for. continuo: quae tamen vox Graecis adiecta verbis erit. *Steph.*

a) for. *didita* ſcripſit Pol., ut *diditur rumor* apud Virgil., ubi tamen itidem male *deditur* in quibusdam lib. *Steph.*

b) flores tum non *conferebant*, ſed, quos poſtea iacerent ac ſpargerent, *afferebant*, ut videre eſt paulo poſt. Niſi forte *conferentes* pro *ſimul afferentes* dixit. *Steph.*

c) quippe deſiderio eius tenebantur, et quidem v. aff., vtpote nati apud ipſ. educati que. *Steph.*

d) et qui a tertia iam ſtirpe Imperator et patricius Romanorum eſſet. *Steph.*

e) aliquid diuinum eſſe putarent, vel diuinitus ei contingere dicerent. *Steph.*

narentur. Ad haec lanugo malis proſerpebat, easque quaſi floribus 10
conueſtiebat. Talem igitur imperatorem fauſtis ominibus acclamatio- 11
nibusque, et coronarum florumque ſparſionibus exceperunt. Sed 12
poſtquam vrbem ingreſſus eſt, Iouisque primum, dein caeterorum
deorum templa conſalutauit, gratiasque ſenatui vniuerſo et *f*) prae-
torianis militibus egit ſeruatae ſibi fidei, in aulam palatinam ſe
recepit.

VIII.

Pauculis igitur annis nihil non honoris paternis amicis exhibebat,
omnibusque eos negotiis in conſilio *g*) habebat. *h*) Cura dein 2
totius imperii aliis demandata, Perennem, Italicum hominem, mili-
taris diſciplinae peritiſſimum, praetorianis praefecit. Is adoleſcentis
aetate abutens, deliciis illum ganeisque corrumpi ſinebat: curaque 3
omni laboribusque ſuſceptis, totum plane imperium adminiſtrabat.
Erat in homine inexhauſta diuitiarum ſitis, ſic vt nihili quae acqui- 4
ſierat, pendens, nouis ſemper lucris inſatiabilis inhiaret. Hic et
paternos Commodi amicos *primus* calumniis premere, et locuple-
tiſſimum quemque nobiliſſimumque in ſuſpicionem adducere inſtitit:
ſcilicet vt perterrefacto adoleſcente, atque illis ſupplicio affectis, cau-
ſam poteſtatemque ipſe haberet in eorum bona et fortunas inuaden-
di. Caeterum aliquamdiu cum patris memoria, tum amicorum reue- 5
rentia continuit adoleſcentem: *i*) dein velut maligna quaedam atque
inuida fortuna, rectum adhuc moderatumque illius ingenium ſubuer-
tit. Nam ita res accidit. Lucilla erat Commodo maxima natu ſo- 6
ror: ea prius L. Vero imperatori nupſerat, quem conſortem ſibi im-
perii Marcus aſciuerat, locataque in matrimonium filia, firmiſſimo af-
finitatis vinculo adſtrinxerat: ſed poſtquam L. fato functus eſt, ma- 7
nentibus adhuc Lucillae principatus inſignibus, Pompeiano eam pa-
ter deſpondit. Nihilo tamen ſecius priſtinum illi honorem Com- 8
modus reliquit vſurpandum. nam et ſella imperatoria ſeſſitare in
theatro, et ignem de more praeferri patiebatur. Poſtea vero quam 9
Commodus vxorem duxit Criſpinam, ac neceſſe fuit principis vxori
primo loco cedere, iniquo ſcilicet hoc animo Lucilla ferens, atque
illius honorem in ſuam contumeliam vertens, quum ſciret a viro ſuo
Pompeiano Commodum diligi, minime auſa eſt quippiam ad ipſum
ſuper occupando imperio referre: ſed animum Quadrati, nobiliſſimi 10
locupletiſſimique adoleſcentis, periclitata (cum quo etiam ſtupri con-
ſuetudinem habere exiſtimabatur) grauiſſimeque apud eum *k*) de ac-

f) et iis, qui relicti Romae fuerant militibus egit. *Steph.*

g) for. *adhibebat* Polit. ſcripſit. *Steph.*

h) Poſtea vero, quam imperii curam ſibi ipſi commiſit, Perennem praetorianis praefecit, It. hom. qui militaris, i. rei militaris peritus, habebatur: quo potiſſimum nomine praeeſſe eum exercitibus voluit. Is adol. aet. abuti coepit, eum que deliciis et crapulae indulgere ſinens, et a cura laboribus que imperatoriis avocans, totam imperii adminiſtrationem ſuſcepit. Erat in h. etc. *Steph.* Cura deinde imperii ad ſe revocata. *Memm.*

i) dein, v. m. quadam atque inv. f., rect. a. mod. q. illi ingenium ſubvertente, tale quid accidit. *Steph.*

k) de primo loco ſibi denegato, vel de primo loco ſibi erepto,

cepta iniuria conqueſta, paulatim adoleſcentem eo perpulit, vt in ſe-
11 met vniuerſumque ſenatum perniciosiſſime conſuleret. Quippe inter
caeteros ſenatorii ordinis *primarios*, qui ſecum in id facinus conſpi-
rarent, etiam adoleſcentem quendam Quintianum nomine, (*qui et*
ipſe ordinis illius erat) promti atque audacis animi, ſibi adiunxit:
perſuaſitque, vti pugionem in ſinu celans, tempus *l*) locumque caperet,
factoque repente impetu Commodum occideret: reliqua ſe pecuniis
12 largiendis curaturum. Ille in aditu amphitheatri ſubſiſtens (quippe
obſcuro loco facile ſe occultum ſperabat fore) *m*) nudato confeſtim
pugione, ac magna voce proclamans, Hunc tibi ſenatus mittit: dum
loquitur nudumque oſtentat pugionem, comprehenſus a militibus,
13 poenas amentiae dedit, ſuoque indicio autor a ſe cauendi fuit, aperto
14 magis quam impleto conſilio. Haec igitur prima maximaque odii
15 cauſa adoleſcenti aduerſus ſenatum extitit. Ita namque animum ver-
ba illa ſauciarant, *n*) vt omnes hoſtium loco haberet, ſemperque eius
16 memoriae vox illa irruentis in ſe iuuenis inhaereret. Neque ve-
ro tantam hanc occaſionem Perennio omiſit, ſed ei perſuaſit, ut prae-
cipuum quemque ſuccideret, neque eminere quempiam pateretur:
quorum ipſe in bona impetum faciens, facile omnium eius aetatis ho-
17 minum locupletiſſimus euaſit. Quaeſtiones autem Perennio diligen-
ter exercente, *o*) ſoror ipſa Commodi, coniuratique omnes, caeteri-
que praeterea quantulacunque ſuſpicione attacti, ſupplicio affecti ſunt.

IX.

Igitur Perennis, ſublatis e medio quos imperator *p*) verebatur, qui-
que illum paterno quodam affectu complectebantur, *q*) atque ipſe
illius tuendae ſalutis cura ſuſcepta, nihilque non autoritatis adeptus,
2 imperium iam ipſum animo inuaſerat: perſuaſoque Commodo, vt ſuos
liberos, adoleſcentes adhuc, Illyricis praeficeret exercitibus, ipſe pe-
cuniae vim ingentem contrahebat, vt ſcilicet praetorianos ab ipſo
3 ampliſſimis largitionibus abalienaret. Filiique item eius clanculum
copias colligebant, eo conſilio, vt, quum primum Perennis Commo-
4 dum occidiſſet, ipſi principatum arriperent. Proditae autem ſunt in-

conqueſta: ſi ſcribatur προεδρίας. *Steph.*

l) loc. q. caperet, ubi in Comm. irruens, eum occideret. *Steph.*

m) nudans que pugionem, ac repente Commodo ſuperveniens, quum magna voce proclamaſſet, ſe adverſus eum a ſenatu miſſum eſſe, ac non prius, quam ita exclamarit, eum feriiſſet: ſed dum in proferendis hiſce verbis et oſtendendo pugione tempus conſumit, comprehenſus ab Imp. ſatellitibus eſſet, poenas amentiae dedit: quippe qui, quod deliberatum erat, praediceret potius, quam exſequeretur; efficeret que, ut ipſe quidem praecognitus, caperetur, ille autem praeſcius, vel praemonitus, ſibi caveret. Haec rel. *Steph.*

n) ut communes hoſtes exiſtimaret omnes. *Steph.*

o) Commodus nulli pepercit, ſed tum ſuam ipſius ſororem, tum omnes, qui vel coniurauerant, vel quantulacunque ſuſp. attacti erant, morte mulctauit. *Steph.*

p) reuerebatur. *Steph.*

q) ac ſalutis eius curam gerebant. *Memm.*

ſidiae incredibili quodam modo. Ludos Romani Ioui Capitolino faciunt, tanta *r*) hominum confluente multitudine, quantam par eſt confluere ad tantae vrbis celebritatem. Spectare autem ac praeſide- 5
re in theatro vna cum ſacerdotibus, quos ordo ſingulis annis poſtulat, etiam imperator ſolitus. Quum itaque nobiliſſimis ſcenicis ope- 6
ram daret, ſedens imperatoria ſella Commodus, pleno ſpectatoribus theatro, ſuisque cuique locis ad ſedendum pro dignitate attributis: priusquam quicquam diceretur agereturque in ſcena, (repente) qui- 7
dam, philoſophi habitu, *s*) manu baculum geſtans, peramque ſeminudus (ab humero) ſuſpenſus, curriculo prodiit: mediaque in ſcena conſiſtens, manuque ſilentium imperans, *Non hoc* (inquit) *ludorum* 8
tempus, o Commode: neque ſpectaculis t) *celebritatique vacandum. Im-* 9
minet enim ceruicibus tuis Perennis gladius: *ac*, *niſi caueris non qui-* 10
dem impendens ſed iam praeſens periculum, u) *periſti. Nam et ipſe hic* 11
aduerſus te copias pecuniamque colligit, et nati exercitus Illyricos ſolicitant: *quos niſi ſtatim praeuenias, occidiſti.* His dictis, ſiue 12
forte quadam diuinitus huc impellente, ſiue id auſo homine, vt gloriam ſibi, *x*) ignarus atque obſcurus, acquireret: ſeu quia ſperaret ingens aliquod praemium ab imperatore *y*) conſequuturum: ſane illum derepente obſtupefecerat. Caeteri autem 13
etſi non de nihilo ea dicta ſuſpicabantur, tamen fidem habere diſſimulabant. At Perennis comprehendi hominem iubet, ac, *z*) pro furio- 14
ſo et vaniloquo, igne comburi. Ita ſcilicet poenas dedit intempeſtiuae libertatis. *a*) Caeterum qui ſe Commodi ſtudioſos videri vole- 15
bant, peroſi antea quoque Perennem, vtpote intolerandae hominem ſuperbiae contumeliaeque, nactique opportunum tempus, calumniis eum premere aggrediuntur. Sed ſcilicet ita futurum erat, vt et Com- 16
modus inſidias euitaret, et Perennis vna cum liberis penderet poenas. Quippe haud multo poſt milites quidam clam Perennis filio 17
nummos quosdam attulerunt, illius imagine percuſſos, eosque ignaro 18
etiam Perenni, quamquam erat praefectus, Commodo oſtenderunt, *b*) totoque inſidiarum ordine patefacto, maximis ſunt muneribus affecti.

r) Potius loquitur Herodianus de multitudine τῶν ἀγωνιςῶν, ut paulo poſt vocat, quae eo confluit. *Steph.*

s) (manu enim baculum geſtabat; ei que ſeminudo pera dependebat,) curr. pr. *Steph.*

t) feſtis que vac. *Steph.*

u) exitium te incautum opprimet, vel nihil tale cogitantem, aut nec opinantem. *Steph.*

x) *ignarus*, paſſ. ſignif. pro *ignotus*, ſeu *ignobilis*. *Steph.*

y) Polit. omittit pronomen *ſe* ante particip. *conſecuturum*, ſicut et alibi in ſimilibus locis. *Steph.*

z) ac, tanquam furioſum et vaniloquum. *Steph.*

a) Caeterum qui circa Commodum erant, et quicunque ei ſe beneuolos ſimulabant, cum antea Perenni offenſi erant, (odioſus enim atque intolerabilis ob ſuperbiam et contumelias erat,) tum vero praeclaram occaſionem nacti, criminando adducere in inuidiam conabantur. Et vero oportebat uno eodem que tempore Commodum inſidias effugere, et Perennem male perire. *Steph.*

b) et latente inſidiarum arte patefacta, vel latente inſid. modo patefacto. *Steph.*

19 Quocirca inſcio negotii totius Perenni, ac tum nihil minus expectanti
20 ſubmiſſi noctu a Commodo quidam caput abſciderunt: *c*) iuſſique
ſtatim ad illius filium pergere, quum nihil ad celeritatem ſibi reliqui
feciſſent, etiam rumores famamque eorum, quae Romae eſſent, prae-
uenerunt. ii amicas ei literas ab imperatore reddiderunt, quae ma-
21 gna propoſita ſpe Romam reuerti iubebant. Ergo et conſiliorum et
omnis eius paratus, poſtremo paterni caſus ignarus, quum quidam
nuntii dictitarent, etiam paternis ipſum verbis acciri: *d*) qui ne ipſe
quidem ſcribere ſuperſediſſet, niſi ſatis momenti habituras imperato-
22 rias literas exiſtimaſſet: credidit videlicet adoleſcens: et quamuis ini-
quo animo ferret interpellari ſua conſilia, tamen paterna fretus po-
23 tentia, quam eſſe adhuc incolumem putabat, ad reditum ſe compa-
24 rat. Tum deinde vt attigit Italiam, per eos, quibus negotium datum
fuerat, occiditur. Hunc illi exitum habuerunt. Poſt haec Commo-
dus duos conſtituit praefectos, tutius fore ratus tantam illam pote-
ſtatem non vni duntaxat credere, ſed diſſectam in partes, imbecilli-
orem eo pacto *e*) contra principem reddere.

X.

Verum haud longe poſt, aliae in illum huiuscemodi inſidiae inten-
2 duntur. Maternus erat quidam *f*) miles multa auſus nefaria.
Is repente deſertis caſtris atque aliquot in ſocietatem commilitoni-
bus aſcitis, magnam perditorum manum breui collegerat, vicosque
3 primo et agros populabatur. Magna deinde pecuniae vi collecta, plu-
res quotidie ſibi ex facinoroſis copulabat: pollicensque ingentia cui-
que operae pretia, et in praedae communionem inuitans, eo rem ad-
duxit, vt non iam latronum ſed (iuſtorum) hoſtium haberent auctori-
4 tatem. Quippe magnas etiam vrbes occupabant: effractisque per
vim carceribus, captiuos ſine diſcrimine omnes vinculis exime-
bant, eosque ſibi impunitate ac beneficiis adiungebant. Igitur Gal-
liam omnem atque Hiſpaniam incurſibus vaſtabant, et vt quamque
ex magnis vrbibus vi ceperant, *g*) incenſa direptaque protinus abi-
5 bant. Quae vbi Commodus cognouit, rectoribus gentium plenas irae
atque minarum mittit epiſtolas, caſtigans et ignauiam exprobrans:
6 ſimul comparare aduerſus illos exercitum imperans. Quod vbi latro-
nes acceperunt, decedendum ſibi ex illis regionibus rati, clam per
auia quaedam compendia, ſeorſum alii ab aliis, in Italiam peruene-

c) Deinde mittit quamprimum, ad rumorem eorum, quae facta erant, anteuertendum, qui celeriore curſu contendant, et ſuperuenire filio Perennis poſſint, dum adhuc, quae Romae contigerunt, ignorat. Scriptis etiam litteris amicis, quibus illum ſub ſpe maiore arceſſi a ſe dicit, venire iubet. *Steph.*

d) qui nihil ſcripſiſſet, quod regiis eſſet litteris contentus: credidit caet. *Steph.*

e) ad imperii appetitionem reddere. *Memm.*

f) miles quidem antea, ſed qui multa nef. auſus erat. Is rep. des. c. atque aliis, qui et ipſi eadem perpetrarant, in fugae ſocietatem aſcitis, manum hominum, qui facinoroſi erant, brevi coll. *Steph.*

g) partim incenſa, partim direpta. *Steph.*

runt. Ac iam de regno maioribusque rebus Maternus cum ſuis deli- 7
berabat. nam quando hactenus omnia illi ſpe vlterius proceſſerant, 8
h) aut aliquid magnum inuadendum ſibi exiſtimabat, aut certe, quando
in id diſcriminis incideret, non obſcure neque ignaue moriendum.
Sed quoniam ſe non tantis eſſe viribus intelligebat, quantae ad reſi- 9
ſtendum Commodo collata acie ſatis eſſent (quippe et Romanae ple- 10
bis et praetorianorum militum propenſa in Commodum voluntas cre-
debatur) arte ſibi conſilioque graſſandum ſtatuebat. Quocirca tale
quiddam comminiſcitur. Veris initio, *quotannis*, ſtato ſolennique 11
die, pompam matri deum Romani celebrant. In ea, quae apud
quemque ſunt *i*) diuitiarum praecipua, ſupellexque pleraque impera-
toria, materiae aut artis ſpectandae, praeferri ante deam ſolent.
Paſſimque omnibus *quouis modo* ludendi licentia permiſſa, ſic vt per- 12
ſonas induant quas cuique libitum, nullamque non magiſtratuum
quoque imaginem, prout cuiusque ſtudium, repraeſentent: ſic vt non
temere a falſis veros dignoſcas. Putauit hoc Maternus idoneum ce- 13
landis inſidiis tempus: ratus fore, vt, ſi perſonam ſtipatoris alicuius 14
indueret, ſuosque ad eandem ſimilitudinem armis ornaret, ac ſe ha-
ſtatis immiſcerent, ſic vt pars eſſe comitatus imperatorii crederen-
tur, nullo videlicet praecauente, repente impetu facto Commodum
obtruncarent. Sed proditus imperatori a ſociis quibusdam, qui vna 15
cum ipſo venerant in vrbem, *k*) (indignantibus ſcilicet, ſi quidem
eum non pro latrone iam ſed pro principe habituri forent, ante-
quam feſtus dies adeſſet) et ipſe comprehenſus, ac mulctatus capi-
te, et qui eiusdem factionis erant, meritis ſuppliciis affecti. *l*) At 16
Commodus, facta re diuina, gratulatusque deae, feſtum agitabat,
pompamque gaudens frequentabat. Sed et populus omnis pro impe-
ratoris ſalute diem laetabundus celebrabat.

XI.

Quae autem ratio ſit, cur huic deae tantum honorem Romani habe-
ant, non alienum videtur, quantum ex hiſtoria accepimus,

h) neceſſe putauit, aut magno quopiam facinore res ſuas ad felicem exitum perducere, aut, quum ſemel in diſcrimen ſe conieciſſet, non obſcure neque inglorie mori. *Steph.*

i) diuitiarum argumenta, vel indicia, aut diuitias teſtantia, ſupellex que pretioſa Imperatorum; quae quidem propter materiae aut artis miracula ante deam praeferri in pompa ſolent. Ac ſumma tunc omnibus quouis ludendi modo conceſſa eſt licentia: adeo vt unusquisque quamcunque vult perſonam repraeſentet; neque vlla ſit tam magna aut eminens dignitas, cuius habitum non liceat ei cui libeat induto, ludere et veritatem occultare: ita vt non facile ſit eum, qui imitatur, ab eo, qui reuera eſt, dignoſcere. *Steph.*

k) (invidentibus, ſi pro latrone dominum et regem, vel imperatorem, habituri eſſent, anteq. f. d. aduenifſet,) et *ſi* habituri *eſſent*, pro *quod* hab. eſſent. *Steph.*

l) At Commodus, quum deae ſacrificaſſet, gratias que egiſſet, feſtum celebrabat. Ipſe etiam populus deam exſultans deducebat, et una cum feſto, laetitiam quoque de ſeruato Imperatore ſolenniter agitabat. *Steph.*

commemorare: praesertim quum ea res plerisque Graecorum ignota
2 esse videatur. *Ipsum igitur simulacrum coelitus* (vt aiunt) *demissum,*
neque qua sit materia, nec a quo fabricatum artifice, satis constat: ne-
3 *que plane hominum manibus* m) *creditur factum. Hoc igitur decidisse*
coelitus ferunt in quendam Phrygiae agrum, cui nomen Pesiuunti,
n) *a casu eius simulacri, factum putant: ibi enim a principio comparuisse.*
4 *Licet apud alios comperiam, pugnam illic Ilum Phryga Tantalumque*
Lydum inter se conseruisse, siue de via ortam, siue potius ob raptum Ga-
5 *nymedis. Quumque diu aequis viribus decertatum foret, ac permulti*
vtrinque cecidissent, nomen ex ea clade loco esse impositum. Hic etiam
fama fert, o) *Ganymedem, ipsum trahentibus in diuersa germani atque*
6 *amatoris manibus, vita esse orbatum: sublatumque e medio, pro calami-*
tatis solatio, relata ad Iouem raptorem fabula, diuinis fuisse honoribus
7 *affectum. In hoc, quem diximus, Pesinunte Phryges olim Orgia cole-*
bant, ad ipsum fluuium Gallum, a quo etiam euirati deae sacerdotes co-
8 *gnominantur. Sed vbi res Romana creuit, responso accepto mansurum*
imperium atque ad p) *summam auctum iri, si Pesinuntiam deam ad se*
9 *transferrent: missi in Phrygiam legati sunt petitum deae simulacrum.*
quod quidem facile concessum est, consanguineos se dictitantibus, atque
10 *oriundos ab Aenea Phryge. Quum itaque nauigio deuectum simulacrum*
ad ipsas Tiberis fauces appulisset, (quibus tum Romani vice portuum
11 *vtebantur, confestim* q) *diuina quadam vi nauigium substitit, neque vl-*
lis Romani populi certatim trahentis moueri viribus potuit, donec Ve-
12 *stalis sacerdos adesset. Ea quum virginitatem perpetuo seruandam pol-*
luisse falso argueretur, damnationem metuens, supplex petiit a populo,
vt iudicium de se deae Pesinuntiae committerent. quo impetrato, zonam
recinxit, eamque prorae iniecit, *clare precata, vt si intemeratam se*
13 *esse ac virginem dea sciret,* r) *nauim progredi iuberet. Quae vbi di-*
xit, statim alligatam zonam manu ducta nauis sequi coepit. Ita sunt
pariter Romani manifestam numinis diuinitatem atque s) *innocentiam*
14 *virginis admirati.* Sed haec hactenus de Pesinuntia dea: prolixius
etiam fortasse quam decuit, haud insuauem tamen scientiam allatura
15 iis, qui res Romanas minus cognitas habeant. Commodus autem,
euitatis Materni insidiis, maiore se custodia muniebat: rarus prodi-

m) tangi licet. *Sylb.*

n) ex eo, quod ceciderit simulacrum, ibique primum fuerit conspectum. Vt autem apud alios inuenimus, pugnam illic aiunt Ilum Phr. *Steph.*

o) Ganymedem ex oculis euanuisse, dum hinc frater, illinc amator, cum traherent: quum autem corpus ex oculis euanuisset, id, quod adolescenti acciderat, diuinitus contigisse, fabulose esse traditum; tanquam a Ioue raptus foret. In hoc autem, quem dix. *Steph.*

p) for. *summum* Pol. scripsit, *Steph.*

q) diuina quadam vi fecit, vt subsisteret nauigium: adeo ut, quum longo tempore Romani cunctis totius populi viribus illud traherent, limo renitente, non prius proveherentur, quam deae sacerdos, quae Vestalis erat, aduecta esset. *Steph.*

r) exorari se fineret nauigium. Facile autem id, postquam alligata zona fuit, secutum est. *Steph.*

s) pudicitiam. *Memm.*

se in publicum, plerumque temporis in suburbanis aut in principalibus praediis procul ab vrbe consumere: abstinere prorsus ab iurisdictione, omnique actu imperatorio.

XII.

Per idem tempus accidit, vt ingens Italiam quidem vniuersam pe-
stilentia occuparet: sed in ciuitatem Romanam vehementius ta-
men saeuiret, vtpote quae et per se populo abundaret, et aduenas
toto orbe confluentes exciperet. Quare magna iumentorum atque 2
hominum strages consecuta. Tum Commodus (ita scilicet quidam
medicinae periti persuaserant) Laurentum secessit, *t*) quod frigidior 3
ea regio sit, syluisque e lauru permultis opaca: a quo etiam regioni
inditum nomen. Valere enim plurimum aiebant, ad aëris euitan-
dam contagionem, cum odores laurorum, tum ipsarum amoenitatem
vmbrarum. Quocirca in ipsa quoque vrbe, de medicorum sententia, 4
plerique vnguentis suauissimis nares atque aures opplebant, suffituque
et odoramentis assidue vtebantur, quod meatus sensuum (vt quidam 5
dicunt) odoribus illis occupati, neque admittant aëra tabificum, et,
si maxime admiserint, tamen eum maiore quasi vi longe superari.
Caeterum nihilo secius morbus *u*) ingrauescere, hominesque passim 6
et pecora inter homines agitantia interire. Sed et fames eodem 7
tempore ciuitatem oppresserat, hac de causa. Cleander erat quidam, 8
Phryx genere, ex ea nota hominum, qui publice per praeconem
veneunt. Hic quum in domum imperatoriam seruitio esset
traditus, et cum ipso Commodo accreuisset, eo scilicet honoris at-
que autoritatis prouectus est vt et corporis custodiam et cubiculi cu-
ram, praeterea militum praefecturam (solus) obtineret. Caeterum 9
diuitiae ac luxus, etiam illum ad imperii spem instigabant. Quo-
circa grandi coacta pecunia plurimum frumenti coëmit. id autem
occlusum habebat, sperans sibi Romani populi atque exercitus volun-
tates adiuncturum, si prius rerum necessariarum penuria laborantes,
magnis repente largitionibus demereretur. Idem gymnasium quoque 10
maximum exaedificauerat, publicatis etiam balneis, vt eo modo po-
pulum inescaret. At Romani infensi iampridem, *x*) ac totius causam 11
pestilentiae in eum conferentes, simul perosi hominem diuitiis in-
explebilem, prius quidem confertim per theatra identidem traduce-
bant: *y*) dein, agente in suburbanis Commodo, repente vniuersi
magnis clamoribus concurrerunt, Cleandrum ad necem deposcentes.
Quum autem suburbanum omne tumultu compleretur, et Commo- 12
dus ipse in alto secessu voluptatibus indulgeret, inscius quae gere-

t) frigidior enim ea regio, siluis e lauru spatiosissimis opaca, (a quo etiam inditum regioni nomen,) saluti conseruandae idonea esse existimabatur; atque adeo aëris corruptioni resistere, et suauitate odoris, qui e lauris efflaretur, et iucunda ipsarum arborum vmbra. Quin etiam ii, qui vrbem incolebant, medicorum iussu, vnguento nares atque aures opplebant fragrantissimo. *Steph.*

u) diutissime saeuire. *Memm.*

x) et illorum malorum causam in eum *conf.* Iam autem de fame, non de pestilentia, est sermo. *Steph.*

y) Tandem vero, ag. *Steph.*

rentur (nam id Cleander cauerat) repente extra omnium expectatio-
13 nem armati equites principis eruperunt, Cleandri iuſſu proruentes
obuium quemque, ac vulnerantes. Neque ſcilicet populus excipere
illorum impetum valebat, inermis armatorum, pedeſter equitum.
14 Quare fuga facta, in vrbem reiiciuntur, ibique permulti, neque mo-
do quos ferro milites conficiebant, neci dediti, ſed quos etiam ipſi
proculcauerunt equites: quique aut conferta turba aut equitum in-
15 curſu conflictabantur. Igitur ad vrbis portas ſine vllo impedimento
16 *equites z)* perſecuti, magnam populi partem interfecerunt. Qui au-
tem in vrbe remanſerant, calamitate ſuorum intellecta, clauſis do-
mibus cum in tecta et culmina euaſiſſent, lapidibus tegulisque equi-
17 tes deſuper inceſſebant. Itaque *a)* ſtatim conuerſa fortuna eſt, nullo
manibus decertare auſo, ſed omni multitudine deſuper quaſi ex tuto
dimicante. Quocirca ſaucii (magna pars) cum tolerare iam vlterius
18 nequirent, terga fugae mandarunt. Multi itaque cadebant crebro *b)*
telorum iactu, multi equis excutiebantur, inter deuolutos lapides fal-
19 lente veſtigio lapſantibus. Sed et pedites, qui in vrbe ſtationes ha-
bebant, populo ſuppetias aduerſus inuiſos ſibi equites raptim tule-
runt.

XIII.

Itaque cum ciuile bellum eſſet, nemo tamen quae gererentur nun-
2 tiare Commodo audebat, metu Cleandri potentiae: donec maxima
natu ſoror, Fadilla nomine, accurrens ad imperatorem (quippe faci-
lis aditus ſorori) crinibus ſolutis, proiecta humi, ac plane in lugu-
3 brem habitum deformata, *Tu quidem* (inquit) *o princeps, otium agi-
tans, et omnium quae gerantur ignarus, extremo in periculo verſaris:*
4 *nos autem, ſanguis tuus, propemodum occidimus. Actum de populo Ro-
mano, actum magna ex parte etiam de exercitu eſt: et quae ne a bar-
baris quidem nos paſſuros expectabamus, ea nobis domeſtici faciunt: et*
5 *in quos maxima contuliſti beneficia, eos primos inimicos habes. Clean-
der aduerſus te populum et exercitum armauit, c) quorum quidem alte-
ris inuiſus eſt, alteris charus: vtrique tamen in armis ſunt, caedemque*
6 *inter ſe patrant, et ciuili ſanguine Romam replent. Sed in nos videli-
cet vtriusque multitudinis recidet calamitas, niſi tu quamprimum neci
dederis ſceleratiſſimum famulum, qui tantae cladis illis iam fuit, no-*
7 *bis mox futurus eſt autor. d)* Haec loquens, veſtem ſcidit: multique
item qui aderant, ſumta de verbis mulieris audacia, Commodum
8 territabant. Is expauefactus, cum iam non vt impendens ſed vt prae-
ſens periculum formidaret, acciri ad ſe Cleandrum propere iubet,
nihildum certi ſcientem, ſed tamen aliquid ſuſpectantem imperatori
9 renuntiatum. Accedentemque ad ſe imperat comprehendi, et ca-
put eius amputatum contoque praefixum circumferri: voluptuoſum

z) perſecuti, omnes, qui in eos inciderent, interficiebant, nulli parcentes. *Steph.*

a) Itaque patiebantur, quae fecerant, nullo quidem cum eis manus conſerente, ſed omni mult. *Steph.* comminus cum eis decertante. *Memm.*

b) lapidum. *Memm.*

c) atque contrario in illum modo animati, alii quidem, (nimirum populus) odio, alii autem amore eum, proſequentes, (tota videlicet equitum cohors,) in armis ſunt. *Steph.*

d) Ipſa, talia quaedam locuta,

ſcilicet atque optatum populo ſpectaculum praebiturus. Ita *enim* 10
id malum ſedatum, *e)* atque vtrinque dimicatio dirempta. Siquidem
milites cum occiſum viderent pro quo decertabant, iram quoque im-
peratoris formidabant, cui verba data nihilque non factum contra
illius ſententiam compererant. Populus contra ſatisfactum ſibi auto-
ris ſupplicio putabat. Sed et liberi Cleandri (binos enim virilis ſe- 11
xus habebat) et quotquot illius amici fuerant, ad vnum omnes con-
trucidati: tractaque per vrbem cadauera et contumelioſiſſime habita,
poſtremo in cloacas abiecta. *f)* Haec finis Cleandri fatorum fuit, 12
quaſi in vno illo velut ambitioſius *g)* oſtentaret natura (vt ſic dixe-
rim) humana, poſſe ex infimo loco ad ſupremum faſtigium euehi ho-
minem, atque euectum, dein rurſum deturbari quamlibet exiguo at-
que inſperato fortunae momento. Caeterum Commodus, tametſi ve- 13
rebatur nequid fortaſſe populus etiam contra ſe noui moliretur, ta-
men ſuadentibus amicis in vrbem reuerſus eſt, ac laetis acclamatio-
nibus magnoque comitatu exceptus, in aulam principalem *h)* ſe con-
tulit. Enimuero ex illo, tot aditis iam periculis, coepit nulli ſatis 14
confidere, ſed occidere hunc atque illum, nulli non calumniae fidem
accommodans. Ad haec, neminem cui virtus vlla eſſet, amicum 15
ſibi adiungebat, ſed a cunctis aeque rectis ſtudiis animum auocaue-
rat. quippe quem die nocteque aliae ex aliis effraenae corporis volu-
ptates grauiſſimo ſeruitio premebant: neminemque non ab limine 16
velut inſidiatorem ſubmouebat, quemcunque aut probitas aut diſci-
plina vlla etiam mediocris illuſtraret. Scurrae vero, et qui turpiſſi-
ma quaeque repraeſentabant, quaſi addictum ſibi habebant. Auri- 17
gando etiam beſtiisque conficiendis ſupra modum exercebatur: ob
quae ſtudia adulatores eum fortitudinis gloria celebrabant: *i)* quare
illa minus decore tractabat quam modeſto principi conveniebat.

XIV.

Extitere ea tempeſtate etiam quaedam in coelo prodigia. Stellae
enim per diem perpetuo apparuerunt, quaedamque ex iis in lon-
gum productae medio quaſi aëre ſuſpenſae videbantur. Praeterea 2
animalia omne genus, minime ſuam naturam ſeruantia, cum figura
corporis prodigioſa, tum membris haudquaquam congruentibus ede-
bantur. Maximum autem nefas cum in praeſens dolorem attulit, 3

veſte etiam lacerata, nonnullique item eorum, qui aderant, quum ex verbis eius, quae ſoror Imperatoris erat, fiduciam ſumſiſſent, Commodum perturbarunt. *Steph.*

e) atque vtrique bellare deſierunt: milites quidem, cum occiſum vidiſſent, pro quo decertabant, iram Imperatoris formidantes; (intelligebant enim, ſe deceptos eſſe, et quae fecerant, contra illius ſententiam facta eſſe;) pop. *Memm.*

f) Hunc exitum Cleander, et qui eius partes ſequebantur, habuerunt, quaſi caet. Imitatur autem hic Pol. illud Virgilianum, *Haec* finis *Priami* fatorum. *Steph.*

g) Scribendum potius, *oſtentaret* (vt ſic dixerim) natura humana, p. *Steph.*

h) ſe retulit. *Steph.*

i) quum tamen ille magis deditus his eſſet, quam modeſtum Imperatorem decebat. *Steph.*

4 tum in futurum pessimo augurio, vniuersos conterruit. Nam quum
neque imbres vlli neque nubes, tantumque exiguus terrae motus an-
tecessisset, seu nocturni casu fulminis, siue igni aliquo in ipso terra-
rum motu velut extrito, totum de improuiso Pacis templum con-
sumptum incendio est: quod vnum scilicet opus cunctorum tota vr-
be maximum fuit atque pulcherrimum: idem templorum omnium
opulentissimum, *k*) egregieque munitum, multoque ornatum auro et
5 argento. Quippe vniuersi ferme suas illuc diuitias, quasi in the-
saurum, congerebant: ideoque per noctem debacchatus ignis multos
ex opulentis egenos reddidit. Quapropter communem quidem ia-
cturam publice omnes, suam autem quisque priuatim deplorabant.
6 Sed ubi templum omne consumptum ignibus est, *totiusque eius am-
bitus*, plurima quoque et pulcherrima vrbis aedificia conflagrarunt.
7 Inter quae etiam Vestae templum, sic vt Palladium quoque conspi-
ceretur: quod imprimis colunt atque in arcano habent Romani,
Troia (vt perhibent) auectum, ac tum primum *l*) postquam in Ita-
8 liam deuenit, conspectum ab hominibus *nostrae aetatis*. Quippe ra-
ptum id Vestales virgines media sacra via in aulam imperatoris trans-
9 tulerunt. Multae praeterea *aliae* pulcherrimaeque vrbis partes
combustae: plurimosque dies peruagatum incendium non prius se-
10 datum est, quam repentinis imbribus extingueretur. Itaque totam
rem diis imputabant eius aetatis mortales, quorum scilicet voluntate
11 et inchoasse incendium et desiisse arbitrabantur: ac portendi bella,
quae sunt deinceps insecuta, consumpto pacis templo, interpreta-
12 bantur. Quam deinceps famam rerum euentus (*vt postea dicemus*)
13 comprobauit. Enimuero plurimis maximisque incommoditatibus la-
borante ciuitate, non iam, vti antea, multitudo beneuole Commodum
aspicere, *m*) sed referre omnes eius calamitatis causam in illius iniu-
14 stos actus, et reliqua vitae crimina. Siquidem neque latebant popu-
lum scelera hominis: neque latere ipse volebat, sed quae domi non
sine infamia patrabantur, ea etiam in publicum ostentare haud vere-
15 batur: eoque vecordiae petulantiaeque processit, vt paternum primo
cognomen repudiaret, ac pro Commodo Marci filio, Herculem se
16 Iouis filium iusserit appellari: *n*) depositoque principum Romano-
rum cultu, leonis pellem substerneret, manuque clauam gestaret,
simul purpureas sibi atque auro intextas vestes circumdaret, non sine
omnium irrisione: quippe eodem *o*) schemate et foeminarum lu-
17 xum et heroum virtutem repraesentabat. Talem *p*) se videlicet quo-

k) quod esset egregie munitum, donariis aureis atque argenteis ornatum. *Steph.*

l) ex quo in Ital. dev. *Sylb.*

m) sed referre etiam causas omnes calamitatum, quae tam crebrae erant, in *temeraria* eius *homicidia*, siue *inconsiderata*. Nisi respicit ad eos, qui supplicio *indicta causa* afficiebantur; quod et *inconsiderate* ac *temerarie* ab eo fiebat. *Steph.* iniustas caedes. *Memm.*

n) deposito que Romanorum cultu, qui *regius* erat, vel *imperatorius*, i. e. qui reges, siue imperatores, decebat. *Steph.*

o) *Schemate* dicit pro *habitu*, ex Plauto: apud quem tamen *schema* legitur, non *schemate*, in Amphitr. *cum* seruili *schema* caet. *Steph.*

p) Talis, quum prodibat, con-

tidie praeſtabat. Idemque *q*) menſium nomina demutauit, ac pro ve-
tuſtis appellationibus nouas de ſuis cognominibus impoſuit, quorum
ad Herculem pleraque tanquam ſcilicet ad fortiſſimum referebantur.
Quin ſtatuas quoque ſibi tota vrbe poni iuſſit, inque iis vnam pro 18
Curia, quae arcum contenderet: vt etiam imagines ipſae terrores 19
atque minas prae ſe ferrent. Quam dein tamen ſenatus poſt illius
obitum ſuſtulit, proque ea Libertatis imaginem repoſuit.

XV.

Commodus autem, quum temperare iam ſibi vltra non poſſet, pu-
blice ſpectacula edere profeſſus, omnes ſe ſua manu feras occiſu-
rum pollicebatur, et cum fortiſſimis quibusque iuuenum ſingulari cer-
tamine depugnaturum. Ea quum rumoribus celebrarentur, concur- 2
rebant ex Italia omni ac finitimis gentibus vniuerſi ad id ſpectacu-
lum, quod nec antea oculis vſurpauerant, neque vnquam fando au-
diuerant. Siquidem ita eſſe certa manus illius dicebatur, vt quod- 3
cunque deſtinaret, iaculo ſagittaue contingeret. Erantque cum illo 4
aſſidue Parthorum lectiſſimi ſagittarii, ac Numidae *praeſtantiſſimi* ia-
culatores: quos ille tamen omneis longe artificio ſuperabat. Vbi 5
autem ſpectaculi dies adfuit, pleno amphitheatro exaedificatus Com-
modo peridromus fuerat, (per quem decurrere in orbem poſſet,) ne
cominus cum beſtiis pugnans periclitaretur, ſed ſuperne ac de tuto
loco tela iaciendo, iaculandi potius ſcientiam quam fortitudinem
oſtentaret. Ceruos igitur et damas, item cornigera alia, praeter 6
tauros, currens pariter ipſe atque inſequens impetebat, ac praeuenta
fuga certiſſimis ictibus proſternebat: leones vero et pantheras, alia-
que id genus nobiliſſima animalia, currens in orbem ſuperne iaculis
confodiebat: ſic vt nec telum quisquam ſecundum, nec vulnus vi- 7
derit niſi lethiferum. Nam vt primum ſe fera concitauerat, ſtatim
illam vel in fronte vel in corde ſauciabat, *r*) nullo praeterea vſus 8
ſcopo, neque ad aliam corporis partem telo deſtinato: ſic vt pari-
ter cum vulnere ipſo conficeretur. Caeterum beſtiae conquireban- 9
tur vndique: ac tum primum vidimus quae ante in picturis miraba-
mur. Quippe ex India Aethiopiaque, itemque a meridie et a ſepten-
trionibus quicquid incognitum prioribus ſeculis fuerat, confecit ille
pariter atque oſtendit, nullo non obſtupefacto tam certa illa manu 10
tamque nusquam telis aberrantibus. Idem aliquando ſagittas luna- 11
tae cuſpidis in Mauruſias ſtruthos intorquebat, quae et pedum cele-
ritate et alarum quaſi velis ocyſſime ferebantur, ſic vt ſummum
contingeret collum, atque ita capita amputaret, vt exectis ceruici-
bus (qui teli impetus fuerat,) *s*) aliquandiu tamen viuentibus ſimi-
lem curſum continuarent. Quin et pantheram, quae ſcilicet edu- 12

ſpiciebatur, i. e. tali habitu in publicum prodibat. *Steph.*

q) *menſium* annuorum *nomina*. Intelligit autem fortaſſe *menſium* totius *anni*. Alioqui ſuperuacaneum illud ἐνιαυσιαίων nobis videri queat. *Steph.*

r) Ac nunquam alium ſcopum ſibi propoſuit, neque aliam corporis partem attigit iaculum, quin ſimul et vulneraret et occideret. *Steph.*

s) adhuc circumcurrerent tanquam illaeſae. *Steph.*

ctum quendam in arenam cursu acerrimo comprehenderat, sic vt iamiam laniatura videretur, ita opportuno vulnere consequutus est, vt interfecta belua hominem seruauerit, ac dentium quoque aciem
13 cuspide ipsa iaculi praeueniret. Leones item cauea centum eductos, totidem missilibus vniuersos occidit: ita suo ordine iacentibus corporibus, vt *t*) numerari facillime singula possent, nullo scilicet super-
14 vacuo incidente telo. *u*) Hactenus igitur, quae gerebantur, quamvis a principe aliena viderentur, tamen quoniam fortitudinem scientiamque prae se ferrent, popularem quandam gratiam emereban-
15 tur: verum vbi iam nudus ingressus amphitheatrum est, sumtisque armis numeros gladiatorios implebat, tum vero triste Romano populo spectaculum id visum, nobilissimum imperatorem, post tam multos parentis sui maiorumque triumphos, non quidem aduersus *x*) beluas arma capere militaria, vel Romanorum imperio congruentia, sed amplissimam dignitatem turpissimo foedissimoque cultu contaminare.
16 Facile autem dimicans suos compares superabat: neque tamen vltra vulnera procedebat, dante vnoquoque manus, atque imperatorem
17 potius quam gladiatorem agnoscente. Eoque vesaniae *y*) prouectus est, vt deserere principalem aulam atque in *z*) ludum gladiatorium
18 migrare institueret. Neque se amplius Herculem appellari patiebatur, adoptato nobilissimi gladiatoris nomine, qui iam vita excessis-
19 set. Quin simulacro illi colosseo, quod Romanis venerabile est, solis effigiem gerens, capite demto suum imposuit: atque in basi subscripsit non quos consuesset imperatorios paternosque titulos, sed pro Germanico, *Mille gladiatorum victorem.*

XVI.

Caeterum ipsum quoque desinere aliquando ab sua vecordia et ciui-
2 tatem tyrannide liberari oportebat: idque anno ineunte: quem diem Romani festum agunt, ad (Ianum) vetustissimum Italiae deum
3 referentes, cuius etiam Saturnum ipsum, ab Ioue filio pulsum, *quum*
4 *in terram descendisset*, fuisse hospitem praedicant, *a*) et, quod ibi
5 latuisset, nomen Latio inditum. Quocirca etiam nunc Romani Sa-
6 turnalia prius, dein vero initium anni more suo concelebrant. Estque eius dei biceps imago, vt a quo incipit et in quem desinit an-
7 nus. *b*) Quum igitur hunc diem festum ciuitas agitaret, in quo *po-*

t) numerari per otium possent omnia. *Memm.*

u) Hactenus igitur, quamuis, quae gerebantur, ab imperatoria dignitate essent aliena, tamen apud vulgus aliquam, fortitudinis ergo et peritiae iaculandi, gratiam *emereb.* Puto autem, Polit. scripsisse, *scientiam* que *iaculandi* caet. *Steph.*

x) aduersus barbaros arma cap. *Steph.* quod notauit etiam Io. Hartungus Decuriae 3. c. 2. §. 12. *Sylb.*

y) Pro *profectus est* Polit. scripsisse *prouectus est* puto. *Steph.*

z) domicilium *gladiatorium.* Sic et in sqq. *Steph.*

a) veritum que filii potentiam vel dominatum, absconditum apud eum latuisse. vnde et nomen illi Italiae loco impositum, et Latium appellatum fuisse, e Graeco sermone in patrium deductum. *Steph.*

b) Quum igitur festus hic dies aduentaret, in quo Romani etc. sequendo lectionem illam in Annot. *Steph.*

tissimum Romani inuicem se colunt salutantque, et nomismata alter alteri, *c*) caeteraque omnifariam munera mittitant, summique magistratus conspicuam sibi et solennem purpuram induunt: vniuersis 8
diem concelebrantibus, statuit Commodus non quidem ex imperatoriis (vt mos erat) aedibus, sed ex ipso gladiatorio ludo prodire in publicum, ac pro eleganti vestitu, purpuraque imperatoria, procedere armatus, deducente gladiatorum agmine, in conspectum Romani populi. Quod vbi consilium suum ad Martiam retu- 9
lit, vnam e suis concubinis, cui scilicet plurimum deferebat, ac prope vxoris eam loco habebat, sic vt praeter ignem omnes honores, velut Augustae, tribuerentur: intellecto mulier tam absurdo 10
turpique consilio, *primum* orare multis lacrymis, supplexque ad genua accidere, ne aut Romanum imperium *d*) pollui pateretur, aut ipse vitam suam perditis ac deploratis hominibus tam periculose committeret. Sed quum *diu supplicando* nihil profecisset, lacrymans dis- 11
cessit. Ille praefectum exercitibus, Laetum nomine, et Electum cu- 12
biculi custodem, ad se accitos, parare iubet in ludo ipso gladiatorio, quo se dormitum recipiat: vt illinc ad sacrificandum mane procederet, ac se armatum Romano populo ostentaret. *e*) Illi multis pre- 13
cibus persuadere tentabant, ne quid indignum principe conaretur.

XVII.

Quibus *f*) Commodus, ira percitus, facessere ab se iussis, statim in cubiculum reuersus, vt, quemadmodum consueuerat, meridiaretur, sumto in manus libello, quales de *g*) philyra tenuissimi atque in vtramque partem replicabiles fiunt, conscribit in eo quoscunque 2
illa nocte interficere destinauerat. Ex quibus prima erat Martia, mox Laetus atque Electus: post hos ingens eorum numerus, qui 3
plurimum autoritatis in senatu obtinebant. Siquidem senes *h*) vniuersos paternos amicos tollere e medio, ne censura illorum sua interpellarentur flagitia, bonaque ipsa diuitum dilargiri partim militibus, partim gladiatoribus, decreuerat: vt alteri se defenderent, alteri oblectarent. Eum igitur libellum ita conscriptum, supra lectulum 4
deposuit, neminem ad se introiturum suspectans. Erat autem pusio 5
quidam, infans adhuc, *i*) ex ea nota qui vestitu (caetero) nudi, sed

c) et communicatione mutua pulcherrimarum quarumque rerum, quas terra et mare ferunt, sese oblectant: et magistratus eponymi tum primum honorificam et annuam purpuram induunt: *vniuers.* Sunt autem *eponymi* magistratus *consules:* et πορφύρα eorum, i. e. *purpura*, est ἡ περιπόρφυρος, *praetexta.* *Steph.* et consules tum primum insignem illam et annuam praetextam induunt. *Memm.*

d) contumelia afficeret. *Steph.*

e) Illi supplicabant et persu. t., ne quid principatu indignum faceret, vel imperio indign. *Steph.*

f) At Commodus, aegre id ferens, eos quidem amandauit: reuersus autem in cubiculum ad capiendum somnum, (nam meridie id facere moris habebat,) sumto caet. *Steph.*

g) h. e. de tilia. *Memm.*

h) sen. vniu. et reliquos patris amicos tollere e medio, (quod eum graues turpium factorum inspectores habere puderet,) bonaque caet. *Steph.*

i) ex istis, qui nullum quidem

auro gemmisque *pretioſiſſimis* ornati, ſolent delicatiſſimo cuique Ro-
6 manorum eſſe oblectamento. Is ita Commodo charus erat vt cum
illo ſaepe etiam cubaret, ac Philocommodus appellaretur, ipſo in-
7 dicante nomine amorem principis. Hic itaque puer forte ludibun-
dus, *k*) occupato inter balnea et crapulas Commodo, cubiculum (vt
conſueuerat,) ingreſſus, ſumto in manus *qui ſupra lectulum iacebat*
8 libello, quicum luſitaret, foras proceſſit. ac forte quadam in Mar-
tiam incidit. quae quum puerum etiam ipſa diligeret, complexa
prius atque deoſculata, libellum manu aufert: verita, ne quid ob in-
9 fantiam inſcius puer rerum fortaſſe *l*) grauiorum labefaceret. Agnita
dein Commodi manu, ac legendi cupidine *magis* illecta, *m*) vbi fu-
neſta contineri, ac ſe primam peti intellexit, Laetumque et Electum
ſubſequi, tantamque deinceps reliquorum futuram caedem: haec ſe-
10 cum ingemiſcens conſuſurrabat, *Euge, Commode, n) haeccine prae-
mia beneuolentiae amorisque ſunt: ita ſcilicet de te merui, quum tam
multos annos contumelias ebrietatemque tuam pertuli? Sed nequaquam
tibi haec ita ſucceſſerint, viro temulento, aduerſus ſobriam mulierem.*
11 His dictis, Electum ad ſe arcerſit (quem etiam ipſa aliquando per ſe
12 conuenire, vtpote cubiculi cuſtodem ſolita, et cum eo quoque ſtu-
pri habuiſſe conſuetudinem credebatur) traditoque in manus libel-
13 lo, *Vide* (inquit) *Electe, cuiusmodi ſumus hac nocte feſtum celebraturi.*
14 Is eo lecto expauefactus (erat autem Aegyptius genere, audax homo
o) ac promtus, et iraſci facilis) ſtatim ſignatum libellum per hominem ſibi
15 fidum, Laeto legendum mittit. Qui item exterritus, ad Martiam
contendit, ſimulans de iis ire ſe conſultatum, quae ad concinnandum
16 ex iuſſu principis ludum gladiatorium pertinerent. *p*) Hoc igitur
vſi praetextu, *q*) conſtituunt aut faciendum ſibi quamprimum aut
patiendum aliquid: nullum morae locum, nullum procraſtinationi
17 eſſe. Placitum autem eſt rem veneno agi: quod ſe facile daturam
Martia recepit, quippe ſolita primum illi miſcere atque offerre po-
18 culum, vt ab amica porrectum ſuauius biberetur. Igitur redeunti
ex balneis commixtum vino odoratiſſimo venenum in calice obtulit.
19 Ille diu lauando *r*) venandoque *feras* collecta ſiti, *s*) veluti de mo-

amictum geſtant, ſed auro et lapidibus pretioſiſſimis ſunt ornati: quibus ſemper gaudent ex Romanis ii, qui luxui dediti ſunt. *Steph.*

k) quum Commodus ad conſueta balnea et crapulas profectus eſſet. *Steph.*

l) neceſſariarum. *Steph.*

m) ubi mortiferum eſſe comperit, ac ſe primam eſſe morituram, Laet. et El. ſubſecuturos. *Steph.*

n) haeccine gratia amori beneuolentiae que meae rependitur, poſtquam tot annos tuas contumelias tuam que ebrietatem toleraui? Sed non impune tu temulentus haec aduerſus ſobriam mulierem molitus fueris.

o) ac manu promtus et irae *impotens*, ad verbum, qui hoc a natura habebat, vt irae ſeruiret vel indulgeret. *Steph.*

p) Quum igitur ſimulaſſent, ſe de iis, quae ad illum pertinerent, conſultare, conſtituunt caet. *Steph.*

q) conſtituunt facere prius aliquid, quam pati. *Memm.*

r) ſe que cum feris exercendo. *Sylb.*

s) veluti talem potum, qualem amica temperare ſolebat, ita ebibit, vt nihil ſentiret, i. e. vt alium, quam conſuetum guſtum eſſe non

re propinatum ſibi, temere interbibit. Quare ſtatim capitis graue- 20
dine occupatus, atque in ſoporem prolapſus, quum id ex labore ac-
cidiſſe opinaretur, quieti ſe tradidit. Electus autem et Martia re- 21
cedere omnes confeſtim, et ſuam quemque domum reuerti iubent, ne
ſomni indigum Commodum expergefacerent. Id autem alias quo- 22
que ex ebrietate nimia facere conſueuerat. *t*) Nam quum vel bal-
neis vel epulis operam daret, nullum ſcilicet habebat praeſtitutum
quieti tempus. etenim aliae ex aliis voluptates, eaeque inter ſe ma-
xime diuerſae, ſeruire ſibi hominem etiam inuitum *u*) quocunque
tempore ſubigebant. Pauxillum igitur quum requieſſet, ac iam ſe 23
ad ſtomachum et aluum veneni vis inſinuaſſet, oborta vertigine, vo-
mitus et quidem affatim conſecutus eſt: ſiue ipſo cibo, quem largi-
ter ante ſumſiſſet, multaque meri potione virus expellente: ſeu
quoniam principibus mos eſt, antequam cibum capiant, medicamento
vti, quo venena prohibeantur. Caeterum quum multum euomuiſſet, 24
veriti illi ne veneno quoque omni eiecto colligeret ſeſe, atque vna
omnes caedi imperaret, *x*) perſuaſerunt magna mercede Narciſſo
cuidam, audaci ſtrenuoque adoleſcenti, vt ipſum in cubiculo ſtrangu-
laret. *Hic irrumpens illum et veneno et crapula langueſcentem, con-* 25
ſtricto gutture interficit. Hunc finem vitae Commodus habuit, tre- 26
decim annos poſt parentis obitum imperio adminiſtrato: vnus omni-
um ante ſe imperatorum nobiliſſimus, omniumque eius aetatis homi-
num formoſiſſimus. quod ſi *aliquid* dicendum de fortitudine quoque 27
eſt, *y*) ne in hoc quidem cuiquam, praeſertim deſtinandis ictibus,
conceſſurus. Sed tamen totam vitae rationem ſtudiis (vt dictum eſt)
foediſſimis contaminauit

LIBER SECVNDVS.

OCCISO *a*) Commodo, quemadmodum ſuperiore volumine de-
monſtrauimus, quum celare factum interfectores, et aulicas 2
excubias fallere vellent, vili quodam ſtragulo inuolutum con-
ſtrictumque corpuſculum, ac duobus exploratae fidei famulis impoſi-

ſentiret. *Steph.* vel, vt nullſum ſub-
eſſe dolum ſentiret. *Sylb.*

t) Quum enim poſt frequentia balnea frequenter etiam cibum ſumeret, nullum hab. pr.. *Steph.*

u) quum tempus aduenerat, i. e. quum cupido eum inuaſerat. *Steph.*

x) perſuaſerunt inueni cuidam nomine Narciſſo, ſtrenuo ac robuſto, vt ingreſſus Commodum ſtrangularet: magna praemia ſe daturos polliciti. *Steph.*

y) nulli certior fuit manus et maiore dexteritate praedita: niſi, quam his in rebus nactus erat felicitatem, ſtudiis foediſſimis, (quemadmodum diximus,) contaminaſſet. *Steph.*

a) Quum ii, qui Commodo inſidiabantur, illum interfeciſſent eo, quo dictum eſt modo in primo huius hiſtoriae commentario, et celare factum vellent: vt ſatellites, qui aulam imperatoriam cuſtodiebant, laterent, vili q. ſt. *Steph.*

tum, aedibus exportandum, velut aliquid ſuperuacuum ex cubiculi ſu-
3 pellectile, curauerunt. Qui autem exportabant, per medios euaſere cu-
4 ſtodes, *b*) partim ebrios, dormitantesque, ac manu languida tenentes
haſtilia, partim etiam ſocordes eorum, quae ad ſe parum pertinere ar-
5 bitrabantur. Ita corpus principis *c*) furtim elatum ac per noctem vehi-
6 culo impoſitum, in Ariſteum miſerunt. Laetus autem et Electus,
Martiaque, *quid agendum foret* diu deliberato, tandem decernunt,
ita de eius morte rumores ſerere, quaſi repente in apoplexiam incidiſ-
7 *ſet. d*) *quod facile de illo creditum iri exiſtimabant*, *quem conſtabat*
8 *identidem ſolitum immoderatis epulis ſaginari.* Sed ante omnia tamen
viſum eſt, *aliquem prouectum aetate ac modeſtum hominem deligere ad*
imperium, per quem et ipſi incolumes forent, *et omnes a ſaeua immo-*
derataque tyrannide reſpirarent. Igitur diu conſultato, neminem ſic
9 idoneum inuenerunt, vt Pertinacem. Erat autem Pertinax, genere
Italus, domi bellique rebus geſtis clarus, multisque inſignis trophaeis,
10 quae aduerſum Germanos atque orientales barbaros erexerat. vnus-
que erat *e*) reliquus e grauiſſimis illis quos pater Commodo amicos
reliquiſſet, cuique plurimum ex omnibus ſociis ducibusque detulerat.
f) tutus hactenus, vel grauitatem ipſam verito, vel ob paupertatem
11 hominis diſſimulante Commodo. Siquidem id quoque illius laudi-
bus accedebat, *quod quum plurima omnium adminiſtraſſet*, *tamen erat*
12 *omnium pauperrimus.* Hunc igitur Pertinacem nocte intempeſta, ſo-
pitis omnibus, Laetus atque Electus cum paucis eiusdem factionis
13 adeunt, et quum ianuam occluſam offendiſſent, ianitorem excitarunt.
qui vbi adaperuit, militesque et Laetum praefectum adeſſe vidit,
14 perterritus atque expauefactus Pertinaci renuntiat. Is admitti (ilico)
iubet, *euentura mox*, inquiens, *quae ſibi g*) *ad eam diem mala prae-*
15 *ſagiuerat.* Tanta porro *h*) fuit animi conſtantia, vt ne lecto
quidem ſe mouerit, aut habitum oris demutauerit. ſed ingreſſis Laeto
atque Electo, quamuis ad ſe occidendum miſſos crederet, pleno au-
16 daciae vultu minimeque pallenti, *Iampridem* (inquit) *hunc exitum*
vitae ſingulis etiam noctibus ſperabam, qui ex omnibus paternis amicis
vnus adhuc eſſem reliquus. Itaque demirabar, *quonam tam diu rem*
17 *differret Commodus. Proinde i*) *quid ſtatis? quin facitis imperata*,

b) quorum alii crapulam edormiebant, alii, qui adhuc vigilabant, et ipſi in ſomnum deferebantur, in manus, quae haſtilia tenebant, reclinati: alii, quidnam eſſet, quod e thalamo exportabatur, non valde curabant; quum ne pertineret quidem ad ipſos haec ſcire. Ita c. *Steph.*

c) furtim ſubductum, et per atrii ianuam exportatum; quum noctu vehiculo impoſuiſſent, in Ar. *Steph.*

d) rumorem enim hunc fore huiusmodi putabant, cui fides adhiberi poſſet, quum ob inexplebilem voracitatem male audiret. Sed ante o. *Steph.*

e) reliquus ex illis maieſtate verendis viris, quos p. C. *Steph.*

f) quem non interfecit Commodus, ſiue quod maieſtatem illam revereretur, ſiue quod ob paupertatem eum conſeruaret. *Steph.*

g) in dies vel quotidie. *Memin.*

h) fuiſſe fertur. *Steph.*

i) quid cunctamini? Nam vos quidem imp. facietis: ego autem illa ſpe mala et formidine aſſidua *liberabor.* Ad haec Laetus, *Non*

neque a tristi aliquando ac perpetua formidine liberatis? Ad haec Laetus, *Desine* (inquit) *indigna te et superiore vita tua fabulari. neque nos mortem tuam, sed salutem cum nostram tum Rom. imperii petitum venimus. Iacet enim tyrannus, debitasque luit poenas, ea passus a* 19
nobis, quae in nos facere moliebatur. Quare huc adsumus imperium 20
tibi tradituri, quem vnum ex omni se natu, vel temperantia vitae, vel autoritate, vel k) aetate etiam et grauitate morum scimus esse praestantissimum, charumque populo et venerabilem: sperantes, quod agimus et optabile illis et nobis l) salubre futurum. 21
m) Ad haec Pertinax, *Desinite,* (inquit) *senem ludere hominem, at-* 22
que ita timiditatis arguere, vt prius decipere, dein occidere studeatis. Atqui (inquit Electus) *quando nobis parum credis, n) cape libellum hunc,* 23
(nam manum certe agnoscis Commodi) tute lege: cognosces proculdubio quantum effugerimus periculi: neque tentamentum aliquod in nostris verbis, sed veri fidem deprehendes. Quod vbi Pertinax fecit, iam 24
profecto viris antea quoque sibi amicissimis credendum ratus, intellecta omni re, totum se illorum potestati permisit.

II.

Placuit igitur primo exercitum adiri, ac militum tentari animos: quos tamen Laetus in sententiam suam facile se adducturum pollicetur, quippe cuius aliqua, vtpote praefecti, futura esset apud illos autoritas. Quocirca omnes quotquot aderant, ad exercitum festinant, 2
o) quum iam multum noctis processisset, instante Kal. Ianuariarum 3
die. Mittunt praeterea fidos homines, qui passim rumorem dissemi- 4
nent vita defunctum Commodum, Pertinacemque, iam imperaturum, contendere ad exercitum. Qui vbi rumor euagatus, repente popu- 5
lus vniuersus lymphato similis ebacchari, et discurrere per vias: ac laetabundi omnes renuntiare pro se quisque amicis, *iisque maxime,* quibus aut dignitas aut diuitiae superabant. namque illis *p)* potissimum 6
discrimen impendebat a Commodo. Ibant igitur ad templa et aras
q) diis gratulatum, alii alia vociferantes: quidam, iacere tyrannum, 7
pars gladiatorem, nonnulli etiam multo his foediora. Quaeque hactenus metus represserat, ea nunc, licentia ac libertate oborta, im-

desines, inquit, *indigna* te et anteacta tua vita loqui? Non enim in perniciem tuam hic noster aduentus, sed in nostram et Romani imperii salutem. Iacet en. *Steph.*

k) aetatis maiestate vel *grauitate*; quia nimirum canities quandam grauitatem et modo non maiestatem affert. Sic infra τὴν μὲν ἡλικίαν σεμνὸν dicit. *Steph.*

l) malim *salutare*, quam salubre. *Steph.*

m) Ad haec Pertinax, *Non desinetis*, inquit, senem l.h., per interrogationem, vt paulo ante, Non desines etc. *Steph.*

n) sumtas hasce tabellas (agnoscis autem manum Commodi; quum *solitus sis*, quae illa manuscripta sunt, legere,) contemplare. *Steph.*

o) Iam autem maxima pars noctis processerat: et, quum instaret festum, ante diem omnia agebantur. Mittunt igitur ex fidis aliquos, qui p. rum. *Steph.*

p) pot. insidiari Commodum sciebant. *Steph.*

q) diis gratias agentes. Vociferabantur autem diuersa; quidam — *Steph.*

8 pune iactabantur. Sed et pleraque pars populi cursu concitato ad
exercitum contendebat, r) veritis omnibus, vt satis libenter impera-
9 torem Pertinacem milites acciperent. quippe moderatum principem
non sane nimis ex sententia futurum sperabant militibus, qui scili-
cet tyrannidi seruire, vimque omnem ac rapinas exercere consueuis-
10 sent. s) Itaque, velut ad obsequium impulsuri, confluxere ad ca-
11 stra frequentes. Quo vbi peruentum, ingressi Laetus et Electus vna
cum Pertinace sunt ibi conuocatis militibus, ad hunc modum Lae-
12 tus verba facit, *Commodus imperator t) vester apoplexiae morbo interiit.*
13 *Causa mortis nemo alius, sed est ipsemet sibi. nam quum frustra nos*
optima atque salubria subiiceremus, gerens ille se quemadmodum omnes
14 *nostis, cibo potuque nimio suffocatus est. atque is quidem suo sibi*
15 *fato extinctus periit. quippe non vna eademque cunctis hominibus mor-*
tis causa. sed aliae aliis, cunctaeque tamen ad eundem tendentes vitae
16 *finem. Verum pro illo adducimus vobis ipsi ac Romanus populus virum*
17 *aetate grauem, vita moderatum, militaris disciplinae peritissimum: cu-*
ius bellicam virtutem vos quidem veterani saepenumero experti, caeteri
tot annos vrbi praefectum non honore solum, sed etiam admiratione
18 *dignissimum iudicastis. Igitur fortuna non principem solum vobis dat,*
19 *sed parentem quoque optimum. Cuius principatus non vobis modo u) qui*
eum praesentes tuemini, sed iis etiam iucundissimus futurus est, qui ripas
fluuiorum, ac Romani terminos imperii defensant: videlicet res eius
20 *praeclare gestas memoria retinentibus. Neque vero iam barbaros no-*
bis pretio conciliabimus; sed eorum memores, quae hoc duce perpessi sunt,
21 *metu potius subigentur.* Haec dicente Laeto, minime iam se cohibuit
populus, quin cessante adhuc et dubitabundo milite, augustum illum
declararet, patremque appellaret, et faustis omnibus acclamationi-
22 bus prosequeretur. x) Idem etiam milites factitabant, quanquam
non pari alacritate: y) sed circumfusa vndique inermibus, festumque
agitantibus diem, populi turba, facile illos acclamare, ac Pertinacem
23 vocare augustum coegit. Mox iurati de more in illius nomen, facta-
que re diuina, laureati omnes, populus atque exercitus, proseque-
bantur.

r) quum hoc maxime vererentur, ne milites ad subeundum Pertinacis imperium minus promti essent. Illud enim, quod moderatum esset futurum, non valde probaturos milites existimabant. *Steph*

s) Vt igitur illos ad subeundum eius imperium compellerent, conuenerunt *vniuersi*. Compulsos autem ab illis fuisse, paulo post dicet. *Steph*

t) noster vel nobis. *Memm.*

u) qui hic satellitum officio fungimini, vel stipatorum, sed iis etiam, qui in ripis fluuiorum et in Romani imperii terminis sedem habent. *Steph.* Illos, *riparios*, hos *limitaneos milites* appellant Latini recentiores. *Sylb.*

x) tunc idem, *Memm.*

y) sed necessitate sibi imposita ab ea, quae aderat, multitudine, (nam vndique a populo circumdati erant, et pauci, et inermes, vtpote die festo,) tamen vna cum populo acclamarunt, et Pertinacem Augustum vocarunt. *Steph.*

III.

Sed postquam in aulam imperatoriam per noctem (vt diximus) a milite populoque deductus, magnis curarum motibus aestuabat. Et 2
quamuis animo esse forti constantique videretur, tamen illum vehementer praesentia territabant, non de salute sua magnopere sollicitum, (quippe alias grauiora pericula contemserat) sed *z*) repentinae tyrannidis mutationem animo versantem, nobilitatemque nonnullorum senatorum reputantem: quos minime passuros arbitraba- 3
tur, post imperatorem generosissimum recidisse principatum ad *a*) hominem priuatae stirpis atque obscurae. Nam etsi vita ipsius plane 4
temperans ac frugalis audiebat, maximamque in bellicis negotiis gloriam fuerat adeptus, attamen claritate generis *b*) *multum patriciis*, impar habebatur. Igitur postquam diluxit, in curiam se contulit, 5
neque ignem sibi praeferri, neque vlla principatus insignia passus attolli, donec senatus sententiam scitaretur. Sed cum omnes simulat- 6
que viderunt, laetis acclamationibus vnanimiter exceperunt, augustumque et imperatorem consalutarunt. At ille recusare institit, 7
tanquam rem inuidiosam, nomen imperii: excusare senectutem, veniamque orare: multos esse dictitans patricios viros quibus magis imperium conueniret. Simul Glabrionem manu comprehensum protra- 8
hens, sessitare imperatoria sella iubebat. Erat enim ille omnium pa- 9
triciorum nobilissimus, ad Aeneam Veneris et Anchisae filium seriem generis referens, idemque iterum consul. qui tamen ita tum loquu- 10
tus est, *Equidem egomet, quem tu omnium putas dignissimum, cedo tibi imperio, atque vna mecum senatus omnis summam tibi potestatem decernimus.* Ibi vero ille, vim pene afferentibus atque impense roganti- 11
bus vniuersis, vix tandem dubitabundus sellam imperatoriam conscendit, atque orationem huiuscemodi habuit: *c*) *Consensus hic ve-* 12
ster, studiumque eximium vni mihi plurimum in tanta ista nobilitate deferendi, quum omni adulationis suspicione vacet, argumentumque beneuolentiae fidemque praeferat, alium (fortassis) audaciorem atque alacriorem redderet ad ea quae traderentur suscipienda: sperantem facili se gubernatione vsurum, qui tantam in vobis beneuolentiam animaduerteret. Me autem contra, magna ista scilicet atque egregia sicut hono- 13
ris sensu obstupefaciunt, ita metu quodam curaque sollicitant. Siquidem 14
arduum imprimis est, magnis acceptis beneficiis paria referre. Nam in beneficiorum vicissitudine, si magnam gratiam referat qui paruam debuerit, non tam facilitas remunerandi expenditur, quam in ipso argumentum grati animi commendatur: sed quum prior quispiam eximia in 15
te quaedam contulerit, tum si illum parum ample demerearis, non tam deesse quod reponas, quam ipse inops sensuum ac plane ingratissimus videare. Cerno igitur iam animo, quam mihi arduum sit propositum cer- 16

z) Puto, Pol. scripsisse *repentinam*; quod Graecae voci respondet. *Steph.*

a) libertino videlicet patre natum. *Memm.*

b) longe a patriciis aberat. *Memm.* vel, longe patriciis erat inferior. *Sylb.*

c) Honor, quem mihi tam scite et industrie exhibetis, vel, tanta, quam in me honorando ponitis, industria, aut, quam ad me honorandum confertis. *Steph.*

tamen, ne tanto a vobis accepto honore parum me (fortasse) dignum
17 *exhibeam. quippe non in sella ipsa d) fastigium dignitatis, sed in ope-*
18 *ribus situm, e) quae illam minime dedecorent. Nam quantum praeterita odimus, tantum de futuris bene speramus. Et, vt tenax est iniuriarum memoria (quod enim offendit, f) nunquam obliteratur) sic benefi-*
19 *cia in ipso excidunt vsu. Siquidem non tam delectat libertas, quam seruitus offendit. neque habendam quisquam gratiam putat, quod rebus suis pro arbitrio vtatur: (quippe id sibi deberi iure autumat) qui vero*
20 *suis exuitur bonis, nunquam sane iniuriarum obliuiscitur. g) Neque*
21 *quisquam lucro apponit quod vtilitatem in commune pariat. quae enim publice prosunt, parum cuique curae sunt: sin quae propria cuiusque sunt, minus ex sententia ceciderint, tum nemo satis secum benigne agi*
22 *putat. Adhaec, h) quicunque enormibus tyrannorum atque immensis largitionibus insueuerunt, ii, si frugalius paulo aut continentius ex pecuniae inopia agere instituas, non tam id moderatae cuidam dispensationi prudentique attribuunt, quam auaritiam continuo tibi et sordes expro-*
23 *brant: neque autem cogitant, neminem posse magna cuiuis dilargiri, qui se a vi atque a rapinis abstineat. Qui autem recte ac pro cuiusque dignitate dispensat, non modo nihil cuiquam iniuste eripit, sed et*
24 *caeteros frugi esse docet, et parcere parto. Haec igitur cum animis vestris reputantes, adnitimini vos quoque mecum (patres) communemque hanc imperii administrationem existimate. quippe in rep. optimatium, non autem sub tyrannide victuri, cum ipsi optimam habere spem, tum*
25 *reliquis etiam debetis polliceri.* Haec locutus Pertinax, senatui animum addidit: votisque exceptus et acclamationibus, habitusque honorificentissime, Iouis aliorumque deorum templis consalutatis, sacrificioque de more facto, in aulam palatinam *i)* se contulit.

IV.

Postea vero quam fama vulgauit, quae ille vel in senatu dixisset, vel ad populum scripsisset, laeti omnes agitare, sperantes *k)* se-

d) eminentior dignitatis gradus, vel prae eminentia dignitatis, vel q. d. non ex sella ipsa aestimatur primae eminentioris que sedis honor, sed ex factis. *Steph.*

e) si quis eam non dedecoret. *Memm.*

f) non facile. *Memm.*

g) Neque si qua in commune vtilis exoriatur mutatio. *Steph.*

h) quicunque incircumspectis et profusis tyrannorum largitionibus ad luxum suum abuti consueuerunt, si postea frugalitas adhibeatur, modus que in iis teneatur, ob pecuniarum penuriam, mutationem hanc non frugalitati tribuunt, neque moderatam et circumspectam dispensationem appellant, sed auaritiam et miseriam vitae exprobrant. Nesciunt enim, nemini contingere, vt magna possit dilargiri, id que temere, sine iudicio ac discrimine, nisi rapiat, vim que inferat: ac considerate omnia et pro cuiusque dignitate tribuere, sine vilius iniuria, dum non praebet iniustam pecuniarum abundantiam, frugalem eorum parsimoniam docet, quae honestis rationibus sunt comparata. *Steph.*

i) se retulit. *Steph.*

k) grauem se et cl., vel, dignum, quem reuererentur, aut venerarentur. *Steph.*

rium ſe et clementem principem, parentemque adeo magis quam
imperatorem habituros. Nam et militibus edixit, ne cui ex populo 2
contumeliam facerent, neue quem viatorem pulſarent: *l*) cunctaque
denique ad honeſti cultum modeſtiamque referebat. Ipſe cum aut
ingrederetur, aut ius diceret, comem ſcilicet ac manſuetam indolem
oſtendebat: *m*) et cum Marcum imprimis referre videretur, ſeniores 3
quidem admonitu delectabat, reliquos autem *omnes* a crudeli con-
tumelioſaque tyrannide ad modeſtam vitam tranquillamque vindica-
tos, facile ad ſe amandum impulerat. Quae quum fama latius eua- 4
garetur, nationes omnes atque exercitus ſubiectos Romanis aut ami-
cos, ad *n*) deferendos ei diuinos honores incitauit. Quin barbari 5
quoque, ſiqui aut fraenos depulerant, aut ſeditiones moliebantur,
metu virtutis, quam praeſtitiſſe eum ſuperioribus bellis meminiſſent,
o) iuſtitiaeque fide, cum neminem ab illo ſcirent vltro offendi, ſed
gratiam cuique pro meritis referri, vimque abeſſe et crudelitatem:
ſponte illi ſe dediderunt. Legationes praeterea vndique conflue- 6
bant, gratulatum Romano populo, quod Pertinacis imperio guberna
rentur. Sed quod pleriſque omnibus publice priuatimque gratum 7
fuit, modeſtum manſuetumque principem populo Romano contigiſſe,
id vero vrbanae cohortes imperatorum cuſtodiae adhibitae, grauiter 8
moleſteque ferebant. Siquidem a rapinis iniuriiſque ad temperatum 9
vitae cultum reuocatae, ac mitem illam ciuilemque gubernandi ra-
tionem in contumeliam ſuam ac dedecus accipientes, vt ex qua li-
centiam ſibi ademtam intelligerent, *p*) nullo iam pacto rectorem
huiuscemodi tolerandum ſtatuebant. Igitur principio contumaciores 10
ſe gerere, minusque dicto audientes eſſe: poſtremo, nondum bime- 11
ſtri imperio expleto, cum quidem ille iam non dubium ſuae probi-
tatis ſpecimen dediſſet, vniuerſis in optimam ſpem erectis, inuidit
repente mala ſors, *q*) quae omnia funditus euertit, ſic vt egregii illi
conatus vehementer omnibus profuturi, in medio quaſi curſu pro-
laberentur. Nam primum quidem quicquid in Italia aut alibi gen- 12
tium *r*) inculti ſoli, etiamque ſub regibus, vacaret, id totum occu-
pantibus et colentibus adiudicauit: decemque annorum immunita- 13

l) cuncta denique ad honeſtatem et moderationem reducere conabatur. Ipſe quum aut egrederetur, aut ius dic., vel, quum in publicum prodiret. *Steph.*

m) et quum Marci imperium aemularetur, ſeniores quidem, eum in memoriam reuocando, delectabat. *Steph.*

n) deferendos eius imperio div. h. *Steph.*

o) et quod perſuaſum haberent, eo illum eſſe animo, vt nemini iniuriam vltro eſſet facturus, ſed vnicuique, quod meritus foret, tribuens, neque indecenter cuiquam gratificaturus, neque vim vlli crudeliter eſſet illaturus: ſponte illi ſe ded. *Steph.*

p) nullo iam p. moderatum imperii ſtatum tolerabant. *Steph.*

q) prohibuit que, ne conatus illi admirandi, et iis, qui eius imperio ſuberant, profuturi, ad exitum perducerentur. *Steph.*

r) inculti et vacantis ſoli eſſet, etiamſi imperatoria eſſet poſſeſſio, eius quantum quis vellet ac poſſet, occupare, et, quum eius curam ſuſcepiſſet ac coluiſſet, dominum eſſe permiſit: quin etiam immunitatem a quibuslibet oneribus, iis, qui agros colerent, dedit in decennium; et in perpetuum,

tem, ac perpetuam libertatem agricolis concessit. Imperatoriis autem
possessionibus nomen suum inscribi prohibuit, non esse illas dictitans
imperantium proprias, *s)* sed communes Romanorum et publicas.
14 Vectigalia quoque omnia, quae ad contrahendas pecunias tyranni ex-
cogitauerant, in fluuiorum ripis, in vrbium portibus, perque vias et
itinera, penitus remisit, *t)* atque in antiquam libertatem reuoca-
15 vit. *u)* Multaque item ad idem exemplum facturus videba-
16 tur. nam et delatores vrbe exegerat, et vbiubi inuenirentur,
puniri imperauerat: cauens, necui *iniuria fieret aut* de vanis
17 criminibus periculum conflaretur. Ergo in maxima tranquillitate
sese beatissimoque rerum statu victuros senatus caeterique arbitra-
18 bantur. Siquidem adeo se aequabilem paremque caeteris praestabat,
vt filium quoque iam adolescentem in aulam palatinam nunquam ad-
duxerit, sed intra priuatos parietes continuerit: sic vt in ludum quo-
que literarium atque gymnasia de more itaret, nihil priuatis absimilis:
erudireturque, et omnia perinde vt quiuis e medio agitaret, *x)* neque
vllam aut tyrannicam aut omnino imperatoriam pompam ostentaret.

V.

Quum *y)* in hac morum vitaeque modestia ageret, soli scilicet praeto-
riani milites, praesentem rerum conditionem haud satis aequo
animo ferentes, veterem illam licentiam violenter se gerendi rap-
2 tandique omnia, affectabant. Interque vina et epulas consilia inie-
runt Pertinacem e medio tollendi, grauem ipsis atque onerosum:
alterumque eius loco imponendi rebus Romanis, indulgentem atque
3 intemperantem, nihilque denique non licentiae praebiturum. Igi-
tur confestim, haud opinato, cunctis otium agitantibus, turbidi ac
furentes, militari cursu, meridie ipso, protentis hastis, nudis gla-
4 diis, frequentes ad imperatoris aedes feruntur. Re autem subita in-
speratque *z)* perterriti cubicularii palatini, pauci plurimis, et iner-
mes armatis minime ausi resistere, *a)* relicta sua quisque statione di-
5 versi alii alio diffugerunt. Pauci tamen ex amicissimis, nuntiato
militum concursu, persuadere Pertinaci conabantur, vti fuga sibi con-

dominii eius securam vsurpationem. *Steph.*

s) sed communiter et publice ad Romanorum imperium pertinere. *Steph.*

t) atque in pristinum statum et libertatem dimisit. *Steph.*

u) ac plura in suos collaturus erat beneficia; vt quidem sui animi argumenta dabat, vel suae voluntatis. *Steph.*

x) nulla que in re fastum aut pompam imperatoriam ostentaret. *Steph.*

y) Quum autem in hac felicitate et bene composito rerum statu viueretur, ii soli milites, qui stipatorum partes obibant, quum praesentia aegre ferrent, et rapinas ac violentias, quas in praecedente tyrannide exercuerant, desiderarent: dum suo perdito luxui et crapulae vacant, consilia ineunt, Pert. e m. t., — onerosum; et quempiam quaerendi, qui omnibus solutam legibus effrenem que licentiam esset praebiturus. *Steph.*

z) pert. Imperatorii ministri, vel, qui aliqua circum Imperatorem ministeria obibant. *Steph.*

a) quisque relicta statione, quae sibi vel ad atriensem ianuam, vel ad alium quempiam aditum erat concredita, fugiebant. *Sylb.*

ſuleret, populique auxilium imploraret. *b*) Ille autem, tametſi vti- 6
lia in praeſens audiebat, tamen indecorum exiſtimans atque illibe-
rale, minimeque dignum imperatoria maieſtate atque anteacta vita,
fugae aut latebris ſalutem debere, occurrere periculo ac procedere 7
in medium decreuit: ſperans perſuaſurum quae vellet, et furentes
in praeſens animos placaturum. Igitur cubiculo egreſſus, factusque 8
irruentibus obuiam, quaerere cauſas inſtitit tam ſubiti motus, et a
foediſſimo illo tumultu abſterrere, non attonitus periculo, ſed ha-
bitum oris grauem moderatumque retinens, paremque imperatoriae
dignitati: ac nihil humile, nihil pauidum aut obnoxium, nihil deni-
que ſupplice dignum prae ſe ferens, ita ad eos verba fecit: *Me qui-* 9
dem, o milites (inquit) *ſi occiditis, neque ipſi rem magnam facitis, ne-
que mihi ſane grauem, c*) *homini videlicet huius aetatis, et gloriae: (ſi-
quidem* omni *humanae vitae finis certe eſt aliquis neceſſarius*) *vos autem,
principis curae cuſtodiaeque et propulſandis aliunde periculis adhibitos,
caedem ipſos facere* (primos) *neque ciuili tantum ſed imperatorio quo-
que ſanguine polluere dextras, d*) *id vero videte ne vel in praeſens fla-* 10
gitioſum ſit vobis, vel in poſterum periculoſum. Neque enim ego vlla 11
*vos iniuria affeci. ſi enim Commodi doletis interitu, nihil profecto
nouum fuit mori, qui homo natus fuerat: ſin dolo necatum putatis, non* 12
meum ſane id crimen: quippe quem ipſi ſcitis ab omni etiam e) *ſuſpicio-
ne procul abeſſe. Quae enim tunc acta ſunt, vos primi cognita habui-
ſtis: vt etiam ſi quid obortum ſuſpicionis eſt, id vtique alios attigerit.* 13
*Caeterum ne illo quidem extincto quicquam vobis deſieri patiemur, quod
modeſte atque ex dignitate veſtra, non autem per vim et rapinas, con-
cupiueritis. f*) Ita loquente eo, iam quidam ex iis permotum iri vi- 14
debantur: neque ſane pauci abire iam coeperant, *g*) veriti ſanctimo-
niam principis ac ſenectutem; ſed *adhuc loquens ſenex* a caeteris facto
impetu *h*) obtruncatur. Qui ſtatim perpetrato *tam crudeli* ſcelere, 15

b) Ille autem iis, qui vtil. in pr. conſulebant, non obſecutus, ſed indecora et illiberalia, et indigna imp. mai. atque anteacta vita et rebus ab ſe geſtis, arbitratus, fugere aut latere noluit: ſed illi periculo ſeſe dans obuiam, prodiit, vt eos alloqueretur. Sperabat enim, fore, vt animos eorum flecteret, et in praeſens amentem illorum impetum ſedaret. Igitur cub. *Steph.*

c) homini, qui ad ſummam ſenectutemglorioſe perueni: (etenim omni h. v. finem neceſſe eſt imponi,) ſed vos, qui principis cuſtodes et ſatellites exiſtimamini, atque prop. externis periculis eſtis adhibiti, caed. *Steph.*

d) videte, ne in praeſens nefarium ſit vobis, et in poſterum etiam periculoſum. Neque enim ego mihi vllius vobis illatae iniuriae ſum conſcius. *Steph.*

e) ſ. pr. abeſſe: ac non minus, quam vos, quae tunc acta fuerint, ignorare: adeo vt, ſi quid ſuſpicamini, alios inſimulare debeatis. Sed tamen, illo etiam mortuo, nihil vobis defuturum eſt eorum, quae vos decent, e que dignitate veſtra ſunt, etiamſi nec vim mihi inferatis, nec rapinas vobis permittatis. *Steph.*

f) Quum alia quaedam huiusmodi dicere illis conaretur, iam quid. *Steph.*

g) reueriti maieſtate praediti Imperatoris ſenectutem. *Steph.*

h) trucidatur. *Memm.*

i) multitudinem declinantes, indignissime laturam id facinus, occupant
in castra abire, muroque continent se: dispositis pro turribus arma-
16 tis, qui populum, *si impressionem faceret*, a moenibus arcerent. Hunc
finem Pertinax sortitus est, vitae morumque (vt supra diximus) lau-
dandus.

VI.

Sed vbi caedis illius fama per populum *k*) dedita, tumultu scilicet
luctuque omnia compleri, discurrere vniuersi furentibus similes:
2 neque certi quid agerent, quaerere ipsos autores: quos neque inue-
3 nire tamen poterant neque vlcisci. Praecipue vero senatus indigne
id ferre, communemque eam calamitatem existimare: desiderans pa-
4 rentem optimum, ac principem indulgentissimum: rursumque tyran-
5 nidem metuens, quam cordi esse militibus intelligebat. Sed quum
dies vnus itemque alter abiisset, plebsque vniuersa, suo quisque me-
tu, quietem ageret, et qui dignitate autoritateque pollebant, in sua
praedia quam longissime poterant ab vrbe secessissent, *l*) ne quid in
6 eligendo successore grauius obiiceretur: cognito milites et quietum
esse populum, et existere neminem, qui principem interfectum vin-
7 dicaret, ipsi quidem castris se continebant: constituto autem supra
murum vocalissimo quoque, edicunt venale imperium, traditurosque
se ei qui plurimum pecuniae polliceretur, tutoque in aulam *cum ar-*
8 *mis* deducturos. *m*) Id auditum neminem e senatu, grauitate atque
autoritate praeditum, neminemque e nobilitate, aut ex iis denique
permouit quicunque adhuc opulenti superabant, tenues reliquiae
Commodi tyrannidis: neque ausus quisquam aut muro succedere,
9 aut turpem contumeliosumque dominatum pecunia pacisci. Sed
enim Iuliano cuidam, consulari viro, qui grandem habere pecuniam
credebatur, vespere supra coenam nuntiatur inter vinum atque epu-
10 las, militum edictum: quippe homo alioquin parum vitae continen-
tis habebatur. Persuadent igitur vxor atque filia, et parasitorum tur-
ba, vt relicta mensa acceleret, et quid agatur intelligat: ac subinde
inter eundum adhortantur *n*) occupet proiectum imperium, superatu-

i) metu eorum, quae ausi erant, praeuenire populi insultum volentes, (quippe quem grauiter ea laturum sciebant,) in castra curriculo se recipiunt, muro que cont. se. *Steph.*

k) Potius *didita* scripsisse Pol. puto, v. supra. *Steph.*

l) ne quid illis mali ex futuro imperio contingeret, si adessent: milites, cognito, quietum esse pop. et neminem audere caedem Imperatoris persequi, ipsi quidem c. s. continebant; constitutis autem supra murum iis, qui maxime voce valerent, proclamabant, venalem esse Imperatoriam dignitatem; atque illi, qui plus pecuniae daturus esset, tradituros se pollicebantur, tuto etc. *Steph.*

m) Quum autem huius praeconii fama sparsa esset, ii quidem e senatoribus, qui maiore grauitate constantia que praediti erant, et quicunque patricii, aut adhuc opulenti, paucae tyrannidis Commodi reliquiae, neque ad murum accesserunt, neque turpem et probrosum dominatum pecunia comparare voluerunt: sed Iuliano cuidam, consulari viro, qui abundare pecunia existimabatur, epulanti nunciatur militare praeconium, dum ebrietati et crapulae indulget. quippe caet. *Steph.*

n) occ. pr. imperium. Quum

rum largitione omnes, qui tantum diuitiarum poſſideat. Igitur vbi 11
muros acceſſit, clamare occoepit daturum quae vellent: habere ſe
magnas opes, plenos auri theſauros atque argenti. Eodemque tem- 12
pore Sulpitianus, et ipſe vir conſularis, *o*) ac praefectus vrbi, ſocer-
que Pertinacis, imperium licitabatur. Verum in eo milites ſuſpectam 13
habuerunt Pertinacis propinquitatem, ſubeſſe aliquid fraudis ſuſpe-
ctantes, quo illius caedes vindicaretur. Ergo Iulianum ſcalis demiſ- 14
ſis ſupra muros attollunt, *p*) non prius auſi reſerare portas quam
conueniret de numero dandae pecuniae. Ille ingreſſus in caſtra, 15
primum quidem honores Commodi et ſtatuas, quas ſuſtulerat ſenatus,
inſtauraturum pollicebatur, conceſſurumque ipſis quam quondam ſub
illo licentiam obtinuiſſent. praeterea militibus ſingulis plus multo ar- 16
genti daturum quam aut petere auderent aut accepturos expectaue-
rant. neque in dando moram futuram: *q*) nam domi eam pecuniam
adſeruari. Quibus adducti rebus milites, atque in tantam ſpem ere- 17
cti, *r*) Iulianum declarant principem: ſimul ei Commodi cognomen
imponunt. Tum ſignis ſublatis, *s*) impoſitisque illius imaginibus,
deducere hominem tendunt. *t*) Igitur de more ſacrificio in caſtris 18
peracto, exiit maiore militum comitatu quam caeteri conſueuerant. ſi-
quidem per vim, contraque populi voluntatem, perque turpitudinem et
dedecus imperium emercatus, iure impetum multitudinis verebatur.
Sed induti armaturas milites, circumſeptique vndique teſtudine facta, 19
vt etiam, ſi res poſceret, dimicarent, receptoque in medium imperatore
ſuo, clypeis haſtisque ſupra *u*) capita elatis (vt tutiores forent, ſi forte
lapides e tectis mitterentur, *dum pompa procedebat*) deducunt eum in
aulam, neque auſo reſiſtere populo, neque (vt mos eſt) fauſtis accla- 20
mationibus proſequente: ſed diras procul imprecantibus vniuerſis,
grauiterque exprobrantibus quod aere ſibi imperium parauiſſet. Tunc 21
primum videlicet corrupti militum mores, *x*) foedaque et inſatiabi-
lis pecuniae cupiditas, et contemtus imperatoriae maieſtatis ino-
leuit. Nam quum neque vindex exiſteret vllus tam crudeliter inter- 22
fecti principis, neque promercale factum imperium foedeque nundi-
natum quisquam prohibuiſſet, id vero initium cauſaque (militibus)
fuit, vt etiam in poſterum turpiſſimi contumaciſſimique euaderent:

enim immenſam pecuniarum vim habeat, ſuperaturum largitione omnes, ſi qui adverſus eum contendant. *Steph.*

o) et qui fuerat praef. urbi, (pater autem Pertinacis vxoris erat,) venit ad emendum imperium. Verum. *Steph.*

p) Non enim prius reſerare portas volebant, quam ſcirent, quantum pecuniarum daturus eſſet. *Steph.*

q) Sed ſe iamiam ex aedibus afferri curaturum. *Steph.*

r) Iul. decl. Imperatorem: et praeter id, quod ex genere proprium illi erat nomen, Commodum appellandum cenſent. *Steph.*

s) ac reſtitutis in priſtinum ſtatum illius *im.* Id enim vox Graeca ſonat: ſed intelligendum erit de Commodi imaginibus. *Steph.*

t) Quum igitur conſueta et imperatoria ſacrificia in caſtris peregiſſet, exiit etc. *Steph.*

u) ſupra caput. *Memm.*

x) atque inſatiabilem et foedam pecuniarum cupiditatem, et contemnere debitam principibus reverentiam didicerunt. *Steph.*

ſic vt avaritia in dies ac principum contemtus etiam vsque ad ſanguinem proueheretur.

VII.

Enimuero Iulianus, imperium adeptus, deliciis continuo crapulaeque ſe dedere, circa Rempub. indiligens, vitamque molliſſimam
2 luxuque circumfluentem traducere. *y*) Sed et ſpem militum feſelle-
3 rat, neque implere fidem promiſſorum potuerat. ſiquidem nec opes
domi quantas iactabat, et publicum aerarium ſumtibus illis inſanis
4 iampridem a Commodo exhauſtum. Quare cum milites habebat in-
ſenſos, *quia ſpe ſua fruſtrati erant*, tum a populo totius rei conſcio
facile contemnebatur. Itaque et praetereuntem maledictis inſecta-
5 bantur, et turpes ambiguasque voluptates exprobrabant: ſic vt propalam
etiam in circo, quo maxima vis hominum confluit, Iulianum inceſſe-
rent, ac vindicem Romani imperii, praeſulemque ſummi principa-
tus Nigrum vocitarent: orantes, vt quamprimum adeſſet, ipſosque
6 a tantis contumeliis aſſereret. Is Niger conſulatum geſſerat, ac tum
7 Syriae praeerat vniuerſae, *quum ea, quae dixi, Romae gererentur.* qui
honos ea tempeſtate multo maximus erat: quippe etiam Phoenices
8 omnisque ad Euphratem regio, Nigri ſuberat imperio. *z*) Ipſe aeta-
tis erat iam ad ſenectutem ſpectantis, multisque et magnis in rebus
cum laude verſatus famam obtinuerat manſuetudinis ac dexteritatis,
ſic vt etiam Pertinacis vitam putaretur aemulari. quibus maxime re-
bus populi fauorem adeptus videbatur. Hunc igitur aſſidue fre-
quentis populi clamores implorabant, ac praeſentem Iulianum con-
uicio lacerantes, illum, etiam abſentem, vniuerſi principalibus accla-
9 mationibus fauſtisque vocibus proſequebantur. Quibus intellectis

y) Sed et ſpem mil. feſelliſſe, illis que impoſuiſſe comperiebatur: quod promiſſa implere non poſſet. ſiquidem neque domi tantae illi erant pecuniae, quantas iactauerat; neque etiam publici theſauri habebant; ſed omnes ante exhauſtae fuerant perdito Commodi luxu, et immenſis atque inconſideratis ſumtibus. Ex hac autem audacia et hac de cauſa cum milites ſua ſpe fruſtrati ſubindignabantur; tum vero populus, qui ſenſerat, quomodo milites eſſent animati, contemtui illum habebant: adeo vt et praetereuntem maledictis inceſſerent, et turpes ambiguas que voluptates exprobrarent. *Steph.*

z) Erat autem aetate mediocriter prouecta, multisque et m. in r. ſpectatus: ac fama iam percrebuerat, eum eſſe virum manſuetum atque induſtrium, et vitam Pertinacis aemulari. quibus maxime rebus Romani *adducebantur*, ad eum optandum, videlicet. *Atque adeo* illum aſſidue, quum populus conueniret, vocabant, ac praeſentem Iul. conuitiis lacerantes, illum Imperatoriis acclamationibus proſequebantur abſentem. Nunciata autem pop. Romani voluntate, illo que tam crebro in conuentibus clamore, non abs re Niger perſuaſus, et res ſibi facillime ſucceſſuras ratus, (praeſertim, quum Iulianus a militibus, quos circa ſe habebat, negligeretur, quod ſuam de pecuniis fidem minime liberaret; et a populo contemneretur, tanquam a ſe emto principatu indignus,) animum ad ſpem imperii appellit. Ac pr. *Steph.*

Niger, putans omnia ſibi ex ſententia ſucceſſura, quod et a militi-
bus negligebatur Iulianus, vt qui fidem minime impleuerat, et con-
temnebatur a populo, vt parum dignus emto principatu: ſpem ce-
pit imperii vindicandi. Ac primo quidem ex ducibus tribunisque, 10
caeterisque militibus, qui plurimum haberent autoritatis, diuerſos
alium alio tempore domum dimittebat, edoctos rerum omnium, quae
ſibi Roma afferebantur. Id hoc conſilio faciebat, vt quam latiſſime 11
toto oriente rumores diſſeminarentur. Ita enim ſibi adiuncturum
quamplurimos exiſtimabat, ſi non imperium ex inſidiis occupaturus,
ſed opem vocantibus atque implorantibus *Romanis* allaturus vide-
retur. *a*) Proinde vniuerſi confeſtim adeſſe, obſecrare pro ſe quis- 12
que obteſtarique, vti quamprimum rempublicam capeſſeret. Eſt au- 13
tem Syrorum gens natura leuis, pronaque ad res nouandas. Ama- 14
bant autem vehementer *b*) Nigrum, quod et imperium apud illos
humaniſſime geſſerat, et ludis multitudinem ac celebritatibus deti-
nuerat. Sunt autem Syri ſuapte natura huiuscemodi oblectamento- 15
rum cupidiores: e quibus Antiocheni, maximam feliciſſimamque vr-
bem inhabitantes, totum ferme annum vel in vrbe ipſa vel in ſub-
urbanis ludos et feſta concelebrant. Quocirca edendis aſſidue ſpe- 16
ctaculis, ac remittendis exhilarandisque otio animis, ita ſibi vulgus
adiunxerat, vt ab omnibus magnopere coleretur.

VIII.

Quae quum ita ſe habere intelligeret, iuſſis *vndique* adeſſe dicta die
militibus, reliqua etiam confluente multitudine, ita pro ſugge-
ſtu ad id ipſum extructo verba fecit, *Quam mite ingenium, quantaque in* 2
rebus maioribus aggrediendis noſtra cautio ſit, forſitan ipſi quoque iam-
pridem cognouiſtis. Neque ego nunc apud vos proceſſiſſem verba fa- 3
cturus, ſi vel priuato conſilio, c) vel incerta ſpe, aut ſpem ſuperante
cupiditate adducerer. Sed me vocant Romani, et aſſidue clamantes fa-
tigant, vt eis manum porrigam ſalutarem, neque patiar tam excellens
tamque glorioſum relictum a maioribus imperium iacere abiectum tur-
piter. Vt autem citra occaſionem aliquam minime leuem *res aggredi* 4
tantas, audax ſane temerariumque ſit, ita ſi implorantibus ac rogan-
tibus opem deneges, timiditatis et proditionis crimine labores. Qua- 5
propter eo conſilio ad vos huc prodii, vt ſcitarer, quid facto opus eſſe
duceretis: vobisque vterer quaſi totius negotii huius conſultoribus d) at-
que participibus. *quod ſi ex ſententia ſucceſſerit, communis mihi inde* 6
vobiscum erit vtilitas. Neque ſcilicet e) tenues opes aut leues ſunt,

a) Obſtupefacti autem erant omnes, ac ſine vlla etiam cunctatione inſtabant, obſecrantes et ipſi, vt res capeſſeret, i. e. rerum adminiſtrationem. Poteſt autem ἀνεπτόηντο et aliter exponi, vt videbis in Annot. *Steph.*

b) Nigrum, tum quod humanum erga omnes erat eius imperium, tum etiam quod plerumque ludis eorum et celebritatibus intererat. *Steph.*

c) vel ſpe, ratione carente. *Steph.*

d) ac ſociis. *Memm.*

e) tenues ſpes: vt et Pol. ſcripſiſſe puto. *Steph.*

quae nos ſolicitant, ſed ipſe f) Romanus populus, cui rerum omnium
poteſtatem ſuperi tribuerunt, ipſum Romanum imperium, fluctuans ad-
7 *huc, neque apud quemquam certa ſede reſidens. g) Sed neque parum*
tuta inimus conſilia, his implorantium animis, nullo ad prohibendum
8 *reſiſtendumque parato. Nam qui illinc veniunt, ne ipſos quidem mili-*
tes, vnde imperium emptitauerit, ſatis ei fidos fore affirmant, quoniam
9 *promiſſa non ſoluerit. Quae ſit igitur veſtra mens oſtendite.* Talia
loquentem continuo exercitus omnis, caeterumque vulgus, impera-
10 torem atque auguſtum conſalutant: tum h) amictum *imperatoria*
purpura, reliquoque exornatum aulico paratu, ibidem ex tempore
conquiſito, praecedente etiam igni, in Antiochiae primum templa,
11 mox ad ſuas aedes deduxerunt: quas etiam, ceu non iam priuatas,
12 omnibus extra inſignibus imperatoriis adornauerunt. His *valde* lae-
tus Niger, quum ſcilicet et Romanorum animos, et caeterorum ſtu-
dia hominum animaduerteret, iam haud dubie rem omnem ſibi eſſe
13 in vado arbitrabatur. Qui poſtquam rumor increbuit, i) ſtatim
quaecunque aduerſum Europae continentem nationes incolunt, fe-
ſtinare pro ſe quaeque, vt praeſto illi eſſent, legati vndique Antio-
14 chiam confluere, k) velut ad legitimum principem: reges quoque et
ſatrapae trans Euphratem Tigrimque habitantes gratulatum miſe-
15 runt: ſuamque operam in omnem euentum pollicebantur. Quos
ille ampliſſimis affectos muneribus, gratiisque *de ſua propenſa vo-*
luntate, deque iis quae pollicerentur, actis, dimittebat: nullis ſibi
impraeſens opus eſſe auxiliis affirmans: ſatis munitum imperium,
16 idque geſturum ſe incruentum. Quare tanta ſpe ſublatis animis,
ſupinius iam negligentiusque agitabat, ſeque populumque Antioche-
17 num otio deliciisque oblectans, ludosque edens et ſpectacula. Ne-
que vero aut Romam (quod res maxime poſtulabat) proficiſci ſtu-
duit: aut Illyricos exercitus (qui ſcilicet imprimis adeundi conci-
18 liandique fuerant) vllis de rebus certiores fecit: ſperans ſtatim in-
tellecta re, cum l) Romanis eos pariter, cumque orientis totius
exercitibus conſenſuros.

IX.

Haec dum agitaret, leui incertaque ſpe ſubnixus, fama iam per Panno-
nios Illyricosque increbuerat, perque exercitus omnes, qui pro ripis
Danubii Rhenique excubantes, coërcendis barbaris, Romanum tu-
2 entur imperium. Praeerat autem Pannoniis vniuerſis (nam unius

f) Rom. pop. (cui dominium in omnia regnum que dii tribuerunt,) ipſum que imperium, fl. *Steph.*

g) Nobis igitur tuto rem aggredi licebit; et quod ea ſit vocantium voluntas, et quod nemo ſit, qui obſiſtat vel prohibeat. Nam qui nuncia illinc ad nos perferunt, ne ipſ. *Steph.*

h) am. imp. purpura, quum reliqua etiam, quae ad honorandam maieſtatem auguſtam pertinent, ex tempore comparaſſent, praeced. *Steph.*

i) per omnes nationes, quaecunque aduerſam Europae continentem incolunt, feſtinare — *Memm.*

k) velut ad omnium conſenſu receptum Imperatorem, aut breuius, velut ad certum Imp. *Steph.*

l) Romanorum voto ſeu deſiderio. *Steph.*

regebantur imperio) Seuerus quidam, genere Afer, vehemens homo negotiis gerendis, ac ferox, vitaeque insuetus durae et asperae, *ac m) laboribus facillime resistens*; promptus excogitandis, acer exequendis rebus. Qui postquam Romanum principatum pendere subli- 3
mem quasique direptui expositum vidit, alterum quidem, vt desidem, alterum, vt parum efficacem, contemptui habuit. Addebant praeter- 4
ea spem somnia quaedam et oracula, caeteraque futurorum praesagia: tum denique fidem veri impetrantia, quum sunt euentum sortita. quorum pleraque ipse in libris de vita sua conscripsit, ac pu- 5
blice in tabulis picta dedicauit. Sed quod illi extremum maximique momenti somnium spem propemodum omnem conciliauit, id ne nobis quidem silentio praetereundum. Quo enim tempore nun- 6
ciatum est Pertinacem ad imperium ascitum, peracto Seuerus sacrificio, *n*) iuratusque fidem principi, vbi primum domum rediit, somno comprehensus, videt per quietem magnum quendam ac generosum equum ornatum phaleris imperialibus, qui Pertinacem ipsum per vrbem veheret media sacra via. Sed vbi ad ipsum fori perue- 7
nit ingressum, in quem *o*) olim liber populus frequens conueniebat, visus est excussisse Pertinacem equus, atque abiecisse humi, proximeque astanti Seuero tergum substernere, eumque perferre sublimem tuto in forum medium, conspicuum venerabundae multitudini. ma- 8
net autem adhuc huius imago somnii eodem ipso in loco ingens, ex aere conflata. Ad hunc igitur modum sublatis animis Seuerus, 9
ac se diuina prouidentia solicitari ad imperium ratus, decreuit animos periclitari militum. Quare primum quidem praefectos, tribu- 10
nosque, et primos militum sibi adiungens, cumque iis de Romano imperio sermones ferens, *p*) abiectum id esse dictitabat, existente nullo, per quem fortiter atque ex dignitate gubernaretur. Inuehens 11
praeterea in praetorianas cohortes, quae sacramentum militare ciuili imperatorioque sanguine polluissent, vindicandam esse aiebat ac persequendam Pertinacis caedem; minime ignarus excubare adhuc 12
memoriam Pertinacis apud Illyricos exercitus: quoniam sub imperatore Marco *q*) multa illius ductu aduersus Germanos trophaea excitauerant: et quum praefectus Illyrico foret, nullum non exemplum virtutis in praelio ostentauerat: beneuolentiam porro, ac probitatem, ad haec ciuile moderatumque imperium *r*) sociis praestiterat. Quocirca memoriam eius principis colentes, tantam in illum edi- 13
tam crudelitatem indignissime ferebant. Hanc igitur Seuerus occa- 14

m) laborum patientissimus. *Memm.*

n) suo que functus officio in praestando de regno Pertinacis iureiurando, domum reuersus, somno, ubi vesper aduenit, est comprehensus: ac sibi visus est magnum quendam et generosum equum videre, ornatum ph. *Steph.*

o) olim populus, quum penes eum erat *imperium*, ad verbum, *democratiae* tempore. *Steph.*

p) id omnino proiectum esse dictitabat, vel iacere. *Steph.*

q) multa cum ipsis aduersus Germ. tr. excitauerat: et quum dux ac praefectus Illyriorum constitutus esset, null. *Steph.*

r) Pol. scripsisse puto *suis*, i. e. sibi subiectis. *Steph.*

ſionem arripiens, facile eos quo vellet adducebat: *s*) ſimulans non ſe quidem imperium quaerere, aut ſummam poteſtatem affectare,
15 ſed ire vltum ſanguinem tanti principis. Nam vt eius regionis homines corporibus vtuntur praeualidis atque proceris, et in pugnam caedemque paratiſſimis, ita pingui ſunt ingenio: quare haud facile
16 ſentiunt, ſi quid agas dicasue aſtute ac ſubdole. *t*) Quocirca quum fidem feciſſet Seuerus, caedem ſe Pertinacis perſequi velle, ita ſibi vniuerſos conciliauit, vt imperator diceretur, ſummamque ab eis ac-
17 ciperet poteſtatem. Sed vbi Pannoniorum animos explorauit, (ſtatim) vicinarum quoque gentium praeſides, quaecunque Romano
18 ſubiacent imperio, magnis illexit praemiis. Erat autem Seuerus, *u*) vnus omnium mortalium ad amorem ſimulandum maxime factus: ſic vt ne iusiurandum quidem fallere dubitaret, ſi ita vſus poſceret: longeque aliud in lingua promptum quam in animo reconditum gerebat.

X.

Igitur Illyrico omni rectoribusque prouinciarum per literas inſinua-
2 tus, collectisque vndecunque militibus, ac ſuſcepto Pertinacis cognomine, quod non Illyricis modo, ſed Romano etiam populo gratiſſimum fore ſuſpicabatur, conuocatis omnibus in campum, ita pro
3 ſuggeſtu loquutus dicitur: *Quantum vel fidei, vel religionis erga deos, per quos iurati eſtis, quantumque honoris imperatoribus exhibeatis, quos adeo veneramini, facile oſtenditis, milites, quum tantopere indignamini cohortes vrbanas, pompae magis quam virtutis adminiſtras,*
4 *adeo foedum facinus perpetraſſe. Ac mihi quidem in votis eſt nunc primum tantam ſpem auſpicanti (nam profecto ſcitis, quam ſemper audiens dicto principibus fuerim) perducere ad exitum, atque explicare*
5 *quae vobis cordi ſunt: neque Romanum imperium abiectum pati, quod quidem apud maiores ſumma ſemper autoritate geſtum, venerandum omnibus videbatur: poſtea vero quam ad Commodum recidit, et ſi x) ob illius adoleſcentiam ſaepenumero impegit, attamen omne vitium cum ipſius principis nobilitate, tum (ſanctiſſimi) parentis memoria obum-*
6 *brabatur. Neque tam errata illius, odium, quam miſericordiam emerebantur. quippe non tam ipſi quae gerebantur quam aſſentatoribus imputabamus, caeteriſque malarum artium conſultoribus atque miniſtris:*

s) ſimulans, ſe non tam imper. affectare, neque ſibi ſummam poteſtatem ambire, quam velle talis principis ſanguinem vlciſci. Sicut autem eius reg. *Steph.*

t) Quum igitur fidem habuiſſent Seuero, ſimulanti, ſe ſuccenſere, et caedem P. p. velle; eius poteſtati ſe permiſerunt: ita vt Imperatorem declararent, et imperium ei committerent. Vbi autem Pann. animos cognouit, miſit et ad vicinas gentes, atque ad omnes praeſides gentium, quae ſub ſeptentrionali plaga Romanis ſeruiunt: et magnis pollicitationibus ac magna ſpe alliciens, facile ſibi eorum voluntates conciliauit. *Steph.*

u) Seuerus omnium hominum ad ſimulandam beneuolentiam, faciendam que eius fidem, aptiſſimus; ne iureiurando quidem parcens, ſi opus eſſet, eo contemto, commodi ſui cauſa mentiri, vel fidem fallere. *Steph.*

x) per adoleſcentiam nonnulla perperam ab illo fiebant, *Memm.*

donec ad sanctissimum illum senem, cuius adhuc virtutis et probitatis 7
y) nostris mentibus memoria residet, delatum fuit imperium. Quem ta-
men tantum abest vt tolerare illi potuerint, vt caede etiam (nefaria)
talem virum e medio sustulerint. Post hunc autem terrae marisque 8
imperium nescio quis turpissime auctionatus, et populo (quemadmodum
auditis) inuisus est, et milites ipsos, quibus imposuit, parum fidos habet.
z) Qui tamen si etiam defensuri illum beneuolo animo *forent, atta-* 9
men neque numero vniuersi, neque virtute singuli conferendi sunt vo-
bis. a) Ad haec bellica vos negotia exercuerunt. nam et cum barbaris 10
pedem conferre, et labores omnes itineris *perferre, et algores aestusque*
despicere, et concreta gelu calcare flumina, et potare effossos latices,
non haustos, et venatu inuigilare consueuistis. omnia denique ad vir- 11
tutem adepti viatica: sic vt nemini facile sit vestris obsistere viribus.
Etenim labore miles probatur, non mollitudine: qua illi exsaturati at- 12
que enutriti, ne vocem quidem vestram, nedum pugnam poterunt susti-
nere. Quod si cui Syriae res formidabiles videntur, is vel ex eo cogi- 13
tet, quam imbecillae sint quamque tenui spe nitantur, quod neque ad-
huc progredi quoquam, neque de vrbe petenda deliberare ausi, sedes-
que illas boni consulentes, delicias in diem quaesitas lucrum esse ambi-
guae potestatis arbitrantur. Est autem ad ioca et cauilla imprimis 14
factum Syrorum genus: tum qui Antiochiam colunt, ii studere Nigro
potissimum creduntur. Nam gentes reliquae et ciuitates, quum adhuc 15
neminem imperio dignum aspiciant, quique sit Rempubl. fortiter mode-
rateque gesturus, ei scilicet obedire se tandem simulant. Quod si ab 16
Illyrico exercitu ducem creatum cognouerint, simulque nostrum nomen
inaudierint (non obscurum sane apud ipsos neque ignoratum: quippe
illic etiam cum imperio praefuimus) b) neque me profecto desidiae aut 17
torporis arguerint, neque vestrum exceptare impetum, aut bellicam vir-
tutem volent experiri: praesertim quum et corporum proceritatibus,
et armorum exercitationibus, et conserenda manu longe vobis impa-
res habeantur. Quare occupemus quamprimum Romam, larem ipsum 18
imperii: reliqua dein facile expedituri, cum deorum oraculis, tum ar-
morum corporumque vestrorum viribus confidentes. Haec loquutum 19
Seuerum faustis acclamationibus milites exceperunt, augustum Per-
tinacemque appellantes: studiumque in eum propensum atque egre-
giam voluntatem c) pollicebantur.

XI.

At Seuerus, nihil procrastinandum ratus, armari quam expeditissi-
me iubet, iterque ad vrbem edicit: distributisque viritim ciba-

y) vestris, *Memm.*

z) Quibus, etiamsi pro eo in aciem descensuri, animo beneuolo essent, et multitudine vniuersi, et fortitudine singuli praestatis, *Steph.*

a) Quin etiam magis, quam illi, in rebus bellicis estis exercitati: sequendo lectionem illam in Annot. *Steph.*

b) neque me profecto socordiae aut ignauiae arguerint, neque vestram generosam alacritatem et firmum in pugnis robur sustinere volent. *Steph.*

c) prae se ferebant. *Steph.*

2 riis, omnique viatico, *d*) nihil ſibi ad celeritatem facit reliqui, nullis interquieſcens locis: ac vix reſidere tantiſper milites paſſus, do-
3 nec a nimia itineris contentione reſpirarent. Ipſe inter primos laborans, vilique tabernaculo vtens, cibum potumque eundem, quem etiam caeteri milites, capiebat: nihil vnquam imperatoriae luxuriae,
4 nihil deliciarum oſtentans: ſic vt acceptior in dies *e*) militibus fieret. Nam quum laborum omnium non modo particeps, ſed princeps etiam autorque foret, adeo cunctis venerabilis erat, vt nihil non pro
5 illo cupidiſſime facturi viderentur. Poſtea vero quam emenſa Pannonia ipſos Italiae *f*) montes inſedit, famamque ſui praeueniens,
6 prius coram conſpectus eſt quam aduentare auditum fuerat, magnus ſcilicet omnes Italiae ciuitates tanto conſpecto exercitu metus inuaſit: quippe homines in Italia iampridem ab armis belloque remo-
7 tiſſimi, agros pacemque colebant. Etenim quamdiu libera ciuitas egit, atque a ſenatu belli duces *g*) eligebantur, fuere in armis ſemper Italiae nationes, Graecisque et barbaris ſubactis, terrae ſibi ma-
8 risque imperium pepererunt. neque vlla orbis terrarum pars aut caeli
9 tractus fuit, quo non vires ſuas Romanorum arma protulerint. Poſtea vero quam Auguſtus rerum potitus eſt, et laborem Italis ademit, et arma detraxit: *h*) milites tantum quosdam certis autoramentis habuit mercenarios, qui Romanum tuerentur imperium: tum fluuiorum magnitudine atque foſſarum, montibusque aſperrimis, deſertisque locis
10 atque imperuiis circumſeptos imperii limites communiuit. Quocirca merito omnes, poſtquam aduentare Seuerum cum tanto milite au-
11 diuerunt, inſueta re perterriti, quum neque ſtare contra, neque prohibere auderent, ibant obuiam laureati, portisque eum patentibus excipiebant. Ille tamdiu locis ſingulis immoratus, quamdiu aut ſacra faceret aut populos alloqueretur, Romam e veſtigio pergebat.
12 Quae vbi Iuliano nunciata ſunt, *i*) actum de ſe prorſus exiſtimauit. Nam et exercitus Illyrici potentiam multitudinemque audiebat, et populo parum fidebat, cui ſe cernebat inuiſum: neque ſatis ma-
13 gnam ſpem in militibus habebat, quos videlicet fefelliſſet. Itaque collectas vndique pecunias, partim ſuas, partim ab amicis acceptas, tum quascunque in templis aliisque locis publice inueniſſet, diuidere militibus inſtituit, vt eo pacto illorum beneuolentiam redimeret.
14 Sed ei, tametſi multa magnaque acceperant, nullam tamen habebant gratiam, perſolui debitum ſibi, non dari munus aliquod interpre-
15 tantes. Caeterum ſuadentibus amicis Iuliano, vt exercitum educeret,

d) iter capeſſit: magna que contentione et generoſis laboribus viam accelerat, neque vsquam commorans, vel, aliquid morae interponens, neque interquieſcendi ſpatium concedens, niſi quo milites, paululum reſpirantes, iter mox perſequerentur. Ipſe — *Steph.*

e) commilitonibus, *Memm.*

f) fines, *Memm.*

g) emittebantur. *Steph.*

h) Sed praeſidia et legiones imperio munimenta eſſe voluit, milites quosdam certis auctor. conſtituens mercenarios, qui Rom. imperio vice murorum eſſent; tum fluv. Polit. tamen alicubi τὰ ϛρατόπεδα καὶ τὰ φρούρια caſtra et caſtella vertit. *Steph.* praeſidiorum atque exercituum vtens propugnaculis. *Memm.*

i) in ſumma deſperatione erat. *Steph.*

atque Alpium angustias occuparet, (sunt autem Alpes, altissimi mon- 16
tes, quales in his regionibus nulli, porrecti ad muri formam, cir-
cumdatique Italiae: quasi ad reliquam regionis eius felicitatem hunc
etiam quasi cumulum natura addiderit, vt munitionem haberet in-
expugnabilem, pertingentem scilicet a septentrionali ad id mare,
quod ad meridiem spectat) non ausus tamen ille vrbe egredi, sup- 17
plicatum militibus mittebat; vti arma caperent, exercerentque se ac
fossas ante vrbem ducerent: *k*) omnemque belli apparatum in ipsa
demum vrbe expediebat. Siquidem elephantos quoque, quos ad 18
pompam institutos habebat, insuefacere conabatur sessorem pati,
ratus Illyricos milites equosque eorum perterritum iri facie magni-
tudineque beluarum, quales antea nullas adspexissent. Totaque ciuitas 19
armis fabricandis, bellicisque instrumentis conficiendis erat intenta.

XII.

Sed cunctantibus adhuc Iuliani militibus ac se comparantibus ad
bellum, *l*) nuntiatur adesse iam Seuerus. Is multos e militibus
suis sparsim dimiserat, qui clam Romam proficiscerentur: quare alii 2
aliis itineribus noctu ingressi vrbem, protectis armis habitu pagano-
rum operiebantur. Iamque intus hostis erat, supino adhuc Iuliano 3
et quid ageret ignaro. Quae vbi populus intellexit, cunctis metu 4
perculsis ac Seueri potentiam formidantibus, sentire iam se cum illo
simulabat: et Iulianum quidem, quod imbellis, Nigrum, quod len-
tus atque iners, vituperantes, Seuerum ipsum *m*) iam aduentantem
magnopere admirabantur. Enimuero Iulianus, haesitabundus atque 5
inops consilii, conuocato prius senatu, literas ad Seuerum mittit,
quibus foedus pacisceretur, eumque in communionem acciperet impe-
rii. Caeterum senatus, etsi illa omnia decernebat, tamen vt eum 6
pauitare desperata salute animaduertit, totus iam ad Seuerum incu-
buerat. Biduo vero post triduoue, audito Seuerum iam plane adesse, 7
(omnes) contempto Iuliano in curiam conuenere, iussu consulum.
quippe iis curae *n*) Romana res est, quoties de imperio ambigitur.
Qui postquam frequentes affuerunt, quid facto opus esset, inter se 8
deliberabant, manente adhuc in aula Iuliano, ac fortunam suam mi-
serante, suppliciterque rogante, vt sibi eiurare imperium liceret,
omnemque eam potestatem Seuero transcribere. Sed vbi intellexit 9
senatus *adeo* pauidum Iulianum, *o*) perterritos corporis custodes,
ipsum pene ab omnibus destitutum, decreta illius nece, Seuerum
solum imperatorem declarant. Tum legatos ad eum mittunt, par- 10

k) et se resque suas ita comparabat, quasi aduersus Seuerum in ipsa vrbe dimicaturus esset. *Steph.*

l) n. aduentare iam S. *Steph.*

m) iamiam aduenturum in vrbem. *Steph.*

n) R. res est, quum suspensa est regia *dignitas*. Sed more posteriorum Romanorum loquendo dicendum potius *Imperatoria dignitas*: sicut et βασιλεὺς apud hunc passim redditur voce *Imperator*. Alioqui possemus etiam illa omnia verba, ὅπ. ἂν τ. τ. β. μ. ἦ, interpretari his duobus, *in* interregno. *Steph.*

o) et stipatorum custodiam eum metu Seueri destituisse, decr. *Steph.*

tim qui magistratum obtinerent, partim qui maximam haberent in senatu autoritatem, vt omnes illi honores augustorum deferrent.
11 Occidendi autem Iuliani datur vni e tribunis negotium. Is imbellem miserumque senem, qui sibi ipse tam infelicem exitum propria pecunia emisset, desertum iam destitutumque ab omnibus, inter foedissimas complorationes trucidauit.

XIII.

2 Quae vbi Seuerus audiuit, maiora iam moliens animo, consilium *vafrum* iniit capiendorum militum omnium, quicunque Pertina-
3 cem interemissent. Datis itaque clam ad tribunos centurionesque literis, hortatur, multa pollicens, persuadeant militibus vrbanis, vt
4 sibi dicto audientes sint. Ipse edictum proponit, vt relictis inter castra armis, *p*) exeant pacatorum habitu: quales procedere in pompam aut ludos celebrare consueuissent: iurentque in Seueri nomen, *q*) ac spem sibi optimam proponentes, praesto sint, vt nouum impe-
5 ratorem comitentur. His creditis, milites, suasu quoque tribuno-
6 rum, relictis armis, pomparum habitu laureati processerunt. Sed vbi ad exercitum Seueri peruenerunt, nuntiato iam adesse, iubet in campum conuenire frequentes, quasi salutaturus ac perbenigne ac-
7 cepturus vniuersos. Enimuero quum ad tribunal principis accessissent, *r*) vnanimiter acclamantes, dato repente signo comprehenduntur.
8 ita enim praeceperat Seuerus, vt, quum stare pendentes eos ab ore principis vidissent, circuirent vniuersos milites sui more hostium, neminemque vulnerantes aut pulsantes, tantum orbe facto clausos in medio continerent, pila duntaxat intendentes et hastas: vt scilicet metu vulnerum, nudi resistere armatis, paucique plurimis mi-
9 nime auderent. Quos vbi velut *s*) indagine armorum conclusos captiuosque habuit, magna voce ac turbido spiritu, ita ad eos ver-
10 ba fecit: *t*) *Superari vos a nobis vel sapientia, vel viribus, vel etiam numero, re ipsa videtis. Capti estis quam facillime, ac nullo ferme negotio tenemini. Quid futurum de vobis sit, in mea manu est:*
11 *iam scilicet victimae hic statis obnoxiae nostro imperio. Si sceleri ve-*
12 *stro debitum quaeratis supplicium, nunquam sane inuenietis. sanctissimum illum senem, imperatoremque optimum, seruandum tuendumque vobis, ipsi occidistis: Romanum imperium perpetua clarum gloria,* *u*) *quod maiores nostri aut virtutis aut nobilitatis nomine suscipiebant,*

p) ex. pacifico habitu, sicut sacrificante aut festum aliquod celebrante Imperatore, in pompam ante illum procedere consueuissent, — *Steph.*

q) et bonam spem concipientes, veniant, vt Seuerum stipaturi. His cr. *Steph.*

r) vnanimiter que ei, conscenso iam tribunali, acclamaturi essent, *Memm.*

s) verticulo, *Memm.*

t) Nos sollertia et viribus exercitus vel copiis, et auxiliarium multitudine vobis superiores esse re ipsa videtis. Facile quidem certe et absque vllo certamine capti estis. *Steph.*

u) quod m. n. aut strenuitate, quae a virtute proficiscebatur, comparauerunt, aut nobilitatis ergo per successionem obtinuerunt; hoc vos turpiter et ignominiose, velut aliquid ex priuata

hoc vos turpiter foedeque, velut aliquid ex priuatorum instrumento
(quasi sectores) *vendidistis. Ac ne eum quidem ipsum, x) quem sic ad* 13
imperium produxeratis, seruare saltem ac defensare ausi, homines ti-
midissimi prodidistis. Ob haec igitur crimina ac facinora vestra mille 14
vobis debentur mortes, si quis par noxae supplicium studeat petere.
Proinde quid vos aequum pati sit, sane videtis. Ego tamen y) sangui- 15
ne abstinebo, neque vestras imitabor manus. Sed quoniam ius fasque 16
negat stipari a vobis iam principem, violato iureiurando, ac manibus
ciuili et imperatorio sanguine pollutis, proditaque fide custodiaque: ani- 17
mas quidem et corpora vobis nostra largietur humanitas: porro mili-
tibus meis ita praecipio, recingant vos, ac vestimentis exutos milita-
ribus nudosque dimittant. Vobis autem sic impero, discedatis quam 18
longissime: edico item iuroque ac denuntio, capite poenas daturum, si
quis vestrum posthac intra centesimum ab vrbe lapidem conspicietur.
His imperatis, e vestigio milites Illyrici concurrunt, breuesque illos 19
gladiolos detrahunt, quos auro argentoque ornatos in vsum pompae
suspensos habebant: tum zonis, vestituque et caeteris militiae insi-
gnibus per vim ablatis, nudos ad vnum exauctoratosque dimiserunt.
Enimuero illi, proditos se videntes atque astu captos, patientiam 20
scilicet praestabant. nam quid agerent nudi aduersus armatos,
pauci aduersus plurimos? Discessere igitur complorantes sese, z) con-
cessamque salutem loco muneris interpretantes: pertaesi tamen ac
dolentes, quod inermes egressi capiendos se turpiter ignominioseque
obtulerant. Vsus item alio consilio *vafro* Seuerus est. quipe me-
tuens, ne recincti exautoratique, deploratis rebus, rursus castra repe- 21
terent, resumerentque arma, praemissos aliis itineribus ac semitis ele-
ctissimos quosque et exploratissimos suorum militum, iubet clancu-
lum vacua castra irrumpere, armisque ipsorum occupatis excludere 22
redeuntes. Hanc igitur poenam Pertinacis interfectores dederunt.

XIV.

Post haec Seuerus cum *toto* reliquo exercitu instructo armis, Ro-
mam petiit, attonitis metuentibusque pariter primo conspectu
a) Romanis, audaciamque viri ac fortunam repetentibus animo.
Quem quidem senatus populusque vniuersus laureati exceperunt, 2
primum scilicet ex omnibus hominibus atque imperatoribus, citra

supellectile, argento commutastis. *Steph.*

x) quem ita principem elegeratis, custodire aut seruare potuistis; sed ignaue prodidistis. *Steph.*

y) vobis parcam, ita quidem certe, vt non interficiam: neque vestras imitabor manus. quoniam vero ius — *Steph.*

z) et gratum quidem illis erat, quod salutem concessisset; sed eos poenitebat, quod inerm. vel, et contenti quidem erant salute sibi ab eo concessa: sed eos poen. *Steph.*

a) Romanis ob ea, quae tanto cum successu ausus esset. Caeterum populus ac senatus eum laur. excipiebant: qui primus ex o. h. et Imp. — citra certamen res suas ad tam felicem exitum perduxisset. Omnia enim in illo admirationi erant; sed potissimum ingenii promtitudo, et generositas laborum, atque in iis, quae audebat, coniuncta audaciae spes bona, vel,

ſanguinem, atque adeo citra puluerem, tanti effectorem operis.
3 Omnia porro mirabilia in illo, praecipueque ingenii acumen, labo-
rum tolerantia, rebusque maximis aggrediundis bonam ſibi ſpem
4 proponens audacia. Poſtea vero quam eum populus fauſtis accla-
mationibus ſuſcepit, et ſenatus (vniuerſus) ad portas vrbis conſalu-
tauit, inito Iouis templo, factaque re diuina, reliquisque item ſa-
cris aedibus de more conſalutatis, (nouiſſime) *b*) ad domum impera-
5 toriam ſe recepit. Poſtridie vero curiam iniit, ibique placidus ora-
tionem habuit plenam optimae ſpei: ſimul omnes publice priuatim-
6 que benigne complexus, *veniſſe in vrbem* aiebat, *vt occiſum Pertina-
cem vlciſceretur: daturumque operam, vt ſtatus optimatium fundamen-*
7 *ta ſe principe iacerentur: nullum niſi iudicio damnatum, capite boniſ-
ue mulctatum iri: non paſſurum delatores*, ſed ſummam felicitatem
ſuis praebiturum: *aemulum ſe Marci futurum gerendo imperio: neque*
8 *ſolum Pertinacis cognomen, ſed mentem quoque habiturum.* In hanc ſen-
tentiam verba faciens fauorem ſibi fidemque *eorum, quae pollicebatur,*
9 *a plerisque* conciliabat. Quidam tamen e maioribus natu, qui con-
ſuetum ipſius haberent ingenium, iam tum clanculum reliquis prae-
dicebant, verſipellem hunc eſſe hominem, nihil non aſtu et arte
tractantem, ſimulatorem diſſimulatoremque idoneum: nihil penſi ha-
bentem, dum id efficeret, quod vſui ſibi aut emolumento crederet fore.
10 quod ſeniorum iudicium haud ita multo poſt euentus comprobauit. Igi-
tur Seuerus paucos in vrbe dies moratus, dato plebi vberrimo congiario,
donatisque abunde militibus, et ex iis robuſtiſſimo quoque in locum
exautoratorum delecto ad imperii cuſtodiam, ſtatim ipſe in orien-
11 tem profectionem parat: *c*) cunctante Nigro adhuc et ſupino, atque
Antiochenis deliciis vacante, ratus properandum ſibi, vt inexpecta-
12 tus imparatum opprimeret. Edicto igitur militibus, vt ad iter ſe
accingerent, contractisque vndique copiis, ac delectu iuniorum to-
ta Italia habito, *d*) ſimul reliquiis Illyrici exercitus, quae in Thracia re-
13 manſerant, occurrere iuſſis, neque ſecius ingenti claſſe coacta, com-
pletisque armato milite totius Italiae triremibus, ingentes ſibi omnis
14 generis copias incredibili celeritate comparauit. ſiquidem haud exi-
guis viribus *ſibi* eſſe opus intelligebat aduerſus nationes partem or-
bis Europae oppoſitam incolentes, quae ſcilicet vno ordine omnes
Nigri ſequebantur auſpicia. Ad hunc igitur modum bellum Seuerus
inſtruebat.

robori animi coniuncta ſpes *bona*. — Laborum autem generoſitatem vocat generoſitatem in tolerandis laboribus, et quaſi dicas generoſam quandam laborum tolerantiam, aut generoſum in illis ſuſcipiendis animum. *Steph.*

b) domum Imp. conſcendit. Poſt. vero, quum in curiam deſcendiſſet, orationem valde modeſtam et bonae ſpei plenam habuit apud *omnes*. Sed hic interpr. πάντας cum ſeq. iungit, tanquam legens, καὶ πάντας, vel ἅμα δὲ πάντας, item ἔλεγεν ἥκειν. *Steph.*

c) Nam cunctante adhuc N. ac ſupine et ſocorditer ſe gerente, atque Ant. del. indulgente, ſuperuenire inexpectatus volebat, vt imp. oppr. *Steph.*

d) et ſi quae adhuc in Illyrico erant militares reliquiae, in Thraciam deſcendere, ibi que ſecum coire iuſſis, *Sylb.*

XV.

Caeterum prouidus homo ac sobrius nonnulla suspicione tenebatur de Britannicis exercitibus, maximis videlicet pugnacissimisque, quibus praeerat vniuersis Albinus, senatorii patriciique ge- 2
neris vir, summis opibus ac deliciis innutritus. Hunc sibi igitur 3
Seuerus astu ratus adiungendum, ne scilicet diuitiis, genere, exercitibus, famaque nominis, magnis ad concupiscendum imperium facibus, instinctus, summam sibi rerum posceret, Romamque haud procul a Britannia distantem, se bellis orientalibus implicito, occuparet: statuit eum specie quadam honoris inescare: leuem alioquin et 4
simplicem, tunc vero etiam iuranti *multa* per literas credentem.
Quare eum Caesarem appellans, spem cupiditatemque hominis anti- 5
cipat potestate participanda. Mittit item plenas humanitatis literas, 6
obsecrans, vt ipse (potissimum) curam suscipiat imperii: opus esse 7
viro aliquo nobili, et aetatis integrae, qualis ille foret: se iam senem, morboque articulari affectum, natos, adhuc infantes. Quibus 8
creditis Albinus honorem libenter suscepit, laetus citra pugnam aut
discrimen vllum compotem se voti factum. Caeterum Seuerus (quo 9
omnia credibiliora forent) iisdem illis ad senatum relatis, nummisque imagine eius percuti iussis, statuisque erectis, simul aliis collatis honoribus, fidem gratiae suae fecit. *e*) Quae postquam sapien- 10
ter ab illo *aduersus Albinum* prouisa sunt, nullo iam ex Britannia impendente metu, collectis in vnum circa se Illyricis exercitibus, *f*) reliquisque rebus ex vsu comparatis, copias aduersus Nigrum
educere instituit. Igitur quibus locis itinere illo remoratus sit, quae 11
apud quamque ciuitatem verba fecerit, quae signa diuinitus apparuerint, regiones item peragratas, conflictusque et vtrinque caesorum numerum, cum plerique historiae autores, tum maxime poetae versibus suis vberrime sunt exequuti, materiam totius operis, ipsam
denique Seueri vitam deligentes. Mihi autem propositum est se- 12
ptuaginta annorum res quas habeam cognitissimas sub diuersis principibus gestas, in vnum corpus comprehensas, literarum mandare
monumentis. Quocirca excellentissima et praecipua quaeque rerum 13
a Seuero gestarum, deinceps persequemur: neque ad gratiam vero quippiam affingentes, (quod fecisse videmus qui illa aetate scriptitarunt) neque tacitum praetereuntes, si quid modo mentione dignum 14
memoriaque videbitur.

e) Vbi autem eius solertia res aduersus Albinum in tuto collocatae fuerunt, nullo iam ex Br. *Steph.*

f) quum omnia ita geri existimaret, vt suo imperio expediebat, cop. adv. N. *Steph.*

LIBER TERTIVS.

I.

Superiore libro, Pertinacis interitum caedemque Iuliani, ſimul
profectionem Seueri ad vrbem, ſuſceptamque mox aduerſus Ni-
grum expeditionem edocuimus. Enimuero Niger, vbi Romam a Se-
2 uero occupatam, ipſum a ſenatu *g*) appellatum imperatorem, nihil
tale expectans, audiuit, praeterea omnem Illyricum exercitum con-
tra ſe, *aliasque* pedeſtres naualesque copias educi: perturbato vehe-
3 menter animo, monet prouinciarum praeſides, aditus omnes portus-
que cuſtodiant: mittitque rogatum auxilia ad Parthorum, Armenio-
4 rum, atque Atrenorum reges. Cui quidem Armenius neutras ſe par-
tes ſuſcepturum reſpondit, *h*) tantum res ſuas defenſurum Seueri
aduentu: Parthus autem, ſatrapis imperaturum per epiſtolas, vti co-
5 pias congregarent, ita enim facere conſueuit bellum comparaturus.
ſiquidem mercenarios milites atque ordinarios exercitus Parthi nul-
los habent. Ex Atrenis autem ſagittarii auxiliares venerunt, miſſu
6 regis Barſemii, qui tum in eis regionibus imperitabat. Reliquas
omnes copias e militibus, qui aderant, (potiſſimum) conflauit: plu-
7 rimis etiam e populo, maximeque Antiochenis, cum aetatis leuita-
te tum ipſius Nigri ſtudio impulſis, *atque* audacius quam prudentius
nomina dantibus. Sed et Tauri montis anguſtias ac praerupta loca
8 muro valido Niger, munimentisque obſtruebat: ratus, montem il-
lum imperuium, magnum orienti propugnaculum futurum. ſiqui-
9 dem Taurus inter Cappadociam Ciliciamque dorſum erigens, natio-
nes diſcriminat orienti ac ſeptentrionibus ſubiectas. *i*) Idem Byzan-
10 tium praeſidio occupauit, vrbem Thraciae maximam feliciſſimamque,
viribusque et opibus ea tempeſtate florentem. Quippe in anguſtiſ-
11 ſimo Propontidos conſtituta freto, vectigalia piſcatumque a mari ac-
cipit: ſimul agros poſſidens ampliſſimos vberrimosque, *ex* vtroque
12 (velut) elemento *magnum* lucrum facit. Viſum igitur Nigro talem
13 hanc vrbem praeſidiis occupare, vt claſſes nauigiaque per eas angu-
ſtias transgredi ex Europa in Aſiam prohiberentur. Erat enim mu-
14 nita vrbs valido ingentique muro, qui *k*) Mileſio quadrato lapide
conſtructus adeo tenui iunctura fuit, vt nemini compoſitum opus,
ſed ex vno tantum perpetuoque lapide videretur. Ac nunc quoque
15 ruinas ipſas reliquiasque quum videris, mireris vtique vel eorum ar-
tificium, qui primi extruxerunt, vel horum vires, qui deinceps ſunt

g) declaratum, *Memm.*

h) ſed boni conſulturum, ſi ſua defenderet, iam aduentante Seuero. *Steph.*

i) Praemiſit etiam exercitum, qui Byzantium praeoccuparet, vrbem Thraciae, tunc temporis max. fel. que, ac multitudine hominum pariter ac pecuniarum pollentem. *Steph.*

k) Pol. legiſſe videtur Μιλήτου, aut legendum putauiſſe. *Steph.* Brodaeus Miſcell. l. 6. c. 11. ex Galeno interpretatur *molari*, i. e. e quo molas conficere ſolent. *Sylb.*

demoliti. Ad hunc igitur modum Niger ſuas res *l*) comprobat, pro- 16
uidentiſſimo ſcilicet (vt ipſe putabat) tutiſſimoque conſilio.

II.

Caeterum Seuerus quantum maxime poterat, cum ſuis copiis feſti-
nare, nullum deſidiae quietique locum relinquere. Cognito au-
tem praeſidiis teneri Byzantium, quod ſciebat munitiſſimam eſſe vr-
bem, ad *m*) Cyzicum ſe conuertit. Hoc intellecto, dux Aſiae Ae- 2
milianus, cui ſummam Niger totius belli maximumque imperium
tradiderat, et ipſe Cyzicum proficiſcitur, et copias adducit vniuer-
ſas, quaſcunque aut Niger miſerat aut ipſe contraxerat. Sed vbi 3
ventum ad manus, aliquot acerrime editis praeliis, victoria tandem
penes Seuerum ſtetit, fuſo fugatoque Nigri exercitu, *magna etiam* 4
eius parte trucidata. Itaque confeſtim fracti orientalium animi, Il-
lyricianis autem ſpes ingens addita. Neque defuere qui crederent 5
Nigri res initio ſtatim, proditas ab Aemiliano, *labefactatas fuiſſe.*
Cuius conſilii duplicem afferunt cauſam: alii, Nigro *n*) inuidiſſe, fe- 6
rentem ſcilicet haud aequo animo, ſi, quem (paulo ante) in Syria
ſucceſſorem habuiſſet, eundem ſuperiorem mox, atque adeo impera-
torem dominumque eſſet habiturus: alii, perſuaſum a liberis, patri 7
per epiſtolas vitam ſalutemque ſuam commendantibus, quos Romae
inuentos Seuerus in cuſtodia habebat. Siquidem hoc quoque viſus
eſt prouidentiſſimo conſilio. Mos fuerat Commodo retinere apud 8
ſe liberos eorum, qui ad regendas prouincias cum imperio proficiſ-
cerentur, quaſi obſides quosdam beneuolentiae illorum fideique.
Igitur Seuerus, quum primum eſt imperator appellatus, ſuperſtite 9
adhuc Iuliano, *o*) miſit furtim qui ſuos liberos ex vrbe ſubducerent,
ne in alterius eſſent poteſtate. Caeterum ipſe, quum primum Ro- 10
mam ingreſſus eſt, comprehenſos omnes ducum liberos, caeterorum-
que item quicunque munus publicum in oriente Aſiaque tota obi-
rent, atque in cuſtodiam datos, ſecum retinebat, quo per ea quaſi
pignora Nigri ducibus perſuaderetur, vti illum, deſiderio ſalutis libe-
rorum, proderent: aut certe ſi in fide permanſiſſent, *p*) liberum ſibi
relinquerent caede filiorum quos vellet vlciſci. Victi autem ad Cy- 11
zicum Nigri milites, quam quisque maxime poterat, aufugerunt,
partim praeter Armeniae montana, quidam per Aſiam Galatiamque
ſuperare Taurum feſtinantes, vt ſcilicet intra munimenta ſe recipe-
rent. At vero Seueri exercitus Cyzicenum per agrum in Bithyniam 12
finitimam regionem contendebat. Sed vt Seuerum viciſſe fama di-

l) Polit. puto *comparat* ſcripſiſſe. *Steph.*

m) ad Cyzicum tranſire exercitum iubet. *Steph.*

n) Nigro inuidentem, aduerſus eum conſpiraſſe: quoniam indignaretur, quod, quum ſucceſſor eius in Syriae imperio fuiſſet, ſuperior futurus eſſet, vtpote rex ac dominus. Alii perſu., vel, Nigro inuidentem, aduerſus eum id molitum eſſe. *Steph.*

o) curauit, ut eius liberi, Roma clam ſubducti, in alterius poteſtate non eſſent. Ipſe autem, ſimulatque Rom. ingr. *Steph.*

p) prius mali aliquid acciperent caede filiorum, quam ipſi darent, *Memm.*

13 uulgauit, *q*) repens confeftim in eis locis feditio difcordiaque vrbes
inuafit: non tam quidem ipforum imperatorum odio aliquo aut ftu-
dio, quam aemulatione quadam et contentione, inuidiaque inter eius-
14 dem gentis homines funeftiffima. Antiquum id vitium Graecorum,
qui dum feditiones agitant, atque eminentiffimum quemque tollere
e medio conantur, totam iam confumpfere Graeciam. *r*) Caeterum
15 illi quidem inueterati iam attritique inter fe, captiui prius Macedo-
16 num, dein mancipia quoque Romanorum facti funt. Ea vero labes
aemulationis atque inuidiae florentibus etiamnum aetatis noftrae
17 ciuitatibus incubuit. Igitur in Bithynia, ftatim poft res ad Cyzicum
geftas, Nicomedenfes ad Seuerum defecerunt, miffis legationibus,
quae fe exercitum accepturos, omniaque trädituros pollicerentur.
18 Nicaeenfes contra illorum inftigati odio, Nigri partibus ftudebant,
eiusque fufcipiebant milites, fiue qui fe ex fuga receperant, fiue qui
19 ad tuendam Bithyniam mitterentur. Quocirca ex vtrisque vrbibus,
quafi e caftris, egreffi milites iterum concurrerunt: magnoque com-
20 miffo praelio, longe fuperior Seuerus fuit. Inde etiam fuga facta,
Nigri milites, qui praelio fuperfuerunt, ad Tauri montis anguftias
21 euaferant, claufasque munitiones tuebantur. At Niger, relicto ibi
quantum fatis fore praefidii putabat, profectus Antiochiam eft, vt
exercitus pecuniamque contraheret.

III.

Interea Seueri exercitus Bithyniam Galatiamque egreffus, quum fe
mox in Cappadociam quoque incitaffet, oppugnare munitionem ince-
pit. Ibi multis eft laboribus conflictatus: *s*) quippe arcta afperaque
via, lapidesque fuperne iacientibus ac fortiffime dimicantibus qui
fummis infliterant moenibus, eoque facile paucis arcentibus pluri-
2 mos. Etenim anguftiffima vtique via eft, *t*) cuius pars altera mon-
te altiffimo defenditur, altera per immane praeceps defluente mon-
tibus aqua redundat: tum valida munitione Niger obftruxerat, vt
3 fcilicet vndique hoftis aditu prohiberetur. Dum haec in Cappado-
cia geruntur, interim feditiones inter fe quoque agitabant pari ae-
mulatione odioque, Laodicea quidem in Syria, Antiochenorum odio:
4 Tyros autem in Phoenicia, Berytiis infenfa. Quae, nuntiata Nigri
fuga, fublatis illius honoribus, Seuero profpere acclamarunt. At

q) ftatim in omnibus illis nationibus feditio difc. que incidit: non tam quod reges illos, qui bellum gerebant, odio vel amore profequerentur, quam ipforum inter fe aemul. et contag. Caeterum hic βασιλέας verto *reges*, non *imperatores*, ad vitandam ambiguitatem. *Steph.*

r) Verum res eorum quodam *velut* fenio debilitatae, et mutuis cladibus attritae, Macedonibus faciles capi, Romanis autem fervae factae fuerunt. *Steph.*

s) quippe via ob anguftiam afperitatem que difficilis erat tranfitu; lapides que defuper iaculabantur et fortiffime depugnabant ii, qui murorum propugnaculis infiftebant. *Memm.*

t) cuius partem alteram mons altiffimus protegit: altera autem in parte immane praeceps aquis, quae a montibus confluunt, tranfitum praebet: quem et ipfum Niger penitus obftruxerat. *Steph.*

Niger audita re, quum quidem Antiochiae ageret, iure ſcilicet (homo alioqui benigni manſuetique ingenii) defectione illorum contumeliaque irritatus, immittit vtrisque vrbibus Mauros iaculatores, quoscunque ſecum habuerat, ſimul partem ſagittariorum iuſſos occidere obuium quemque, diripere vrbes ipſas atque incendere.
u) Sed enim Mauri (vt eſt genus hominum ſuapte natura caedis aui- 6
diſſimum, nihilque non facile audens, ac deſperatis ſimile, contemptu videlicet mortis ac periculorum) Laodicenis de improuiſo oppreſſis, populum ipſum omni genere crudelitatis, vrbemque vaſtarunt. Inde Tyrum pergentes, direptis omnium bonis, ac patrata ingenti caede, totam incenderunt. Quae dum in Syria gerebantur, 7
contrahente copias Nigro, interea Seueriani milites munitionem Tauri montis oppugnabant, triſtes vtique ac citra ſpem victoriae: 8
quippe valida inexpugnabilisque per ſe, monte quoque ipſo praecipitioque defendebatur. x) Igitur iam defatigatis *Seueri militibus* 9
in alta aduerſariorum ſecuritate, ecce tibi, noctu maximi repente ruere imbres, oppleri omnia niuibus: vt ſunt difficiles in Cappado- 10
cia hyemes, maximeque ad Taurum montem. Quocirca ſubitus impetu magno erumpit torrens, curſuque *ſolito* impedito (quod munitio exitum prohibebat) maior iam violentiorque factus, quando ar- 11
tem ſuperante natura tantum impetum ſuſtinere munitio non poterat, laxatis *aqua* paulatim coagmentis, ac fundamentis loco emotis, *quippe quae feſtinanter ac minime accurate extructa eſſent*, iter ſibi torrens patefecit. Quo animaduerſo, qui in praeſidio erant, metu, 12
ne ab hoſte circumuenirentur, nullo mox futuro propugnaculo ſimul vnda reſediſſet, prodita cuſtodia cuncti fuga dilabuntur. Igi- 13
tur laeti Seueriani, confirmatique animos, velut diis ipſis immortalibus manu ducentibus, cognito cuſtodes aufugiſſe, facile ſcilicet, nullis prohibentibus, Taurum ſupergreſſi, in Ciliciam mox impetum fecerunt.

IV.

His nuntiatis, Niger, quum quidem ingentem exercitum, ſed pugnae laborumque inſcium, collegiſſet, magnis itineribus accelerabat, y) quamplurimis eum mortalibus omnique ferme Antioche- 2
norum iuuentute ſequentibus ducem, multa ſcilicet animorum ala- 3
critate, caeterum virtute ac peritia belli nulla ex parte cum Illyrico milite conferendis. Ita concurrerunt ad Iſſicum, quem appellant, 4
ſinum, longe lateque ſpatioſiſſima in planitie, quae perpetuis ſubiecta collibus in theatri ſpeciem, littus habet a mari longiſſime excurrens: quaſi quoddam belli ſtadium fabricata natura. Quin eo- 5

u) Sed enim Mauri, (qui valde ſunt ſanguinarii, et, quod mortem pericula que contemnant, omnia cum deſperatione audent,) Laod. *Steph.*

x) Igitur iam defatigatis Seuerianis, hoſtibus autem omnem de cuſtodia ſollicitudinem abiiciendam exiſtimantibus noctu — *Steph.*

y) Magna enim multitudo, ac tota propemodum iuuentus Antiochena, ad militandum ac pro eo periclitandum ſe dediderat. Alacrem igitur exercitum habebat, ſed qui peritia et animi robore longe Illyrico inferior eſſet. Concurrit igitur vtrinque exercitus ad Iſſ. *Steph.*

dem quoque loco Darium ab Alexandro ferunt maximo extremoque
illo praelio profligatum z) captumque, septentrionalibus etiam tum
6 viris orientis nationes superantibus. Manet adhuc trophaeum, et
tantae victoriae testimonium vrbs in colle, Alexandria: simul ae-
7 neum ipsius simulacrum, vnde loco impositum nomen. Euenit au-
tem, vt Seueri ac Nigri exercituum non congressus modo in eum lo-
8 cum, sed fortuna etiam fortunae similis fuerit. Vtrinque enim
sub vesperam parati ad pugnam constiterant, curis dein pauoribus-
que totam noctem extraxerant insomnem: statimque cum solis ortu
9 ducibus vtrinque adhortantibus, incredibili alacritate vtrinque se
incitarunt, tanquam de omni spe reliqua nouissimo illo congressu
dimicaturi, a) disceptante illic super Romano imperatore fortuna.
10 Sed vbi diu pugnatum acerrime, tantaque edita vtrinque strages, vt
flumina per eam planitiem decurrentia, maiore aliquanto vi sangui-
nis quam aquarum in mare se voluerent, fusi tandem profligati-
11 que orientales, imminentibus a tergo Illyricianis, partim in mare
saucii protrudebantur, partim in colles summos fugitantes a perse-
quentibus obtruncabantur: cumque iis vna vulgus ingens hominum,
qui ex vrbibus vicinis agrisque confluxerant, superne quasique ex
12 tuto loco praelium spectaturi. At Niger, valido euectus equo, pau-
13 cis comitantibus, Antiochiam peruenit: b) vbi fugiente passim mul-
titudine, magnoque vbique fletu clamoribusque natos fratresque lu-
14 gentium, deploratis et ipse rebus suis fugam capit: occultantique
dein se in suburbano quodam, et ab equitibus reperto, caput ampu-
15 tatum. Hunc habuit exitum vitae Niger, dato cunctationis tardi-
tatisque supplicio: homo alioqui (vt perhibent) publice priuatimque
16 minime improbus. Sed occiso Nigro, Seuerus omnes (statim) il-
lius amicos supplicio affecit, siue qui sponte, siue qui necessitate coa-
17 cti rebus illius studuissent: militibus tantum qui effugerant ac trans
fluuium Tigrim metu Seueri ad Barbaros abierant, impunitate pro-
18 posita receptis. Quippe magna vis hominum in ea loca concesserat.
quo *potissimum* effectum est, vt validiores deinceps barbari aduersus
19 Romanos conferenda manu euaserint. *nam* gnari antea pugnare tan-
tum arcu ex equis, neque armatura muniti, neque hasta gladioue sa-
tis audaces, leui pendulaque veste, plurimumque inter fugiendum
20 auersi, sagittas intendebant: c) postea vero quam Romani aliquot
milites, fabrique nonnulli in eas regiones confugerunt: ibi aetatem
acturi, non solum armis vti, sed ea quoque fabricari barbari didi-
cerunt.

z) captum que a sept. viris, etiam tum or. nat. sup. *Steph.*

a) *disceptatura.* Est enim Gr. verbum fut. temp. hoc in loco, potest que et aliter reddi, v. Annot. *Steph.*

b) vbi quum fugientem reliquum populum (si quis modo relictus erat) inuenisset, plenam que eiulationibus et lamentationibus ciuitatem, natos et fratres lugentium, — *Steph.*

c) postea vero quam ii, qui fugerant milites, multi que ex iis opifices, ad illos se contulerunt, atque ibi viuere in animum induxerunt, non solum arm. *Steph.*

V.

Rebus autem orientis ex sententia gestis, atque vt res poscere videbatur, ordinatis, cupido iam Seuerum habebat regem quoque Atrenorum bello tentandi, ac Parthorum regionem occupandi: *d*) quos vtrosque in societatem Niger asciuerat. *e*) Quibus tandem 2
rebus in aliud tempus reiectis, cogitare instituit, quo pacto sibi *vniuersum* Romanum imperium liberisque suis bona fide adiudicaret.
Nam sublato Nigro reliquus erat Albinus, quem sibi parum ex sen- 3
tentia parumque vsui fore arbitrabatur: vulgato rumore, iam nimis 4
illum impotenter nimisque moleste nomen Caesaris vsurpare: praeterea multos esse e primoribus senatus, qui ad eum clam darent literas, hortantes ad reditum, absente adhuc occupatoque Seuero. Quip- 5
pe nobilitas (omnis) Albinum malebat imperatorem, ortum illustri
genere ac bonae indolis iuuenem. Quibus rebus cognitis Seuerus, 6
minime vtique apertis inimicitiis ac manifesto bello agendum putans, nulla existente causa, quae saltem specie honesta videri posset,
f) decreuit eum dolo insidiisque tentare. Quare tabellarios ali- 7
quot ex iis, qui literas imperatorias perferunt, fidissimos sibi homi- 8
nes cum literis mandatisque ad eum mittit, praemonitos, vti redditis publice epistolis, quaedam habere se dicerent, quae apud illum remotis arbitris loquerentur. quare vt primum seorsum a custodibus
nacti eum forent, facto impetu obtruncarent. Quin venena quoque 9
ipsis dedit, quibus eum, si possent, per aliquem ab epulis aut a cyatho aggrederentur. *g*) Erat autem illius amicis suspecta Seueri fides. itaque cauendum identidem admonebant hominem perfidiosum, plenum fraudis et insidiarum. Nam vulgo etiam parum constanti fide
habebatur, impulsis (vt dictum est) per ipsorum filios Nigri ducibus 10
ad res illius prodendas: dein postquam eorum opera abusus est, suaque omnia ex sententia composuerat, ipsis liberisque enecatis. Igi- 11
tur infidum subdolumque ingenium res ipsae declarabant, obque id

d) quorum vtrique in crimen vertebat amicitiam Nigri. *Memm.*

e) Verum haec in aliud tempus reiecit: ac prius vniuersum Rom. imperium in se suos que liberos transferre, et firmum ac stabile sibi reddere, in animo habuit. Nam, subl. Nigro, molestus et superuacaneus ei Albinus existimabatur. Quin etiam audiebat, illum nimis regio fastu titulum Caesaris vs. *Steph.*

f) decreuit experiri, an eum, occulta quapiam arte deceptum, e medio tollere posset. Quare arcessitis eorum, qui lit. imp. perf., fidissimis, secreto illis imperauit, vt, quum apud eum essent, litteras quidem publice redderent, sed rogarent, vt secedens arcana quaedam mandata audiret: vbi autem ei hoc facere persuasissent, suis satellitibus incomitatum statim opprimerent atque interficerent. *Steph.*

g) Erat enim amicis eius suspectus: qui consilium dabant, vt sibi caueret ab homine, qui impostor esset, et ad struendas insidias solers. Eius enim mores male audiebant ob ea, quae aduersus Nigri duces admiserat. Quum enim per ipsorum filios ab illis impetrasset, vt res Nigri proderent, quum eorum opera abusus esset, sua que ex sent. composuisset, ipsos liberos que occidit. *Steph.*

maiore se custodia Albinus circummunierat. Neque enim temere
quisquam a Seuero missus ad illum introducebatur, nisi prius depo-
12 sito militari gladio, sinuque excusso. Postquam igitur a Seuero ta-
bellarii ad eum peruenerunt, redditisque publice literis, habere se
dixerunt quaedam secretius renuntianda, indulgens suspicionibus
13 Albinus comprehendi illico iubet. dein seorsum explorata re, insi-
diisque ordine intellectis, vbi noxios supplicio affecit, iam ipse se
vt aduersus manifestissimum hostem comparabat.

VI.

Quibus cognitis, Seuerus homo *h*) iracundo ingenio, non iam ce-
2 landas sibi inimicitias putauit, sed omni conuocato exercitu,
3 huiuscemodi habuit orationem, *Neque leuitatis me quisquam ob an-
teacta insimulet, neque infidum aut ingratum putet aduersus eum, quem*
4 *pro amico habuerim. Omnia nos quidem praestitimus, etiam in par-*
5 *tem principatus, et quidem stabilissimi, recepto: quod ne i*) *geminis
quidem fratribus facile quisquam indulserit; quod enim vos mihi vni de-*
6 *tulistis, id ego cum illo communicaui. Tantis autem beneficiis nostris
pessimam videlicet gratiam retulit Albinus, k*) *contemta virtute nostra,*
7 *suaeque immemor fidei, ardensque inexhausta cupiditate id vniuersum
periculose praeripiendi, cuius particeps esse citra bellum ac dimicatio-
nem vllam potuisset. Neque deos reueretur, per quos toties iuratus,
neque vestris parcit laboribus, quos tanta cum gloria virtuteque pro*
8 *nobis pertulistis. quippe successuum vestrorum nec ipse fructu carebat:*
9 *imo autem, si fidem seruasset, l*) *maior illi portio contigisset. Vt au-
tem, si ipse autor malorum sis, iniustus videare: ita, si non vlciscare*
10 *acceptas iniurias, ignauus. Nam quum bellum aduersus Nigrum gessi-
mus, non ita sane speciosas inimicitiarum causas habebamus*, vt necessa-
rias. *non enim quasi raptorem occupati a nobis principatus oderamus,
sed m*) *positum eum in medio, atque adhuc in disceptatione versantem,*
11 *pari vterque ambitu ad se trahebat. Verum Albinus, despecto foedere
ac iureiurando, quum sit nostro munere adeptus quae tantum legitimis*
12 *liberis tribuuntur, hostis esse mauult nobis quam familiaris. Vt igi-
tur pridem beneficio affectum, honore gloriaque cohonestauimus, ita
nunc perfidiosum atque imbellem ipsius animum coarguamus armis.*
13 *Neque enim sustinere ille exercitus poterit exiguus atque insularis vi-*
14 *res n*) *nostras. Nam quum vos propemodum soli alacritate quadam
et virtute vestra tam multis praeliis peruiceritis, totumque vobis ori-
entem subegeritis, quis dubitet, quin nunc quoque, o*) *tantarum accessio-*

h) promto et iracundo ing. *Memm.*

i) germanis, *Memm.* alii gemi-nis. *Sylb.*

k) arma et copias comparat ad-versum nos, contemta fortitudine vestra, et spreta, quam mihi de-derat, fide. *Steph.*

l) maius aliquid ei contigisset illo, qui vtrique nostrum diuisus a vobis erat, honore. Vt autem in-iustum est auctorem iniuriarum es-se: ita est ignaui, acceptas non vlci-sci. Ac dum quidem aduersus Ni-grum bellum gereremus, non *Steph.*

m) sed iacentem eum in med. *Steph.*

n) vestras, *Memm.*

o) quum tantae copiae auxilia-res accesserint; *Steph.*

*ne virium (quippe hic totus pene Romanus exercitus) facile profliga-
turi paucos ſitis, ne ſub viro quidem ſobrio, nedum ſub forti duce, mi-
litantes? Quis enim luxuriam illius ignorat, vitamque hominis ſubulco-* 15
rum potius gregibus quam militum legionibus congruentem? Proinde 16
*eamus audacter in illum qua ſolemus alacritate animi atque virtute,
diis freti autoribus ab eodem impie peieratis: ſimul memores excitato-
rum ſaepe a nobis trophaeorum, quae ſcilicet ab ipſo deſpecta ſunt.*
Haec loquuto Seuero, confeſtim exercitus vniuerſus Albinum ho- 17
ſtem declarat: exceptoque fauſtis acclamationibus ipſo, nihil non
alacritatis et ſtudii clamoribus oſtendentes magis magisque homi-
nem ſpe addita ſuccenderunt. Qui ampliſſimo donatiuo milites pro- 18
ſequutus, ſtatim vniuerſos contra Albinum educit: miſſis item pari-
ter qui Byzantium expugnarent, clauſam adhuc, receptis Nigri du-
cibus. Quae deinde vrbs fame capta, totaque plane diruta, ſimul 19
theatro thermisque omnique cultu atque honore detracto,
et in vici formam redacta, Perinthiisque *in ſeruitutem* adiudicata
eſt, quemadmodum Antiochia quoque Laodicenis. Tum pecuniae 20
magnam vim curauit ad reficiendas inſtaurandasque vrbes, quas Ni-
griani milites deuaſtauerant. Ipſe iter faciebat ſine intermiſſione, 21
neque feſtos dies neque labores vllos magnopere curans, algoris at-
que aeſtus iuxta patiens: *p*) ſaepe etiam per altiſſimos montes hye- 22
me ſaeua, niuibus caelo ingruentibus, ibat aperto capite, vt milites
ad alacritatem patientiamque laborum re ipſa cohortaretur. Quo-
circa non metu quodam ac lege, ſed aemulatione magis atque exem-
plo principis ad perferenda omnia incitabantur. Miſit etiam qui 23
anguſtias occuparent Alpium, atque aditus Italiae obſiderent.

VII.

Enimuero poſtquam nuntiatum Albino eſt nihil cunctari Seuerum,
q) ſed adeſſe iam, ſupinus hactenus ac delicias agitans, magno
tum metu perculſus *r*) ſtatim e Britannia transmittens, in aduerſo 2
Galliae littore caſtra collocauit: litterisque ad vicinarum gentium
praeſides miſſis, pecunias commeatumque exercitibus iuuandis corro-
gabat. *s*) Qui igitur dicto audientes fuerunt, peſſime illud in ſe 3
conſuluerunt, nullo non ſupplicio dein poſt bellum affecti: qui vero 4

p) Saepe etiam per montes, magnis rigoribus infeſtos atque altiſſimos, iter faciens, ſub grandine et niuibus aperto capite incedebat, alacritatis et ſtrenuitatis occaſionem militibus reipſa praebens: ita vt non ſolum metu et lege, ſed etiam aemulatione atque ex. pr. ad reſiſtendum laboribus incitarentur. *Steph.*

q) ſed iamiam adfuturum, ſup. *Steph.*

r) a Brit. transmittens in oppoſitam ei Galliam, caſtra collocauit, *Memm.*

s) Et nonnulli quidem, ab eo perſuaſi, miſerunt, in ſuam ſane perniciem: (poſtea enim ſupplicio affecti fuerunt;) qui vero adduci non potuerunt, vt id facerent, inito felici potius, quam prudenti conſilio, incol. euaſerunt. Euentus enim et fortuna belli de vtrorumque conſilio iudicium tulit. *Steph.*

imperium detrectauerunt, quum quidem felicius quam prudentius
id egissent, euasere incolumes, euentu ac fortuna rerum vtraque
5 consilia discernentibus. Sed vbi iam in Galliam Seueri copiae per-
venerunt, leues quaedam primo pugnae quasique velitares fuerunt:
donec postremo apud *t*) Lugdunum, magnam vrbem atque opulen-
tam, praelium in manibus fuit. Nam quum se moenibus tenuisset
6 Albinus, exercitus emisit in pugnam. Vt vero ad manus ventum,
diu quidem vtrinque decertatum est aequis viribus, sic vt ambigua
victoriae fortuna penderet: neque enim Britanni vel animi magni-
7 tudine vel auiditate caedis, Illyricis concesserint. Ita conflictu pri-
mo valentissimorum exercituum neutram in partem acies inclina-
8 bat. Atque vt nonnulli prodiderunt eius aetatis autores, qui non
ad gratiam, sed ad fidem loquuntur, longe potior fuit Albini acies,
qua in parte Seuerus curabat: sic vt fugerit quoque, et ab equo de-
9 ciderit, abiectoque paludamento delituerit. Sed insequentibus iam
vitulantibusque Britannis, ceu plane victoribus, apparuisse extemplo
Laetum Seueri ducem, cum *eo cui praeerat* recenti adhuc exercitu,
10 *et qui extra pugnam fuerat.* *u*) quippe male audiit, quasi euentum
pugnae expectauerit, cunctatus de industria retento milite, vt si-
bimet imperium vindicaret: siquidem non prius in pugnam protu-
11 lit pedem, quam vbi Seuerus cecidisse nuntiatus. Quam suspicio-
nem etiam deinde euentus approbauit. quippe rebus omnibus ex
sententia mox compositis, atque in maxima securitate agitans Seue-
rus, quum quidem caeteros belli duces magnis affecisset praemiis,
Laetum ipsum tamen (vt par fuit) memor proditionis, morte mul-
12 ctauit. sed ista quidem post fuere: tunc autem conspecto (vt diximus)
Laeto, *cum recenti adhuc exercitu*, spes addita Seuerianis est: ac sub-
13 latus in equum Seuerus, et paludamento purpureo circumdatus. At
Albiniani, iam se victores rati, confusis ordinibus, incitante se in eos
de improuiso valida recentique hostium manu, quum paulum pri-
14 mo restitissent, terga demum verterunt. Fusos igitur fugatosque
eos persequuti Seueriani, magna edita strage, ad vrbem ipsam perue-
15 nerunt. Occisorum vtrinque aut captiuorum numerus, varie prout
16 visum eius aetatis scriptoribus, proditur. Direpta mox incensaque
x) Lugdunum, et Albino caput abscissum perlatumque ad Seuerum
est. Ita duo maxima excitata trophaea ad orientem ac septentrio-
17 nes: sic vt nihil sit, quod cum Seueri contentionibus aut victoriis confe-
ras, siue copiarum multitudinem, siue nationum motus, siue nume-
rum pugnarum, siue itinerum longitudinem celeritatemque conside-
18 res. Nam Caesaris quidem res aduersus Pompeium, Romano vtrin-
que milite, magnae profecto fuerunt: item Augusti aduersus Anto-
nium aut Pompeii liberos, et quae antea a Sylla Marioque ciuilibus

t) fortasse *Londinum*; vt ex sqq. patebit. Gryph. ed. *Sylb.*

u) Eum autem accusant, quasi euentum pugnae exspectauerit, imminens occasioni, et de industria cunctatus sit: ac, quum exercitum, cui praeerat, recentem seruasset, quod sibi imperium destinaret, tum demum fuisse conspectum, quum Seuerum cecidisse intellexit. Fidem vero huius accusationis facit euentus, i. e. fidem huius rei, de qua fuit accusatus. *Steph.*

x) *Londinum* pro *Lugdunum* scriptum in edit. Gryph. *Sylb.*

externiſque praeliis geſta ſunt: ſed qui vnus vir tres imperatores 19
rerum iam potitos ſuſtulerit, qui vrbanos exercitus, Romam ipſam
ac palatium obtinentes, aſtu *y*) circumuenerit: quique vnum e prin-
cipibus in ipſa palatina aula curauerit occidendum, alterumque ite-
rum in oriente rurſus gubernacula rerum tenentem, appellatumque
a Romanis imperatorem, tertium porro Caeſaris honores atque auto-
ritate praeditum, in poteſtatem redegerit, haud facile alter inuenie-
tur. Hunc finem vitae habuit Albinus, breui ſane laetatus funeſto 20
honore.

VIII.

Caeterum Seuerus omnem ſtatim iram atque atrocitatem animi ſu-
am, in illius neceſſarios Romae effudit. ac primo quidem prae- 2
miſſo in vrbem capite Albini abſciſſo, iuſſoque publice patibulo
praefigi, in ima epiſtola, qua de ſua victoria populum edocebat,
hoc quoque adſcripſit, ideo ſe caput illud publice in patibulo ſpe- 3
ctandum miſiſſe, vti exemplum caperent, quid item ipſis patiendum
foret. Rebus igitur Britanniae ordinatis, quum totius inſulae admi- 4
niſtrationem bifariam diſpertiſſet, itemque omni Gallia (quemad-
modum quidem *ſibi* videbatur) compoſita ex ſententia, ſupplicioque
de Albani amicis ſumto, ſiue quos ei ſua quemque voluntas, ſiue
neceſſitas adiunxerat: continuo Romam proficiſcitur, exercitum ſe-
cum omnem adducens, quo terribilior videretur. Confectoque ma- 5
gna velocitate itinere, quemadmodum conſueuerat, infeſtus adhuc
ſuperſtitibus Albani amicis, Romam intrat, occurrente laureato po- 6
pulo, ac magno honore fauſtisque acclamationibus excipiente, ſena-
tuque vniuerſo conſalutante: tametſi pleroſque metus conſternaue-
rat, quod ſibi haudquaquam parſurum rebantur, immitem ſuapte
natura et ſanguinarium, neque ſane magna cauſa indigentem ad in-
ferendas iniurias: *z*) caeterum tunc probabiles odii rationes habi-
turum. Poſtea vero quam in templum Iouis ingreſſus eſt, omniaque 7
ſacrificia de more peregit, reuerſus in palatium, magnoque congia- 8
rio populum Romanum, victoriae nomine, proſequutus, ac nummos
militibus largitus eſt, ſimul alia permulta indulſit, quae nunquam
antea acceperant. Nam et frumenti ſummam primus adauxit, et 9
aureis annulis vti, et domi habere mulierem permiſit: quae omnia
procul a militari diſciplina, ſuccinctos eos paratosque ad bellum
minime praeſtitura videbantur. Primusque ipſe duritiam atque aſpe- 10
ritatem victus, tolerantiamque laborum diſciplinamque omnem ac
ducum reuerentiam ſubuertit, inhiare pecuniis et *a*) munditias co-
lere militibus inſuefactis. His ergo optime pro ſuo iudicio conſti- 11
tutis, curiam deinde ingreſſus, ſedensque imperatoria ſella, accuſare
inſit truculenta oratione Albini amicos, prolatis etiam quorundam 12
arcanis epiſtolis, quas apud illum ſepoſitas deprehendiſſet, quibus-
dam autem exprobrans, quod eum ſplendidioribus muneribus affeciſ-
ſent: aliis, quod *b*) amici orientalibus, aliis, quod Albino fuerunt 13

y) ſuperauerit, *Memm.*

z) et qui tunc probabiles habe-
re rationes viderentur. *Memm.*

a) delicias. *Memm.*

b) Longe aliam huius loci in-
terpretationem v. in Annot. *Steph.*

notiores. Eoque pacto eximium quemque e senatu, tum vt quisque
in prouinciis genere aut opibus excelleret, *c*) omnes sine discrimine
supplicio afficiebat: vlciscens (vt quidem prae se ferebat) inimicos,
sed reuera subigente auaritia, qua supra omnes imperatores labora-
14 vit. Nam vt animi patientia atque in laboribus perseuerantia, si-
mul rei militaris gloria, nemini etiam laudatissimo concesserit, ita
quaestui supra quam dici posset addictus, iniustis caedibus atque adeo
15 cuicuimodi ex causa pecuniam colligebat, imperium metu magis
quam beneuolentia retinens. Quamquam popularis esse imprimis
volebat, edendis omnifariam magnificentissimis spectaculis: centenis
etiam saepenumero occisis beluis, quas omnibus regionibus nostris
16 barbarisque conquirebat. Sed et congiaria dedit vberrima, et *cc*) cer-
17 tamen proposuit, vndique accitis ludionibus atque athletis. Vidi-
mus item sub illo quosdam omnis generis ludos, cunctis editos the-
atris, simulque supplicationes et peruigilia ad formam Cereris initio-
18 rum (seculares hi tunc appellabantur) *d*) celebratos (vt aiunt) de-
19 cursu trium spatio aetatum. Siquidem vrbe tota atque Italia prae-
cones itabant conuocatum omnes ad ludos, quos nec vidissent ha-
20 ctenus, nec visuri postmodo forent: ita scilicet interuallum prae-
teritae futuraeque celebritatis supra omnem esse hominum aetatem
significantes.

IX.

e) Igitur aliquandiu Romae moratus, participato filiis imperio, quum
se ciuili tantum victoria contraque Romanos exercitus habita,
clarum hactenus intelligeret, ex qua etiam triumphum recusauerat,
decreuit idem barbarorum inclarescere trophaeis. Quocirca praetex-
tu vindicandi Barsemii, Atrenorum regis, qui Nigri partes fouerat,
2 exercitum in orientem eduxit. Iamque in Armeniam facturus im-
petum, praeuentus a rege Armeniorum est, mittente obsides vltro
et munera, ac suppliciter petente, vt sibi cum illo inire amicitiam
3 foedusque ferire liceret. Quare Seuerus, procedentibus ex senten-

c) interficiebat, nulli omnino parcens: vt quidem simulabat, quod succenseret inimicis: sed re vera, quod immodica ei auaritia inesset. Nullus quidem certe ex Imperatoribus adeo impotenter pecunias amauit. Nam, vt an. pat. atque constante laborum tolerantia, rerum que bellicarum administratione, nullo eorum, qui laudem consecuti sunt, erat inferior: ita exsuperabat in eo auaritia, caedes ob eam iniuste et qualibet de causa perpetrante, i. e. leuissimis etiam de causis. At Pol. haec verba, ἐκ τ. τυχ. αἰτίας, cum ἐξ ἀδ. φόνων non iunxit. *Steph.*

cc) ludos ob victoriam. *Memm.*

d) Hic accus. ad praeced. *ludos* refertur, non habita ratione eorum, quae sunt interiecta. *Steph.*

e) Quum autem longo tempore Romae esset moratus, ac filios imperii participes et Caesares declarasset, et gloria, quam ex ciuili victoria et aduersus Rom. exercitus reportauerat, minime contentus, (de qua triumphare etiam, eum pudebat,) aduersus barbaros quoque tropaea excitare vellet: praetexens Barsemii, Atrenorum regis, amicitiam erga Nigrum, exerc. — *Steph.*

tia rebus in Armenia, perrexit ad Atrenos. Sed et rex Oſroeno- 4
rum Augarus ad eundem transfugit, traditisque obſidio liberis fidem
ſuam auctorauit, ſagittariorumque vim magnam miſit auxilio. Cae- 5
terum Seuerus regionem *f*) interamnanam agrumque Adiabenorum
transgreſſus, etiam in Arabiam felicem excucurrit. Illic enim her-
bae proueniunt odoratae, quae nos aromata ſuffimentaque habe-
mus. Ibi expugnatis vicis vrbibusque permultis, omnemque agrum 6
depopulatus, in Atrenorum regionem mox ingreſſus, Atras circum-
ſedit, vrbem ſcilicet altiſſimo impoſitam monti, ac maximis validiſ- 7
ſimisque obſeptam moenibus, florentemque ingenti ſagittariorum
copia. Igitur hanc vrbem Seuerianus exercitus quanta maxima vi 8
poterat, oppugnabat: machinaeque omnifariam moenibus admoue-
bantur, nullo oppugnationis genere praetermiſſo. Contra autem 9
Atreni audacter vrbem defenſare, *g*) ſagittasque ac lapides ſuperne
iacientes, peſſime accipere Seuerianos, etiamque vaſa fictilia volucri- 10
bus quibusdam venenatisque beſtiolis oppleta deuoluere: quae quum
aut oculis inuolitarent, aut in apertas corporis partes ſenſim obre-
perent, grauiter ſingulos conſauciabant. Incideratque in morbos 11
Romanus miles, aeſtum illum caeli nimio ſole praeferuidi, parum
ferens: ſic vt longe plures ob hos caſus, quam hoſtili manu interie-
rint. Proin defatigatis iam et contuſis omnibus, procedente ſecus 12
obſidione, ac plus iacturae quam lucri Romano faciente, *h*) decre-
vit exercitum Seuerus, priusquam vniuerſus periret, deportare ex
eis locis: triſtem videlicet infecto negotio. quippe aſſuetus vincere 13
praeliis omnibus, victum ſe tunc putabat, quia non vicerat. Sed
eum proſpera fors et fautrix ſtatim conſolatur. neque enim plane 14
rebus infectis rediit, ſed maiore quam ſperauerat ſucceſſu. Nam
impoſitus nauibus permultis exercitus vniuerſus, nequaquam ſcili-
cet quo intenderat, Romanae appulſus ripae: ſed vndarum impetu 15
Parthorum ad agrum prouectus, haud procul Cteſiphonte, qua in vr-
be ſedes regis eſt. Is tunc pacem agitans, ac nihil ad ſe pertinere 16
Seueri pugnas autumans, quas gereret cum Atrenis, otioſus videlicet
nihil expectabat mali. Caeterum Seueri exercitus quum ad eas ri- 17
pas vi fluminis inuectus, moxque in terram eſſet expoſitus, omnem
ilico depopulari agrum coepit, abactisque, vt in quaeque inciderant,

f) q. c. Interamnem. *Sylb.*

g) ſagittis que ac lapidibus ſuperne petentes, non parum negotii Seueriano exercitui faceſſebant. Quin etiam vaſa fict. volucribus, paruis quidem illis, ſed venenatis beſtiolis implentes, in eos proiiciebant. *Steph.*

h) Seuerus exercitum, ne vniverſus interiret, re infecta reduxit: aegre ferentem ſane, quod obſidio eis ex animi ſententia non ſucceſſiſſet. Semper enim in praeliis vincere aſſuetus, quod ſuperior non euaſiſſet, id pro clade habebat. Ei tamen ſolatium attulit fortuna, quae tunc illius rebus auxiliabatur. neque enim plane nulla re effecta rediit, ſed maiora iis, quae ſperauerat, exſecutus. Quum enim exercitus nauibus multis deueheretur, non ad Romanas, vt volebat, ripas, ſed ad Parthicas, longiſſime vndarum impetu abductus, appulit: quae haud multorum dierum itinere aberant a Cteſiphontis aditu, i. e. aditu ad Cteſiphontem, aut via, quae fert Cteſiphontem. *Steph.*

18 pecoribus, ad vescendum, vicisque aliquot incensis, paulatim vsque
ad Ctesiphontem perrexerunt: qua in ciuitate magnus rex Artaba-
19 nus commorabatur. Igitur imparatos nacti barbaros, caesis primo
quicunque *i*) restitissent, direptaque mox vrbe, pueris foeminis-
20 que in captiuitatem abductis, tantum ipso rege cum paucis equiti-
bus elapso, thesauris illius ornatuque omni et supellectile potiti,
21 victores regrediuntur. Ita Seuerus, fortuna magis quam consilio,
Parthicam victoriam adeptus est. Igitur prospere succedentibus rebus,
literas ad senatum populumque Rom. de se magnificas dedit, ac
22 depictas in talibus pugnas, victoriasque suas exposuit: nihil non
honorum decernente senatu, et super his cognomina imponente de-
victarum gentium.

X.

1 Ipse interea rebus ad orientem sic gestis Romam reuertebatur, filios
2 iam puberes secum adducens. Confectoque itinere, ac prouin-
ciis, vt cuique visus foret, ordinatis, Mysorumque et Pannoniorum
recognitis exercitibus, vrbem dein triumphans inuectus est, multis
3 acclamationibus omnique cerimonia populo excipiente. Cui qui-
dem ipse festos dies sacrificiaque et spectacula ac celebritates in-
dulsit, magnoque dato congiario, et ludos pro victoria celebrauit.
Romae deinde haud paucos moratus annos, ius dicebat frequenter,
ciuilibus negotiis et liberis erudiendis *atque k*) *ad modestiam componen-*
4 *dis*, intentus. At illi iam tum adolescentes deliciis victuque vrba-
no, nimioque spectaculorum aurigationisque et saltationis studio,
5 bonam indolem corruperant. Interque se fratres diffidebant, pue-
rili primum certamine, edendis coturnicum pugnis, gallinaceorum-
que conflictibus, et puerorum colluctationibus, exorta discordia.
6 Nam seu quid in scena audirent, siue item spectarent, *l*) semper
vtique diuersis accedebant, nusquam eisdem studente vtroque: sed
7 quod alteri charum foret, id alteri statim odiosum: committentibus
etiam vtrinque ipsos adulatoribus atque ministris, nihilque non ad
gratiam suggerentibus, vt ad se quisque pro virili diuersos retrahe-
8 rent. His cognitis Seuerus reducere in gratiam, atque emendare
9 conabatur. *m*) Tum Bassiano, qui tunc honores imperatorios ade-
ptus, Seuerus Antoninus, accepto Marci cognomine, vocabatur, ac
10 maior natu erat, vxorem dedit (*quum per matrimonium reddere eum*
11 *moderatum vellet*) filiam Plautiani, praefecti cohortibus vrbanis. Hic
(vt perhibent) Plautianus ab initio aetatis tenui fortuna fuit, sedi-
tionisque et aliorum criminum reus, ac mulctatus exilio: sed erat
Seueri municeps, Afer natione, atque (vt quidam putant) etiam con-

i) occurrissent, *Memm.*

k) Sic ipsemet Pol. alibi interpretatur Graecam vocem, quam hic praetermittit. *Steph.*

l) subinde erga id diuerse animati erant, contendendi studio: nulla que re ambo itidem delectabantur, sed quod — *Steph.*

m) Tum maiorem natu, cui verum nomen erat Bassianus, priusquam in imperatoriam domum (seu familiam Sylb.) venisset, Antoninum ipse nominauit, imperii honorem prospera sorte adeptus; Marci cognomen eum ferre volens. *Steph.*

ſanguinitate propinquus: vt vero alii affirmant, flore magis aetatis
per ſtuprum conciliatus. Hunc autem Seuerus ex parua humilique 12
fortuna ad opes maximas prouexerat: ac damnatorum bonis adiudi-
catis, longe ſupra caeteros collocupletauerat, tantum non imperio
quoque participato. Quis ille opibus licentiaque abutens, nihil 13
crudelitatis aut violentiae, vt quidque ageret, omittebat, cunctis
etiam atrocior omnium aetatum principibus. Ergo huius filiam Se- 14
verus vxorem filio ſuo tradidit, *et illam familiam* (*ſuae*) *coaduna-
vit.* Enimuero Antoninus ipſe, parum laetus eo matrimonio, ac
neceſſitate magis quam voluntate *n*) impulſus, puellam ipſam pariter
et puellae parentem peſſime oderat, ſic vt ne thorum quidem la- 15
remque cum ea communem pateretur: adeoque auerſabatur, vt mi-
naretur quotidie occiſurum ipſam patremque, ſimulatque imperium
ſolus obtinuiſſet. Quod quum illa identidem ad patrem referret, 16
ſimulque quantopere foret inuiſa patefeciſſet, magnopere hominem
irritauit.

XI.

Igitur Plautianus ſenem iam Seuerum ipſum cernens, ac morbo ſae-
pe laborantem, contra vero Antoninum ferocem imprimis auda-
cemque iuuenem, pauidus ob illius minas, *o*) decreuit facinus in-
vadere aliquod, priusquam ipſe opprimeretur. Suberant praeterea 2
multa, quae hominem ad imperii cupiditatem inflammarent: opes
quantas nemo antea priuatus poſſederat: militum praeterea obedi-
entia, et apud omnes Romanae ditionis homines maximi honores.
ad haec habitus quo in publicum prodibat: ſiquidem latum clauum 3
perpetuo habebat, atque in ſecundis conſularibus numerabatur. En- 4
ſem praeterea *ſuſpenſum* geſtabat, *p*) caeteraque omnia ſupremae di-
gnitatis inſignia: adeo, quacunque incederet, trux atque horribilis,
vt non modo non adiretur a quoquam, ſed etiam, qui fortuito oc-
currebant, ab eo auerterent oculos. Quin anteambulones aliquot, qua- 5
cunque iter faceret, denuntiabant, ne quis in proximo conſiſtere,
neue illum contueri auderet, ſed auerterent vniuerſi oculos, ter-
ramque deſpectarent. *q*) Quae quum cognouiſſet Seuerus, ne ipſe 6
quidem prorſus aequi boni facere, ſed moleſtius iam grauiusque
ferre: ſic vt nonnihil etiam de illius autoritate detraheret, ac per-
ſuadere homini conaretur, aliquid iam e tanta illa inſolentia immi-
nueret. Quorum impatiens Plautianus, non dubitauit imperium 7
ipſum appetere inſidiis; quocirca talia quaedam machinatur. *r*) Sa- 8
turninus erat quidam tribunus, qui Plautianum imprimis obſeruabat:
et quum facerent idem omnes, vnus tamen ille maiore quadam ve-

n) puellae iunctus, ei eius que parenti valde infenſus erat. *Steph.*

o) decreuit, praeueniendo aliquid patrare potius, quam cunctando aliquid pati. *Steph.*

p) omnis que dignitatis habitum geſtabat ſolus. *Memm.*

q) Quae quum Seuero nunciarentur, ne ipſe quidem probabat; ſed odioſus iam et grauis illi quoque eſſe coepit Plautianus, adeo vt non nih. *Steph.*

r) Saturninus erat vnus eorum, quos ſub ſe tribunos habebat: hic Plautianum ſumma obſeruantia colebat. *Steph.*

9 nerationis specie, magis magisque homini obrepserat. Hunc sibi
igitur fidissimum fore putans, ac solum denique commissa tacite ha-
biturum, et imperata facturum, vocari ad se sub vesperam iubet:
10 remotisque arbitris, *s*) *Nunc illud* (inquit) *tempus est, quum summam*
imponere manum debeas amori obseruantiaeque tuae, cuius mihi hacte-
nus dedisti specimen, quumque ego remunerare te pro meritis, ac de-
11 *bitam referre gratiam possim. Datur optio tibi, velisne ille ipse eua-*
dere, quem me nunc esse cernis, atque huic tantae potentiae succedere:
12 *an perire statim, dato contumacis animi supplicio. Neque tu vel ma-*
gnitudinem rei pertimueris, vel nomina imperatorum expaueris. in-
trare tibi in cubiculum, vbi somnum capiunt, soli nempe licet, redeun-
13 *te vice nocturnae custodiae: clam nulloque prohibente, facile quod volue-*
ris transiges. Nihil est autem, quod hic meum iam expectes imperium.
14 *Abi modo in aulam principum, quasi aliqua a me t*) *mandata habeas*
15 *arcana et grauia: atque, vt virum fortem decet, senem vnum ac pue-*
16 *rum, intra suum vtrumque cubiculum, obtrunca. Nam quum in par-*
tem veneris periculi, etiam, re confecta, in partem maximi honoris
17 *succedes.* *u*) Haec dicta vt animum tribuni perterruerunt, ita mini-
me consilium excusserunt. Sed vt homo neutiquam mente captus
(erat enim genere Syrus: ac sunt ferme ad orientem mortales acer-
rimis ingeniis) cognito furore ac vecordia *eius, qui id imperabat,*
quantumque ei liceret minime ignarus, haudquaquam ausus detre-
18 ctare, ne scilicet continuo daret poenas, quum se optata ac luben-
tia simularet audire, prius adorato illo, tanquam imperatore, iam
19 libellum petebat demandatae sibi caedis. Quippe mos tyrannis,
quum aliquem indemnatum occidi iubent, per literas potissimum in-
iungere, *x*) ne dein caedis imperatae nullum relinquatur argumen-
20 tum. Hic Plautianus, caecutiens nimia cupiditate, dat libellum tri-
buno: atque ad caedem mittens, admonet diligenter, vt interfecto
vtroque principe, priusquam diuulgetur facinus, se iubeat acciri:
21 quo ante in palatio conspiciatur, quam occupatum imperium quis-
quam audiat.

XII.

Sub hac pactione tribunus digreditur, ac de more totam libere do-
2 mum principis peruadit: cognitoque quam difficile factu foret,
duos ab vno homine principes, et quidem diuersis habitantes cubi-

s) Nunc tibi occasio est, inquit, strenuum finem tuae in me bene-volentiae obsequio que imponendi: cuius m. Perinde est autem, ac si diceret, κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, nec satis proprie id vocat τέλος, i. e. finem, v. Annot. *Steph.*

t) mand. hab., quae celeritatem poscant, et secreta manere debeant. *Steph.*

u) Haec dicta animum quidem eius attonitum reddiderunt, sed mentem minime perturbarunt, vel consternarunt, verum, vt homo sui compos, (erat enim genere Syrus. sunt autem, qui degunt sub oriente, mortales, ad res mente agitandas acriores.) *Step.*

x) ne, si caedes perpetretur, minime sit obsignata, i. ne nullae litterae obsignatae eam imperatam fuisse testentur. Fit autem γραμμάτων, nec non γραμματεῖον

culis, obtruncari, adit ad Seuerum, et cum ianitoribus agit, vt se ad
principem intromittant: afferre se quae ad illius salutem pertineant.
Illi haec Seuero renunciant, qui tribunum continuo iubet acciri. 3
Ingressus, *Venio* (inquit) *tibi, o domine, vt sane putat is, a quo sum mis-* 4
sus, ad caedem tui carnificinamque: vt egomet opto ac volo, beneficii
autor tibi et salutis. Plautianus imperium captans insidiis, caedem 5
mihi tuam filiique tui mandauit: neque verbis modo, sed et literis. te-
stimonio est hic libellus. Equidem ego recepi facturam quae imperaret, 6
ne alter scilicet me detrectante, negotium susciperet: verum ad indi-
candam rem tibi sum praesto, y) ne ignarum illius opprimat audacia.
Dicenti haec tribuno, atque (vbertim) lacrimanti, non continuo ta- 7
men fidem Seuerus habebat. quippe adhuc in pectore multum ex
Plautiani amatorio insederat: quin esse id totum negotium compo-
situm ac fabulosum suspectabat, ratus filium suum Plautiano infe-
stum, natamque eius perosum, commentum esse technam huiusce-
modi, ac mortiferam calumniam. Quare accitum ad se, grauiter 8
increpare institit, quod in hominem amicum z) atque domesticum
talia machinaretur. Antoninus autem primo quidem a) deierabat, 9
ignarum se totius negotii: dein instanti tribuno, et libellum osten- 10
denti, animum audaciamque addebat ad crimen coarguendum. Sed 11
ille, cognito quam magnum in discrimen venerat, tum praeterea
haud ignarus, quam acceptus Seuero Plautianus foret, neque non et-
iam intelligens, si latuissent insidiae, parumque indicium probaretur,
exquisitissimum sibi impendere supplicium, Et quodnam (inquit) o 12
domini, argumentum amplius, quodue apertius quaeritis indicium?
Sinite egrediar regia, perque aliquem fidum mihi hominem signifi-
cem Plautiano, facta esse iam quae imperauerat. Aderit ille statim 13
re credita, b) vacuam scilicet regiam occupaturus. ibi vestri mune-
ris fuerit, rem totam deprehendere. Iubete modo in aedibus quie-
tem agitari, ne praecognita res omne consilium subuertat. Haec 14
locutus, fidissimum sibi hominem deligit, qui Plautianum suis hor-
tetur verbis, acceleret atque adsit quamprimum, dum vterque prin-
ceps iacet. oportere, antequam res populo innotescat, intus esse
eum: vt scilicet occupata arce constabilitoque imperio, velint no- 15
lint vniuersi, c) non scilicet principatum adeunti, sed iam plane
principi obediant. His creditis Plautianus (erat autem iam diei ve- 16
sper) magnam in spem sublatus, loricam d) induitur sub vestem,

mentio etiam paulo post, vtpote ab ipso Saturnino prolati. *Steph.*

y) ne lateat, quod moliri audet facinus. *Steph.*

z) atque affinitate iunctum, tal. *Steph.*

a) abiurabat id; se ne illa quidem, quae dicerentur, cognita habere dicens: dein inst. *Steph.*

b) vacuam se regiam occupaturum existimans. quum autem venerit, vestrae iam partes erunt, veritatem comperire. Sed magnum in regia silentium esse iubete; ne, quod facimus, si praecognitum fuerit, euertatur, i. e. ne techna, qua vtimur ad illum comprehendendum atque conuincendum, si praecognita fuerit, irrita reddatur. *Steph.*

c) ei, qui Imperator non sit futurus, sed iam sit. *Steph.*

d) induit, quae corporis tutamen esset: et quum eam caeteris vestimentis texisset, conscenso veh. repente in reg. properat,

17tuendi corporis gratia: ſimul conſcenſo vehiculo properat in regiam, paucis modo qui aderant deducentibus, ratisque eum magnis
18de rebus ab imperatoribus acciri. Vt autem in aulam nullo prohibente ingreſſus eſt, ignaris quae agitarentur cuſtodibus, occurrens tribunus, compoſito dolo ſalutat imperatorem: dein manu *de more* prehenſum deducit intra cubiculum, vbi proiecta eſſe imperatorum
19cadauera mentiebatur. Iamque aliquot e corporis ſui cuſtodibus
20Seuerus comparauerat, qui ſtatim ingreſſo manus iniicerent. Ac Plautianus *e*) quum longe alias animo ſpes agitaret, vt ingreſſus cubiculum eſt, cernens vtrumque illic ſtantem principem, compre-
21henſumque ſe teneri ſentiens: re tanta perterritus, rogare, ſupplicare, falſa illa omnia, commentum id in ſe, fabulamque excogitatam. Igitur exprobrante hinc Seuero beneficia et honores, illinc Plautiano fidei beneuolentiaeque ſuae veteris teſtimonia repetente, paula-
22tim labaſcere Seuerus, atque adduci Plautiani verbis, donec pars loricae per ſciſſum veſtimenti apparuit. Qua Antoninus animaduerſa, audax iuuenis et iracundus, ac iam antea homini infeſtus,
23Atqui (inquit) ad haec certe duo quid reſpondeas expecto. *f*) Veniſti ad imperatores ſub veſperam minime accitus? dein quid ſibi (rogo) haec lorica vult? quis ad coenam comeſſationemue armatus
24accedit? Simul haec dicens, iubet tribunum, caeterosque qui aderant, ilico eum ſtrictis gladiis obtruncare, vt hoſtem manifeſtarium Ni-
25hil illi cunctati, iuſſa faciunt iuuenis imperatoris, occiduntque hominem, et cadauer in viam *publicam* proiiciunt, *g*) ad vulgi ludibrium.
26Hunc finem habuit parem vitae Plautianus, inexhauſtae homo cupiditatis. *h*)

XIII.

2Caeterum Seuerus, duobus praefectis militaribus conſtitutis, plurimum in ſuburbanis, aut circum maritimas Campaniae oras agi-
3tabat, ius dicens, et ciuilibus negotiis intentus: cupiensque in pri-
4mis, vti Romae ſui liberi bonis moribus inſtituerentur. Nam ludis eos ſpectaculisque vehementius ſtudere animaduerterat, quam principibus conueniebat: quo fieret, vti ſtudio certamineque ſemper in diuerſum tendente, etiam animi iuuenum diſtraherentur, quibusdam
5quaſi admotis contentionum atque inimicitiarum facibus. Maxime

paucis eum ded., qui aderant, eum que de rebus, quae celeritatem poſtulaſſent, acciri exiſtimabant, vel de rebus, quae nullam paſſae moram eſſent. Sic ſupra dixit ἀγγελίας ἐπειγούσας. *Steph.*

e) At Pl., ſub alia ſpe ingreſſus, cernit utr. *Steph.*

f) Venis ne ad Imperatores ſub veſp., quum minime arceſſiuerint? q. d. audes ne venire ad Imp. *Steph.*

g) ad vulgi conſpectum, et inimicorum ludibrium. *Memm.*

h) Politianus omittit interpretationem horum verborum, καὶ χρησ. ἐν τ. τ. ἀπλ. ὑπ., niſi quod in his duobus vocabulis, *parem vitae*, ad illa reſpexit. Quamuis autem aliquis ex iis elici ſenſus queat, retinendo ἀπλήστῳ, tamen vide, an non et ἀπίστῳ habere locum poſſit. *Sylb.*

tamen Antoninus, intolerandus, fublato iam e medio Plautiano,
i) terribilisque et formidolofus erat omnibus: tum illius natae, con- 6
iugi fcilicet fuae, quibus maxime artibus aut machinis poterat, exi-
tium intendebat. At Seuerus ipfam *k*) pariter cum filiolo, quem pe- 7
pererat, relegauit in Siciliam, datis opibus quantae ad victum atque
vfum abunde fufficerent: imitatus in hoc Auguftum, qui filios An- 8
tonii, pofteaquam hoftis iudicatus eft, eodem modo tractauerit.
l) Ipfe ad pacem concordiamque reuocare liberos, et reconciliare
vtrumque alteri conabatur: admonens identidem veterum fabula-
rum, in quibus pleraeque regum calamitates fraternis ortae feditio-
nibus memorantur. Huc addebat, thefauros *m*) templaque pecuniis 9
plena effe, diuitias foris ex vectigalibus accedere: poffe in tanta opu-
lentia militem largitione teneri: auctas in quadruplum copias vrba- 10
nas: tantum federe exercitum ante vrbem, vt nulla externa vis, feu 11
multitudinem ipfam militum, feu corporum magnitudinem, feu pe-
cuniae abundantiam fpectes, par inueniri tantis opibus poffit. fed 12
ea in nihilum recafura, ipfis inter fe difcordantibus atque inteftinum
agitantibus bellum. Haec ille quotidie edifferens, precesque cafti- 13
gationibus admifcens, reprimere illorum fpiritus, ac reducere ger-
manos in gratiam ftudebat. Caeterum omnia fruftra erant. quippe 14
fraenos ore depulerant, proni femper in peius. Atque illos, adole-
fcentes adhuc, in ipfo aetatis feruore atque in fumma licentia, vo-
luptatum omnium irritamentis incitatos, etiam adulatorum minifte-
ria diuerfos trahebant: fcilicet qui non modo illorum obfequeren- 15
tur cupidinibus atque flagitiis, fed noua femper aliqua excogitarent,
vnde alteri gratum fieret, alter offenderetur. Quorum etiam non- 16
nullos Seuerus ipfe, in huiuscemodi minifteriis deprehenfos, fuppli-
cio affecit.

i) (fed reuerentia et metus patris obftabat, quo minus grauiffimum quodpiam malum patraret,) atque illius natae, coni. quae velut per parenthefin dicuntur, et procul ab iis abfunt, quae Pol. affert. *Steph.*

k) p. cum fratre *releg.*, fiquidem ἀδελφὸν legamus. *Steph.*

l) Ipfe liberos femper ad amicitiam adducere conabatur: adhortans que ad concordiam et confenfum, fabulas antiquas et tragoedias in memoriam illis reuocabat; femper regum fratrum calamitates ex diffidiis *ortas* commemorans. In interpretatione autem vocis δραμάτων fpeciem pro genere pofui; quod ficut μῦθοι, ita etiam δράματα, Latinis fint fabulae; diuerfa tamen fignificatione. *Steph.*

m) templa que omnia pecuniis effe plena: ac nullas opes, nullam potentiam ad externas infidias idoneam fore: quum tanta domi effet opulentia, vt militibus affatim largiri liceret; et quum eae, quae Romae erant, copiae in quadruplum auctae forent: quin etiam tantus ante vrbem exercitus collocatus effet, vt nulla externa potentia par ei effe atque obfiftere valeret; fiue ipfa militum multitudine, fiue corporum magnitudine, fiue etiam pecuniae abundantia. *Steph.*

XIV.

Hanc liberorum suorum vitam et indecora in spectaculis studia fe-
rens grauiter senex imperator, literas a Britanniae praefecto ac-
2cepit, quae docebant, barbaros illic seditiones agitare, regionemque
omnem incursionibus ac depopulationibus vastare: quare maiore ma-
nu ad resistendum, vel etiam principis ipsius praesentia, opus esse.
3Laetus ea Seuerus accepit: quippe homo suapte natura gloriae appe-
tentior, post victorias ad orientem septentrionemque, et cognomina
vtrinque parta, etiam trophaea contra Britannos excitare aliqua cu-
4piebat. Ad haec filios quoque abducere ex vrbe, *n*) vt procul a
munditiis vrbanis, in castris militari vitae ac sobriae iuuenes insue-
scerent. Ita expeditionem in Britanniam edicit, senex iam, et mor-
5bo articulari laborans: tanta autem animi virtute, quanta nemo
6(vnquam) vel iuuenum. Igitur iter ingressus lectica plurimum vehe-
7batur, nulloque cessabat loco. Quare confecto itinere *vna cum filiis*,
speque omni ac sermone celerius enauigato Oceano, *o*) Britanniam
ingressus est: collectisque militibus ac maximis conflatis viribus bel-
lum comparabat. Caeterum Britanni, repentino principis aduentu
perculsi, auditoque tantas contra se comparari copias, legatos ad
eum de pace ac seipsos expurgatum de *iis, quae antea deliquerant*,
9miserunt. At Seuerus, moras de industria nectens, ne vacuo sibi
Romam redeundum foret, cupidus victoriae cognominisque Britan-
nici, legatos quidem re infecta domum dimittit, ipse quae bello vsui
10forent, magna solertia comparabat. Sed imprimis tamen curae ha-
buit pontibus occupare paludes, vt stare in tuto milites *facileque per*
11*eas discurrere* possent, atque in solido praeliari. Siquidem Britan-
niae pleraque loca frequentibus Oceani alluuionibus paludescunt.
12Per eas igitur paludes barbari ipsi natant, excursantque, ad ilia vs-
13que demersi, ac pleraque corporis nudi coenum contemnunt. Ne-
que enim vestis vsum cognorunt, sed ventrem atque ceruicem ferro
incingunt: ornamentum id esse, ac diuitiarum argumentum exist-
mantes, perinde vt aurum caeteri barbari. Quin ipsa notant corpo-
14ra pictura varia, et omnifariam formis animalium: quocirca ne in-
duuntur quidem, videlicet picturam corporis ne adoperiant. Sunt
autem bellicosissima gens, atque auidissima caedis: tantum scuto an-
gusto lanceaque contenti, praeterea gladio nudis corporibus depen-
15dente: loricae ac galeae penitus ignorant vsum, impedimentum id
esse transgrediendis paludibus arbitrantes, quarum vaporibus aestu-
16que caelum ibi semper caliginosum. *p*) Ad haec Seuerus nihil non
comparabat, quod vsui Romano militi, quod detrimento barbaris
17impedimentoque | foret. Vbi vero satis ex sententia promta sibi
esse ac parata omnia intellexit, iuniorem filium, Getam nomine, in
parte insulae Romanis subiecta reliquit, vt iuri dicundo rebusque ci-
vilibus administrandis praeesset: eique consiliarios ex amicis natu
grandibus reliquit, Antonino secum aduersus barbaros educto. Trans-
gresso igitur Romano exercitu amnes aggeresque eos, qui obiecti bar-

n) vt in militari et temperanti vita, abducti a Romanis deliciis, iuuentutem traducerent. *Steph.*

o) Britannis superuenit. *Memm.*

p) Aduersus haec, *Memm.*

baris Romanorum fines diſterminant, pugnae quaedam tumultuariae fiebant et excurſiones, victore vbique Romano. Caeterum facilis 19
erat ex fuga receptus barbaris: quippe inter ſyluas ac paludes et loca ipſis notiſſima deliteſcentibus. Quae omnia Romanis aduerſa, 20
moram bello addebant.

XV.

Interea Seuerum, iam confectum ſenio, longior inuaſit morbus, ſic vt ipſe domi reſidere atque Antoninum mittere in bellum ad imperatoris obeunda munia cogeretur. Caeterum Antoninus *q*)haud 2
magnopere de barbaris ſolicitus, exercitum ſibi adiungere et confirmare vniuerſos tendebat, vti ſe vnum intuerentur, ſoli ſibi imperium vindicans, *r*) ac germano (identidem) obtrectans. Quin lon- 3
gior quoque patris valetudo, ac mortis mora diuturnior, anxium videlicet adoleſcentem habebant: ſic vt medicis miniſtrisque (ſub- 4
inde) conaretur perſuadere, ſenem vt e medio quamprimum quoquo modo tollerent: donec tandem Seuerus, moerore magis quam 5
morbo conſumptus, vitaque defunctus eſt, clariſſimus omnium imperatorum bellicis operibus. Neque enim aut ciuiles quisquam 6
aduerſus inimicos, aut externas aduerſus barbaros totidem alius victorias reportauit. Annisque duodeuiginti geſto imperio deceſſit, 7
ſucceſſoribus liberis *iuuenibus*, tanta pecuniae relicta *illis* copia, quantam antea nemo, tum ampliore exercitu, quam cui obſiſtere vlla vis poſſet. Igitur Antoninus, mortuo Seuero, ſummam pote- 8
ſtatem nactus, confeſtim vniuerſos ab ipſo (quod aiunt) lare interficere coepit. Nam et medicos ſupplicio affecit, quod ſibi pa- 9
rum obtemperauerant, iubenti *maleficium aliquod admittere*, *et* ſenis maturare necem: nutritiosque ſuos iuxta et fratris, *s*) quod de reconciliandis egiſſent: ne vno quidem reliquo ſuae crudelitati facto, ex eo ordine hominum, qui in honore aliquo fuerant, quique ipſius parentem obſeruauerant. Duces porro exercitus magnis mu- 10
neribus ac promiſſis adhortabatur, perſuaderent militibus, vti ſe

q) Ant. de iis, quae aduerſus barbaros gerenda erant, non valde laborabat; ſed exercituum benevolentiam ſibi adjungere conabatur, et omnes ad reſpiciendum ſe unum ſollicitabat; totam imperii dignitatem quouis modo ambiens, et fratrem criminationibus in invidiam adducens. Atque adeo ipſe pater, diu aegrotans et ad mortem cunctans, vel mori cunctans, vel ad mortem lento gradu incedens, gravis ei atque moleſtus videbatur. quare medicis ac miniſtris perſuadere conabatur, ut aliquod maleficium circa ſenis tractationem admitterent; ut citius eo liberaretur. Verum tamen Severus vix tandem vita defunctus eſt, moerore magna ex parte conſumtus: omnibus, qui vnquam fuerunt, Imperatoribus rerum bellicarum gloria ſuperatis. *Steph.*

r) *germano:* quia ſcilicet Baſſianus Marcia natus erat, Geta vero Iulia. *Memm.*

s) quoniam eum inſtanter obteſtabantur, ut ad concordiam veniret. Atque adeo nullum ſupereſſe ſivit eorum, qui in hon. al. fuerant, aut ſenem ipſum obſervarant. Politianum non *qui que*, ſed *qui ve* ſcripſiſſe puto. *Steph.*

vnum imperatorem declararent: nullasque non machinas aduersus
11 germanum intendebat. Neque id tamen persuadere militibus potuit. quippe memores, vtrumque a Seuero iam inde a pueritia pari honore cultuque educatum, etiam ipsi parem vtrique obedientiam
12 beneuolentiamque exhibebant. Igitur Antoninus, cognito parum sibi rem *t*) aduersus exercitum procedere, icto cum barbaris foedere, dataque pace *v*) et obsidibus acceptis, decedens illinc, ad ma-
13 trem iam germanumque festinat. Congressos reducere in gratiam mater conata, adnitentibus honestissimis quibusque Seueri amicis
14 et consiliariis. Igitur Antoninus, quum nemo scilicet non ejus libidini refragaretur, vi potius quam voluntate, *x*) ad concordiae
15 amorisque simulationem adducitur. Ita ambo pari honore imperium gerentes, soluerunt ex Britannia, Romamque cum patris reliquiis
16 contendebant. Nam corpusculo ignibus tradito, cinerem ipsum cum odoribus in vasculum alabastri coniectum, Romam referebant,
17 vt videlicet in sacris principum monumentis componeretur. Ipsi exercitum deportantes, victoresque iam Britanniae *scilicet*, in ad-
18 versam Galliam emenso Oceano peruenerunt. Quo igitur pacto et diem suum obierit Seuerus, et liberi eius imperium susceperint, in hoc volumine demonstratum est.

LIBER QVARTVS.

I.

Res gestas Seueri principis per annos duodeuiginti, superiore libro sumus persequuti. Porro autem ipsius liberi, adolescen-
2 tes iam, vna cum matre Romam festinabant, seditiones etiam tum
3 in itinere agitantes, quippe diuersoriis mensaque nunquam eisdem vtebantur: multumque suspicionis in cibo omni potuque, ne alteruter ante capto tempore, ipse clam aut per ministeria veneno
4 rem gereret. Ob eamque causam etiam iter properantius faciebant, tutius rati victuros, vbi iam in vrbem peruenissent, diuisaque inter se regia, *y*) amplis ac spatiosis aedibus, majoribus etiam reliqua
5 vrbe, pro suo vterque arbitrio separatim agitarent. Postquam vero in vrbem peruentum, populus eos vniuersus laureatus excepit, et
6 senatus consalutauit. Praeibant igitur principes ipsi cum purpura imperatoria, post sequebantur consules, vrnam cum Seueri reliquiis
7 gestantes. Qui autem nouos imperatores consalutauerant, progressi deinde, vrnam quoque ipsam supplices adorabant. Ita comitati magna pompa, composuerunt *z*) ipsum in templo, vbi Marci ac
8 superiorum principum sacra visuntur monimenta. Re igitur diuina

t) Hic *aduersus* pro *erga* est accipiendum. *Steph.*

v) et fide accepta, vel et acceptis fidei pignoribus. *Steph.*

x) ad concordiam et amicitiam, simulatam potius, quam veram, adducitur. *Steph.*

y) in habitatione ampla et spatiosa, omni que vrbe maiori. *Steph.*

z) Polit. scripsisse puto *ipsam*, videlicet urnam. *Steph.*

a) ceremoniisque de more concelebratis, vterque in regiam diſce-
dunt: partiti inter ſe domum, ianuisque ſecretioribus obſtructis, 9
publicis tantum atque atrienſibus promiſcue vtentes. Quin et cu- 10
ſtodes *b*) corporis ſeparatim ſibi delegerunt: vix vnquam congre-
dientes, niſi pauxillum duntaxat, vt in publico a multitudine ipſa
conſpicerentur. Sed in primis tamen iuſta parenti perſoluerunt.

II.

Mos eſt enim Romanis conſecrare imperatores, qui ſuperſtitibus
filiis vel ſucceſſoribus moriuntur: quique eo ſunt honore af-
fecti, relati dicuntur inter diuos. *Eſt autem tota vrbe quaſi luctus* 2
quidam, feſtae celebritati promiſcuus: quippe functum vita corpus, ritu
hominum ſumptuoſo funere ſepeliunt. Sed ceream imaginem, defuncto 3
quam ſimillimam, fingunt, eamque in regiae veſtibulo proponunt, ſu-
pra eburneum lectum maximum atque ſublimem, veſtibus inſtratum au-
reis. Et quidem imago illa ad aegroti ſpeciem pallida recumbit. Circa 4
lectum vero vtrinque magnam partem diei ſedent, a laeua quidem, ſe- 5
natus omnis veſtibus atris amictus: a dextera vero matronae, quas
virorum aut parentum dignitas honeſtat. harumque nulla vel aurum 6
geſtans vel ornata monilibus conſpicitur, ſed veſtibus albis exilibus
indutae moerentium ſpeciem praebent. c) *Haec ita per ſeptem dies* 7
continuos faciunt: medicis ad lectum quotidie accedentibus, inſpe-
ctumque velut aegrum, deterius ſe habere, ſubinde pronunciantibus.
Dein vbi iam viſus obiiſſe diem, lectum humeris attollunt d) *equeſtris* 8
ſenatoriique ordinis nobiliſſimi ac lectiſſimi iuuenes, perque viam ſa-
cram in vetus forum deferunt, vbi magiſtratus Romani deponere im-
perium conſueuerant. Vtrinque autem gradus quidam ſunt ad ſcala- 9
rum ſimilitudinem extructi, in quibus, altera ex parte, puerorum
chorus eſt e nobiliſſimis atque patritiis: altera, foeminarum illuſtri- 10
um, hymnos in defunctum paeanasque canentium, verendo ac lamen-
tabili carmine emodulatos. Quibus peractis, e) *tollunt iterum lectum,* 11
atque extra vrbem perferunt in Martium campum: vbi qua latiſſime 12
campus patet, ſuggeſtus quidam ſpecie quadrangula, lateribus aequis
aſſurgit, nulla praeterquam lignorum ingentium materia compactus
in tabernaculi formam. Id quidem interius totum eſt aridis fomitibus 13
oppletum, extra autem intextis auro ſtragulis atque eboreis ſignis va-

a) cerim. concelebratis, quae in Imperatorum ingreſſibus ſunt receptae, in regiam aſcenderunt. *Steph.*

b) q. et c. ſeparatim uterque ſibi appoſuit, *Memm.*

c) Intra ſpatium autem ſeptem dierum fiunt, quae dixi. Sed et medici ſubinde ingredientes ad lectum accedunt: et poſtquam inſpexerunt ſcilicet aegrotum, deterius ſe habere identidem *renunciant.* Nam particula δῆθεν ironiam hic declarat, ut *ſcilicet* apud Latinos. Talis eſt particulae δὴ uſus in principio pag. praecedentis: ideo que et ibi ſum interpretatus *ſcilicet. Steph.*

d) et qui ex equeſtri ordine ſunt nob. et ex ſenatorio lect. iuvenes. Iungit autem Pol. νεανίσκας cum εὐγεν. quoque. *Steph.*

e) Intellige *attollunt* ſeu *extollunt* in *humeros*, vel attollunt humeris, ut paulo ante locutus eſt, ex Virgil. *Steph.*

14 *riisque picturis exornatum. f) Infra vero alterum, minusculum quidem poſitum eſt, ſed forma et ornatu perſimile, portis ianuisque patentibus. Tertiumque item et quartum ſemper g) ſuperiore contractius: ac deinceps alia, donec ad extremum, quod eſt omnium breuiſ-*
15 *ſimum, perueniatur. Poſſis eius aedificii formam comparare turribus his, quae portibus imminentes, noctu igne praelato, naues in tutas*
16 *ſtationes dirigunt: pharos vulgo appellant. Igitur lecto in ſecundum tabernaculum ſublato, aromata et ſuffimenta omnis generis, fructus herbasque, ſuccosque omnes odoratos conquirunt, atque aceruatim ef-*
17 *fundunt. quippe neque gens eſt neque ciuitas, neque qui honore vllo aut dignitate praecellat, quin certatim pro ſe quisque ſuprema illa*
18 *munera principis honori deferant. Vbi vero ingens aromatum aceruus aggeſtus eſt, ac locus omnis expletus, tum circa aedificium illud*
19 *adequitant, vniuerſis equeſtris ordinis certa quadam lege ac recurſu, motuque pyrrhichio numeroque, in orbem decurrentibus. Currus item* decenti ſimiliter ordine *circumaguntur, inſeſſi purpuratis rectoribus, qui perſonas ferant,* quae habent imagines *h) ducum omnium Roma-*
20 *norum principumque illuſtrium. Quae vbi celebrata ſunt, facem ca-*
21 *pit imperii ſucceſſor, eamque tabernaculo admouet. Tum caeteri omnes vndique ignem ſubiiciunt: cunctaque illico, fomitibus illis ari-*
22 *dis odoramentisque referta, igni valido corripiuntur. Mox ab extremo minimoque tabernaculo, tanquam e faſtigio quodam, ſimul cum*
23 *ſubiecto igni* aſcenſura in aetherem *aquila dimittitur: quae in coelum creditur ipſam principis animam deferre. ac iam ex illo vna cum caeteris numinibus imperator colitur.*

III.

i) Ita conſecrato parente, reuerſi domum iuuenes, diſcordias quotidie et ſimultates exercere, inſidiari inter ſe, moliri, parare
2 omnibus modis, atque ea modo vterque in animo habere quibus alter dolo caperetur: poſtremo quacunque via graſſari ad ſingulare imperium, ac nihil inuicem praetermittere, dum conſortem poteſta-
3 tis expungerent. Sed et mentes animique omnium vrbanorum, quicunque honore aliquo aut dignitate praeſtarent, diuerſi trahebantur, vtroque ſeorſum literas clanculum miſſitante, magnisque
4 pollicitationibus ſibi homines adiungente. Major tandem pars ad Getam ſpectabat, *k)* quod opinionem nonnullam oſtenderet probi-

f) Non *infra*, ſed *ſupra*, legendo ἐπ' ἐκ. et paulo poſt *inferiore*, non *ſuperiore*. *Steph.*

g) inferiore. *Memm.*

h) Romanorum omnium, qui glorioſe exercitibus praefuerunt aut regnarunt, vel exercitus *duxerunt*. Quoniam autem in priori parte mentio fit *ducum exercitus*, ideo in poſteriori vox *Imperatoris* poſita non fuit, ad vitandam ambiguitatem. *Steph.*

i) Quum hunc conſecrationis honorem filii parenti praeſtitiſſent, ad regiam ſunt reverſi. Ab illo autem tempore ſeditiones inter illos, odia et inſidiae erant: omnibus modis conante utroque fratrem e medio tollere, atque ad ſe ſolum imperium traducere. *Steph.*

k) quod ſpeciem quandam probitatis prae ſe ferret, ac moderatum ſe lenemque ad ſe acce-

tatis, moderatumque ſe et lenem in congreſſibus praeſtaret. Studia 5
porro tractabat honeſtiſſima: quippe et diſciplinarum laude celebres
circa ſe frequentes habebat, et in palaeſtra ac reliquis ingenuis ex-
ercitationibus verſabatur. Placidus praeterea in omnes atque hu- 6
manus, fama et gloria quadam optima plurimos ad amicitiam be-
neuolentiamque alliciebat. Contra vero Antoninus cuncta aſperius 7
ferociusque gerebat: atque ab iis rebus *l*) quas ſupra diximus alie-
nus, militaris vitae ac bellicae videri amator affectabat. Nihilque 8
non iracunde faciens, minitando quam ſuadendo, *m*) metu quam
beneuolentia ſibi amicitias quaerebat. Sed quum diu fruſtra mater 9
diſcordantes inter ſe germanos *in omnibus ſuis factis, et quidem le-
viſſimis etiam in rebus*, redigere in gratiam ſtuderet, viſum aliquando 10
ambobus eſt imperium inter ſe diuidere, ne Romae agitantes, alter
alterius eſſent inſidiis opportuni. Quare conuocatis paternis ami- 11
cis, coram ipſa matre *n*) de imperio diuidendo diſceptabant, ſic vt
Europa omnis Antonino, tellus autem aduerſa, quae omnis Aſia
nuncupatur, Getae adiudicaretur. Ita enim *etiam* diuina quadam 12
prouidentia vtramque continentem Propontidos incurſu diſtermi-
nari. Placebat autem, vt Antoninus caſtra ad Byzantium haberet, 13
Geta vero in Chalcedone Bithyniae vrbe: *o*) quae ſcilicet oppoſita
inter ſe, vtriusque imperium tuerentur, atque a transmittendo pro-
hiberent. Tum vt e ſenatorio ordine quotcunque ex Europa fo- 14
rent, in vrbe ipſa remanerent, reliqui Getam ſequerentur. *p*) Se- 15
des imperii ſui Geta deſtinabat Antiochiam vel Alexandriam, vr-
bes magnitudine haud longe (*vt quidem exiſtimabat*) infra Romam.
Tum ex gentibus ad meridiem habentibus Mauros Numidasque *et*

dentibus praeſtaret. Quinetiam ad res honeſtiores animum appellebat; quum et doctrinae laude celebres admitteret, et palaeſtrae ac caeteris exercitationibus ingenuis, i. e. homine ingenuo dignis, operam daret. Placidus praeterea et humanus erga eos, cum quibus conſuetudinem habebat, fama et optima de ſe opinione plures, quam frater, ad benevolentiam amicitiam que alliciebat. Potes autem ἐπιτ. σπουδ. ἐχρ. vertere etiam *ad res magis ſerias animum appellebat*, vel ad res maioris momenti. *Steph.*

l) aut ſimpliciter, *quas diximus*, aut *quas* modo *diximus*. Intelligit enim de iis, quarum mentio proxime praecedit. *Steph.*

m) For. ſcripſit Pol. *et* metu *potius*, quam *benev.*, vel absque particula *et*. Fortaſſe etiam relinquere voluit ſubaudiendam vocem *potius*. *Steph.* quemadmodum etiam apud Amm. Marcell. particula *magis* ſaepe ſubaudienda relinquitur, vt μᾶλλον apud Graecos. Infra quoque hunc Graecismum iterum imitatus eſt Politianus. *Sylb.*

n) imperium eſſe dividendum cenſebant: ſic ut Antoninus ea quidem omnia, quae Europae ſubiacent, haberet, adverſa autem continens, quae Aſia nominatur, tota Getae traderetur. ita — *Steph.*

o) Pol. puto ſcripſiſſe *quo*, i. e. ut. *Steph.*

p) Atque ad ſui imperii ſedem ſufficere poſſe dicebat Geta vel Ant. *Steph.*

eam Libyae partem quae adjacet, Antonino concedens, *q*) reliquos
16 ad orientem vsque Geta ſibi adſciſcebat. Haec dum illi agitarent,
reliquis omnibus moeſto vultu terram intuentibus, ita Julia (mater)
17 loquuta eſt, Terram quidem et mare, o filii, iam inueniſtis quo
pacto diuidatis: et continentem vtramque, vt dicitis, Pontici diſ-
18 criminant fluctus: matrem vero quonam modo diuidetis? quonam
modo infelix ego diſtribuar inter vtrumque veſtrum, aut diſſeca-
19 bor? Me primam igitur occidite, dimidiamque vterque apud ſe
partem ſepeliat, vt ego quoque inter vos cum mari terraque ipſa
20 diuidar. Haec loquuta multis cum lacrymis eiulatuque, manus am-
bobus iniiciens, complexa vtrumque, reconciliare inter ſe conaba-
21 tur. Quare coorta miſeratione, cuncti diſceſſere, improbato con-
ſilio: ipſique in aedes ſuas reuerſi.

IV.

Sed gliſcebat in dies odium atque diſcordiae. Nam ſiue duces ac
magiſtratus aliqui eligerentur, vterque *r*) amico ſuo potiſſimum
2 ſuffragabatur: ſiue ius dicerent, (ſemper) *s*) diuerſa ſentiebant,
magno *interdum* illorum periculo cuia res agebatur. pluris enim
3 ſtudium ſuum quam ius aut aequum faciebant: etiam in ludis ipſis
diuerſarum ſemper factionum. Nihil praeterea inſidiarum omitte-
4 bant, coquos identidem et pincernas conati ad veneficia impelle-
5 re: *t*) quae vbi tardius procedebant, quod ſcilicet vterque magna
diligentia curaque cibum capeſſerent: poſtremo impatiens Antoni-
6 nus, atque imperii totius cupidine inſtigatus, deliberat magnum
aliquid vel facere vel pati: ferrumque et caedem molitur. *v*) Et
quando ſecus proceſſerant latentes inſidiae, neceſſarium putabat,
7 periculo omni ac ſpe poſthabita, quouis modo inceptum patrare.
8 Quare irrupto fratris cubiculo, nihil eum tale expectantem ſupra
matris pectus multo vndantem ſanguine ſaeuus obtruncat. Quo fa-
9 cto, exilit ſtatim, ac per totam regiam currens clamitat, magnum
ſe periculum effugiſſe, vixque euaſiſſe incolumem. Simul imperat

q) quae autem ulteriora eſſent, ad orientem usque, pertinere ad Getam volens. Haec dum illi informarent, rel. i. e. haec, velut quoddam ſuae diviſionis ſpecimen, proponerent. *Steph.*

r) amicum ſuum promovere volebat. *Steph.*

s) contraria ſentiebant, in illorum interdum perniciem, quorum cauſa agebatur. Pl. en. ſuum contendendi ſtudium, quam — *Steph.*

t) Neutri autem facile res procedebat. *Steph.*

v) Quum enim latentes inſidiae non procederent, neceſſarias exiſtimavit eas, quae cum periculo et deſperatione eſſent coniunctae, huius quidem ob amorem, illius autem ob *inſidias*. Sed haec poſtrema a Polit. ſunt praetermiſſa: ac certe Graeca, quae iis reſpondent, verba, ſunt ſuſpecta. Caeterum loco illorum, *quare irr. fr. cub.* etc. Graeca verba ſonant, *Geta* igitur letaliter vulneratus, ſanguine ad matris pectus effuſo, vitam cum morte commutavit. Antoninus autem, quum caedem perpetraſſet, e cubiculo ſe proripit, ac per tot. reg. *Steph.*

milicibus regiae cuſtodibus, raperent illico ſe, atque in caſtra deducerent, vbi tutius aſſeruetur: periturum dictitans, ſi diutius in aedibus moram trahat. Illi pro veris ea dicta accipientes, ſimul 10
ignari quae intus geſta, currentem eum currentes et ipſi comitantur. Fit ingens populi tumultus, raptim agente ſe ſub veſperam 11
principe mediam per vrbem. Vt autem caſtra attigit, aediculam- 12
que eam intra quam ſigna ac ſimulacra exercitus adorantur, procidens humi gratias agebat votis quaſi pro ſalute ſuſceptis. Ea re mi- 13
litibus nuntiata, partim iam lauantibus, partim requieſcentibus, ſtatim illuc omnes exterriti feruntur. Ille progreſſus in medium, 14
non quidem continuo rem ipſam prout erat geſta fatebatur: ſed effugiſſe periculum clamitabat, inſidiasque inimici hominis atque hoſtis: (nam ita fratrem appellabat) vixque tandem poſt longum certamen aduerſarios ſuperatos: quippe vtrisque periclitantibus, ſe 15
poſtremo vnicum imperatorem fortunae relictum dono. Talia quae- 16
dam obliquans atque inuoluens, intelligi quae feciſſet quam audiri malebat. Tum pro ſalute imperioque ſuo ſingulis militibus Atti- 17
carum drachmarum duo millia ſupra quingentas pollicetur. praetereaque annonae, ſupra quam ſueti accipere, dimidium. Iubet item 18
iam tum ex templis theſaurisque ſibi ipſos pecuniam ſumere: largiter effuſis vno die quaecunque per duodeuiginti annos Seuerus collegerat atque recondiderat, ex alienis calamitatibus. At mili- 19
tes, tanta pecuniae magnitudine illecti, totoque iam negotio intellecto, vulgata *etiam* paſſim caede per eos, qui aedibus effugerant, vnum illum declarant imperatorem, Geta hoſte appellato.

V.

Igitur ea nocte moratus in templo *caſtrorum* Antoninus, ac fretus largitionibus quibus ſibi milites adiunxerat, contendit poſtridie in ſenatum, toto ſtipante exercitu, ſed armis inſtructiore quam x) conſueuit principem deducere. Ingreſſus deinde, vbi rem diui- 2
nam fecit, conſcendit ſellam imperatoriam, atque ad hunc modum verba facit, *Non me quidem fugit*, y) *omnem domeſticorum caedem*, 3
ſtatim atque auribus inciderit, *odioſam videri*, *nomenque ipſum vt primum audiatur*, *afferre grauem calumniam*. z) *quippe infelices mi-* 4
ſericordia, *potentes inuidia ſequitur*: *ac victus accepiſſe*, *victor attuliſſe iniuriam videtur*. *Caeterum ſiquis vero magis iudicio quam* 5
ſtudio erga defunctum aliquo rem ipſam expendat, *cauſamque eius et conſilium exquirat*, *facile ſcilicet inueniet* a) *rectum eſſe et neceſſarium*, *vindicare magis quam accipere iniuriam*. *quippe ad occiſi ca-* 6
lamitatem etiam infamia timiditatis accedit: *victor*, *praeterquam quod incolumis eſt*, *etiam gloriam retulit fortitudinis*. *Ac caetera* 7
quidem, *quae ſaepe in me*, *cum veneficiis*, *tum omni genere inſidia-*

x) malim conſueviſſet, aut conſueverat. *Steph.*

y) omnem propinqui caedem, vel conſanguinei. *Steph.*

z) Eos enim, quibus res infeliciter ceſſerint, vel qui aduerſa uſi fortuna fuerint, miſericordia, eos autem, qui ſuperiores evaſerint, invidia ſequitur. *Steph.*

a) rationi conſentaneum eſſe et neceſſarium, propulſare potius, quam acc. *Steph.*

8 *rum intendit, facile vobis est exquirere tormentis. quippe idcirco ad-*
9 *esse (omnes) illius ministros imperaui vt verum deprehendatis. Sunt*
autem nonnulli quoque ex his iam torti, quorum exaudire confessionem
10 *possitis. Postremo autem, quum ego apud matrem forem, venit ille*
11 *in me, quosdam secum adducens gladiis accinctos: sed ego* magna pro-
videntia et solertia *re praecognita, vltus* tanquam *hostem sum. Ne-*
que enim iam aut fratris mentem gerebat, aut fraterna moliebatur.
12 *Vlcisci autem illum qui prior insidietur, vt iustum est, ita vsu quo-*
que iam receptum. Quippe ne ipse quidem vrbis huius conditor Ro-
13 *mulus germanum pertulit, suis tantum operibus illudentem. Taceo*
Germanicum, Neronis, ac Titum Domitiani, fratres. Marcus ipse,
philosophiae b) simulator ac mansuetudinis, Lucii, generi sui, contu-
14 *meliam non pertulit,* sed per insidias illum e medio sustulit. *Ego*
vero, venenis comparatis in me, gladioque impendente vltus hostem:
15 *quippe hoc illi sua opera nomen imponebant. Vos autem diis gratias*
agite, quod alterum saltem *vobis principem seruauerint: neque men-*
tes vestras in diuersa partiti, sed vnum tantum spectantes imperato-
16 *rem, vitam securi traducite. Imperium autem Iupiter sicut ipse in-*
ter deos solus possidet, ita etiam vni tantum mortalium adjudicat.
17 Haec loquutus magna voce, irarumque plenus, ac truculento vul-
tu illius amicos intuens, trementibus pallentibusque plerisque, in
regiam reuertitur.

VI.

Continuo igitur coepti occidi domestici omnes fratris atque ami-
ci, quique in aedibus habitabant quas ille incoluerat, mini-
strique item vniuersi: sic vt ne aetati quidem infantium parcere-
2 tur. Porro ipsa cadauera *c)* plaustris omnibus per contumeliam
imposita, atque extra vrbem exportata, aceruatim aut temere in-
3 iecta rogis comburebantur. nec quisquam superfuit ex iis qui
4 leuem modo cum Geta notitiam habuisset. Athletae etiam, et au-
rigae atque omnifariam histriones, et quicquid denique vel oculis
5 illius vel auribus *d)* iucundum fuerat, passim occidebantur. Prae-
terea senatorii ordinis quicunque aut nobilitate aut opibus excelle-
rent, minima quaque de causa vel plane nulla, quantumlibet leui
6 delatione, *e)* pro illius amicis interimebantur. Quin et Commodi
sororem iam anum, atque ab omnibus imperatoribus, vt Marci fi-
liam oportuit, (magno) in honore habitam, morte affecit, causa-
7 tus quod Getae necem apud ipsius matrem defleuisset. Et conju-
gem quondam suam, Plautiani filiam, quae fuerat in Siciliam re-
legata, ac *f)* consobrinum Seuero cognominem, filiumque Perti-
nacis et Lucillae Commodi sororis, postremo quidquid ex cogna-
tione imperatoria, aut in senatu ex patricia nobilitate supererat, pla-
8 ne quasi ab stirpe abscidit. Ducesque prouinciarum vniuersos ac

b) v. H. Steph. Praefat. *Sylb.*

c) plaustris per omnis generis contumelias imposita, acervatim comburebantur, aut quocunque modo proiiciebantur. *Memm.*

d) iuc. fuerat, profligabantur. *Steph.*

e) Intellige, tanquam illius amici. *Steph.*

f) patruelem suum. *Memm.*

procuratores, veluti Getae amicos, neci dedidit. totaeqne noctes
caedendis plurifariam mortalibus impendebantur. Sed et Veſtales 9
virgines viuas obruit *g*) terrae, quaſi temerata virginitate. Deni- 10
que, id quod nunquam alias factitatum, quum circenſes ſpectante
eo populus Romanus in aurigam, cui ſtudebat, neſcio quid cauil-
latus eſſet, ratus ſibi contumeliam illatam, repente omnem exerci- 11
tum facere impetum iuſſit in populum, ac raptare et occidere
h) quicunque in aurigam dixiſſent. At milites, accepta ſemel 12
i) violandi rapiendique poteſtate, quum diſcerni a reliquis nequi-
rent qui fuerant proteruius loquuti (nullo ſcilicet in tanta multi- 13
tudine verum fatente) paſſim vt in quemque inciderant, aut occi-
debant, aut omnibus ereptis, quaſi ſalute redempta, viuos aegre
dimittebant.

VII.

His actis, ſtimulante malorum facinorum conſcientia, vitamque
peroſus vrbanam, ſtatuit Roma ſecedere, vt et milites ordina-
ret et prouincias inuiſeret. Igitur Italia decedens, ad ripas Danu- 2
bii peruenit, ac partes imperii Romani ſeptentrioni ſubiectas. Ibi 3
aut corpus exercebat aurigando, caedendisque comminus omne ge-
nus beluis: aut ius dicebat (rarius id tamen) ſtatimque ſententiam
ferens ac reſpondens, pauculis duntaxat auditis. Caeterum Ger- 4
manos *k*) illic ſibi omnes adiunxit atque in amicitiam conciliauit,
ſic vt ex his ſocios bellorum, et cuſtodes corporis, validiſſimum
quemque et pulcherrimum, ſibi adſciuerit. Saepe etiam Romano 5
cultu depoſito veſtem Germanicam induebat, atque in eorum ſagu-
lis argento variegatis conſpiciebatur: etiam flauam capiti caeſariem 6
imponens, ad modum Germanicae tonſurae. Quibus laeti barba- 7
ri, mirifice eum diligere, gaudere etiam Romanus miles, quem
ſcilicet ille ampliſſimis largitionibus proſequebatur. Ipſe nullum 8
non militiae munus prompte obire: et ſiue quid fodiendum foret,
primus fodere: ſiue pons flumini imponendus, aut extruendus ag-
ger; ſiue quod opus manuum faciendum, aut labor ſubeundus,
primus omnia occupare: tenuique menſa, ac ligneolis poculis, va- 9
ſisque eſculentorum contentus eſſe: panemque etiam temere factum
comeſſe. quippe tritico quantum ſatis vni foret, ſua manu moli- 10
to, maſſaque inde facta atque in carbonibus decocta, veſci ſolitus,
omnia denique elegantiora aſpernari, et viliſſimis quibusque, ac vel
pauperrimo gregarioque militi facillimis vti. *l*) Tum commilito- 11

g) ſic et in aliis edit., non *terra*. *Steph.*

h) quicunquae aurigae convitiati eſſent. *Steph.*

i) ſem. vim inferendi rapiendi que poteſtate, non iam discrimen adhibentes inquirebant, quinam fuiſſent protervius locuti; (fieri enim non poterat, ut invenirentur, in tanta populi multitudine, nemine confitente,) ſed minime parcentes, obvium quemque abductum interficiebant: aut quaecunque habebat, eripientes, tanquam redemtionis pretium, vix tandem parcebant. *Steph.*

k) Pol. fere ubique ἐπέκεινα ita vertit, ſed perperam, v. Annot. *Steph.*

l) Tum gratius eſſe ſibi, commilitonem ab illis, quam principem vocari, ſimulabat. *Steph.*

nem quam principem vocari ſe malle, ac plerumque iter facere perinde atque ipſi pedibus ambulans, raroque vehiculum conſcen-
12 dere aut equum: ſibi ipſe portare arma: nonnunquam etiam ſigna militaria longiſſima, et *multis* aureis ornamentis praegrauia, ac ne
13 robuſtiſſimis quidem militibus facilia, ipſe humeris ſubire. Ob haec igitur aliaque huiuscemodi, vt hominem militarem diligere eum ſuus exercitus, et vt virum fortem admirari. quippe inſtar miraculi videbatur, tantulae hominem ſtaturae, *m*) tantis eſſe laboribus parem.

VIII.

Sed vbi milites apud Danubium ordinauit, atque in Thraciam Macedonibus conterminam diſceſſit, continuo Alexander alter
2 euaſit. Nam et memoriam regis eius omnibus modis renouauit,
3 ſtatuis imaginibusque nulla non vrbe poni iuſſis, Romamque ipſam Capitoliumque et templa vniuerſa referſit Alexandri ſimulacris.
4 *n*) Vidimus item imagines nonnullas ridicule depictas, quae vno
5 corpore duas facies praeferrent, Alexandri atque Antonini. Ipſe prodibat Macedonico habitu, cauſiam *ſupra caput* geſtans, et cre-
6 pidas *indutus:* ac lectiſſimam iuuenum manum in exercitu, phalangem Macedonicam appellabat, iuſſis ducibus nomina ſibi ducum
7 Alexandri imponere. Praeterea iuuenes Sparta accitos, Laconicam
8 et Pitanatem centuriam vocabat. His igitur actis, atque vrbibus, prout quamque potuerat, ordinatis, Pergamum adit, Aſiae ciuita-
9 tem, vt Aeſculapii curationibus vteretur. Quo poſtquam peruenit,
10 ſomniis quamdiu voluit captatis, Ilium mox petiit: et cunctis vrbis reliquiis colluſtratis, ad Achillis tumulum proceſſit. Eoque coronis floribusque magnifice exornato, rurſus imitari Achillem
11 coepit. *o*) Sed *eo* Patroclum deſiderante aliquem, libertorum omnium chariſſimus Feſtus, a memoria, dum ad Ilium moratur, vita defunctus eſt: veneno (vt quidam aiebant) extinctus, quo ſcilicet Patrocli more ſepeliretur: vt alii affirmant, morbo interceptus.
12 Huius igitur cadauer efferri iuſſit, compluribusque lignis rogum ſtrui. Dein impoſito in medium, mactatisque omne genus animalibus, ſubiecit ignem: phialamque manu tenens, vinumque libans,
13 ventos precabatur. Quumque eſſet raro capillo, et crinem quaereret vt imponeret ignibus, deridiculo erat omnibus: *p*) caeterum
14 quos habuit capillos, tamen totondit. Laudabat autem ex omnibus ducibus praecipue Syllam Romanum, et Afrum Hannibalem:
15 quibus etiam ſtatuas atque imagines excitauit. Decedens autem Ilio, Aſiaque omni, et Bithynia, gentibusque reliquis pertranſitis,
16 atque vbique rebus compoſitis, deuenit Antiochiam: ibique exceptus honorificentiſſime, atque aliquandiu moratus, Alexandriam contendit, praetexens huic itineri deſiderium viſendae vrbis ab

m) ita ſe generoſis laboribus exercere. *Steph.*

n) Quaedam hic omittit Pol., de quibus v. Annot. *Steph.*

o) Sed Patroclum deſiderans aliquem, quidpiam huiusmodi fecit. Libert. Sic Gryph. ed. *Sylb.*

p) ex iis tamen, quos habebat, capillis aliquos totondit. *Steph.*

Alexandro constructae, simul consulendi patrii illorum nnminis,
quod egregie incolae venerantur. Ac simulans haec duo, in pri- 17
mis religionem dei et herois memoriam, iubet hecatombas compa-
rari, ac parentationes omne genus. Quod vt primum est Alexan- 18
drinae multitudini nuntiatum, leuissimae suapte natura *q*) et om-
nibus momentis expositae, studium beneuolentiamque principis
omnes, quasi animorum impotes accipiebant. *r*) Igitur ad excipi- 19
endum illum se comparabant, quanto nunquam antea honore *vllum imperatorem excipere* consueuerant: quippe omnifaria musica instrumenta disposita vbique varium edebant sonitum; praeterea aromatum ac suffimentorum vapor omne genus aditus cunctos optimis replebat odoribus: *s*) taedis praeterea et florum sparsionibus *impera-
torem* honorabant. Sed vbi in vrbem iam peruenit, primo quidem 20
templum ingressus est, multisque victimis immolatis, ac thure cu-
mulatis altaribus, ad Alexandri monimentum se contulit: paluda- 21
mentumque purpureum, et claris speciosisque gemmis annulos conspicuos, balteumque et si qua alia gestabat elegantiora, dempta sibi, tum illius imposuit tumulo.

IX.

Haec cernentes Alexandrini, laeti supra modum, noctibus totis ac diebus festum celebrabant: ignari quid intra vlceratum pe-
ctus imperator occuleret. Haec enim omnia per simulationem fa- 2
ciebat, vt vniuersam illorum multitudinem contrucidaret. Laten- 3
tis odii causa talis erat. Nuntiatum ei fuerat Romae agenti, viuo adhuc *t*) patre, atque item post extincto, multa in ipsum dicere
Alexandrinos. Sunt enim homines suapte natura dicaces, atque 4
ad describendum illudendumque maxime facti: iactantes in optimum quemque et potentissimum dicteria quaedam, ut quidem ipsi putant, festiua: vt autem videntur iis in quos dicuntur, longe grauissima. quippe huiuscemodi iocorum vel maxime illa permouent
quibus delicti veritas arguitur. Quare quum multa in eum *v*) di- 5
xissent, ne dissimulata quidem fraterna caede, matremque etiam *x*) Iocastam vulgo appellarent, irriderentque ipsum, quod tantulae homo staturae, Alexandrum atque Achillem, maximos ac fortissi-
mos heroas, aemularetur: dum ludere se putant, eo impulerunt 6
Antoninum, hominem suapte natura iracundum atque *valde* san-
guinarium, vt perniciem illis insidiasque moliretur. Igitur cele- 7
britate ac festo iam *vna cum illis* peracto, quum videret maximam

q) et quae rebus minimis mouetur. *Steph.*

r) Tantus igitur ad excipiendum illum fiebat apparatus, qualem nulli unquam regi factum fuisse aiunt. *Steph.*

s) taedarum praeterea gestationibus et fl. sp. I. h. vel quinetiam taedas praeferentes, ac flores spargentes, Imp. *Steph.*

t) fratre, *Memm.* ut in Gr. est. *Sylb.*

v) dicteria iecissent, et quidem super fratris etiam caede, matr. *Steph.*

x) quod scilicet ut Iocasta Oedipo filio, ita Iulia Antonino priuigno nupta esset. *Memm.*

hominum multitudinem ex vicinis regionibus confluxiſſe in vrbem,
monuit edicto vt in planitiem quandam iuuentus vniuerſa conue-
8 niret: velle affirmans, ſicuti Macedonicam Spartanamque habebat,
ita etiam in Alexandri honorem, ipſius herois cognomento phalan-
9 gem conſtituere. Iubet igitur *y)* conſiſtere iuuenes vniuerſos, re-
licto interuallo, vt ſingulorum aetatem ſtaturamque, et corporis
10 habitudinem militiae idoneam conſideraret. *z)* His creditis iuue-
nes *omnes*, ac veriſimili ſpe ducti, ob inſignem honorem paulo
ante exhibitum principi, conueniunt frequentes vna cum parenti-
11 bus atque germanis, laetis gratulantibusque *eorum ſpei*. At vero
Antoninus ſingulos inter ſe diſtantes circumiens contrectansque, et
aliud in alio laudans, praeteribat: donec illos, neque id animad-
uertentes neque expectantes, vniuerſus circumueniret exercitus.
12 Vt vero coniecturam fecit iam eſſe omnes militum ſuorum armis
incluſos, quaſique retibus implicitos, ipſe *quum omnes circumiuiſ-
ſet*, (ſtatim) cum ſuo praeſidio *a)* exceſſit, ac ſignum militibus de-
13 dit: qui ſtatim facto vndique impetu, deprehenſam in medio iner-
mem iuuentutem, *b)* caeteroſque qui aderant, magna caede con-
14 trucidant. Atque e militibus alii caedem tantum faciebant, alii
c) foueis ingentibus cadauera obruebant, aggeſtaque deſuper humo
15 immanem tumulum excitarunt. Multi etiam in eas foueas ſemi-
uiui protrahebantur, multi adhuc integri detrudebantur. Sed et
16 milites nonnulli ſimul perierunt. Nam qui reliquias adhuc ali-
quas ſpiritus retinebant, neque penitus defecti erant viribus, im-
pliciti proruentibus ſe militibus, eos quoque ſecum trahebant in
17 foueam. Tanta eſt autem facta caedes, vt riuis cruoris per plani-
tiem decurrentibus, cum fauces ipſae Nili ingentes, tum littus
18 omne circa vrbem purpuraſceret. *Quum autem talia aduerſus illam
vrbem admiſiſſet, inde mouit, atque Antiochiam venit.*

X.

Sed *non longo poſt tempore d)* affectans Parthici cognomen, famam-
que deuictae ad orientem barbariae, quanquam in altiſſima pa-
2 ce, tale quiddam machinatur: Dat literas ad regem Parthorum Ar-

y) per certos ordines disponi iuuenes, relictis intervallis. *Steph.*

z) Quum his eius promiſſis fidem iuuenes vniuerſi adhibuiſſent, et ſpem de re veriſimili *concepiſſent.* In iis autem, quae proxime ſequuntur, dicit Pol. *honorem* exhibitum *principi*, quum tamen dicendum ſit, *exhibitum vrbi.* Alioquin non τὴν πόλιν, ſed τὸν βασιλέα ſcribendum eſſet, et αὐτοῦ in αὐτῶν mutandum. Adde, quod ſpem concipere illos ob honorem, ſibi ab illo exhibitum, potius, quam ob eum, quem illi exhibuiſſent; rationi conſentaneum erat. *Steph.* In Memm. quoque Cod. correctum erat, *honorem, paulo ante ciuitati habitum a principe. Sylb.*

a) ſe ſubducit. *Steph.*

b) et ſi qui alia de cauſa aderant, omni caedis genere *contrucidant.* Poteſt vero ἄλλως et aliter exponi. *Steph.*

c) foveas ingentes fodiebant; et attrahentes, quicunque in eorum manus incidebant, in eas coniiciebant. *Steph.*

d) quum Parthicus vocari cu-

tabanum, simulque legatos cum muneribus mittit *omnis e*) materiae et artis conspicuae. In eis literis fuerat scriptum, *velle se regis fi-* 3
liam ducere in matrimonium, principem se esse, et principe natum:
quare haud decorum priuati cuiusquam et tenuis fieri generum, sed 4
reginam ducere potius filiamque magni regis. Duo maxima imperia 5
esse, Romanum et Parthicum: quibus affinitate illa in vnum coeuntibus, ac nullo iam discriminante fluuio, vnam tantum potentiam factum iri, nullis expugnabilem viribus. Nam reliquas barbaras na- 6
tiones, quae nunc amborum imperiis subiectae sunt, facile iugum toleraturas, f) si proprios gens quaeque et conuentus sit habitura rectores. Esse Romanis pedestrem exercitum, qui hastis et stataria pugna 7
caeteros antecellat: Parthis vero equitatum plurimum, peritissimosque sagittarios. His igitur concurrentibus, et quae vsui ad bellum 8
sunt in vnum conspirantibus, facile ipsos sub vno diademate totius orbis terrarum imperium retenturos. Praeterea odoramenta quae apud 9
illos proueniant, telasque laudatissimas, contraque apud Romanos metalla ipsa, et quaecunque arte aliqua conspicua visuntur, non iam vix raroque et clanculum per mercatores importatum iri: g) sed in vna 10
duntaxat terra vnoque imperio, communemque fore vtrisque vsum rerum omnium, minimeque impeditum. His eius literis Parthus accep- 11
tis, primo quidem abnuere: *negare, Romano conuenire barbarum matrimonium. quam enim fore concordiam, neque voce satis congru-* 12
entibus, et victu habituque inter se distantibus? esse Romae patritios 13
permultos, quorum sibi ille optare liberos in matrimonium possit: sicuti itidem apud se Arsacidas. Neque vllam sane extare causam cur alterutrum genus adulteretur.

XI.

Haec igitur a principio rescribens, conditionem aspernabatur. Sed instanti Antonino, donisque et iureiurando fidem studii sui et charitatis vxoriae facienti credidit barbarus: ac pollicitus daturum filiam, generum iam ipsum appellitabat. Cuius rei vulgata 2
mox fama, barbari scilicet omnes ad Romanum suscipiendum principem se comparabant, spe quadam sempiternae pacis exultantes. Caeterum Antoninus, prohibente nullo fluuios transgressus, ac iam 3
Parthicam regionem quasi propriam peragrans, sacrificantibus passim vniuersis, supraque coronata altaria odores *omnifarios* incendentibus, laetum se honore illo barbarorum magnopere simulabat. Postea vero quam magno itinere facto, ad ipsam Artabani regiam 4
appropinquabat *h*) occurrit ei rex in quadam ante vrbem planitie,

peret, et Romanis ita scribere, vt qui barbaros orientales *subiugasset.* Nisi forte dictum sit, ὡς χειρωσάμενος, pro ὡς χειρώσαιτο, hoc sensu, *et Romanis scribere, se barbaros, qui in oriente essent, subiugasse.* *Steph.*

e) materiae pretiosae, et artis variae, i. e. cum muneribus rerum, quae ex pretiosa materia essent, et quarum esset varium artificium, aut etiam sollers artif. *Steph.*

f) Maluissem ita, *quum* futurum sit, vt proprios vnaquaeque gens et vnusquisque conventus habeat rectores. *Steph.*

g) sed quum una futura sit terra vnum que imperium, communem fore utr. *Steph.*

h) minime exspectauit Artaba-

5 nouum nuptum excepturus, generumque suum. *i*) Sed barbaro-
rum magna multitudo, floribus indigenis coronati, atque induti
vestes auro diuersisque coloribus varias, festum agitabant, ad tibia-
rum fistularumque et tympanorum sonitus saltantes numerose.
quippe huiuscemodi tripudiis supra modum delectantur, (praeser-
6 tim) quum se temeto largius inuitarunt. Sed vbi omnis multitudo
confluxit, ac relictis equis, pharetrisque et arcubus depositis, in-
ter libamina et calices agitabant, collectique in vnum barbarorum
7 quamplurimi, temere inordinatique constiterant, nihil suspectan-
8 tes mali, sed pro se quisque studentes videre nouum nuptum: tum
signo dato Antoninus militibus imperat, impetum caedemque in
9 barbaros faciant. Illi, re subita perterriti, caedentibus saucianti-
busque Romanis terga obuertunt. Ipse Artabanus a suis stipatori-
bus raptus, atque equo impositus, vix aegreque cum paucis fugiens
10 elabitur. Reliqua vero multitudo barbarorum passim caedebatur.
quippe neque equos habebant, quibus maxime vtuntur, (descende-
rant enim ex iis, pastumque dimiserant) neque ipsi euadere fuga
poterant, impediente cursum fluxa veste, ad pedes vsque deducta.
Porro pharetras aut arcus omnino non attulerant: nam quid illis
11 opus ad nuptias? Ita ingenti caede barbarorum facta, Antoninus
praedaque et hominibus magna copia captis discedit, resistente nul-
lo, vicisque et vrbibus incensis, data potestate militibus rapiendi
12 quod quisque posset aut vellet. Hanc igitur calamitatem haud opi-
nato barbari acceperunt. Antoninus autem, regionem Parthicam
penitus ingressus, defessis iam rapiendo caedendoque militibus, re-
13 uertitur in Mesopotamiam. Indeque senatui populoque Romano
per literas significat, subactum a se orientem, cunctosque *k*) illius
14 regni mortales in suam ditionem concessisse. At senatus, quan-
quam totius negotii gnarus (quippe *l*) principum res latere nullo
pacto possunt) metu tamen atque assentatione cunctos illi honores
15 victoriae decernunt. Substitit autem post id Antoninus in Meso-
potamia, studio aurigandi ac beluarum venationibus intentus.

XII.

Erant *autem* praefecti exercituum duo, Audentius et Macrinus.
2 quorum alter, *m*) *valde* senex iam, rerumque ciuilium plane ru-
dis, haud tamen imperitus rei militaris habebatur: alter, et in foro
3 versatus, et legum consultissimus. In hunc igitur, vt parum mi-
litarem minimeque fortem virum, publice nonnunquam princeps
4 cauillabatur, ne conuitiis quidem *turpibus* abstinens. Nam audito

nus, donec ad se accederet, sed occurrit ei in quad. *Steph.*

i) Tota autem barb. m. *Steph.*

k) Pol. suo more vocem ἐπέκεινα male interpretatur. *Steph.* Significat autem *ulterioris regni*, i. e. ultra Euphratem et Tigridem siti. *Sylb.*

l) latere, quae fiunt ab Imperatore, n. p. poss. *Steph.*

m) valde iam provectae aetatis, in caeteris quidem rebus idiota, rerum que civilium imperitus erat, sed arte militari valuisse existimabatur: cui nomen Audentius: alter, qui Macrinus vocabatur, cum aliarum forensium rerum, tum vero legum peritus erat. *Steph.*

illum et victum vsurpare liberaliorem, et aspernari vilissima abie-
ctissimaque *n* cibaria (quibus Antoninus militariter delectabatur)
o) chlamydemque et vestem caeteram ad vrbanum modum gestare:
quasi degenerem ipsum, morboque muliebri laborantem, calumnia-
batur, minitans etiam occisurum. Quorum impatiens Macrinus, 5
vehementer exacerbatus est. Accidit autem res huiuscemodi:
(quippe habitura finem aliquando fuerat Antonini vita.) nam quum
suapte natura curiosior esset, non hominum modo res cognoscere
studebat, sed deorum daemonumque etiam rimari arcana: metuque 6
semper insidiarum, nullis non oraculis incubabat, accitis vndique
magis, astrologis, aruspicibus: ac nullo plane praeterito qui huius-
cemodi fallacias profiteretur. Sed eos quoque suspectans, vt pa- 7
rum vera loquentes omniaque ad assentationem vaticinantes, scri-
bit ad Maternianum quendam, cui rerum suarum omnium curam
in vrbe crediderat; et quem sibi ex amicis omnibus fidissimum pu- 8
tabat, consciumque omnium secretorum *solum* habuerat, magos vn-
dique optimos conquirat, atque euocatis manibus, de fine ipsius 9
vitae consulat, et an quisquam imperio insidietur. At Maternia-
nus, *p*) nauata principi opera, siue id re vera manes significaue-
rant, siue alioqui Macrinum perosus, rescribit Antonino, Macri-
num esse qui insidietur imperio, eumque e medio tollendum. Has 10
igitur literas, vt mos est, cum reliquis obsignatas, dat ignaris quid
ferrent tabellariis. Illi, consueta vsi itineris celeritate, ad Anto- 11
ninum perueniunt, quo ille potissimum tempore ad aurigandum se
parabat, ac iam currum conscendebat. Ita ei reddunt integrum
epistolarum fasciculum: in quibus erant etiam literae *q*) quae ad
Macrinum pertinebant. At vero Antoninus, studio iam omni at- 12
que animo ad aurigandum intentus, imperat Macrino vt ipse lite-
ras seorsum inspiciat, ac, *r*) si quid maioris momenti sit, renun-
tiet: sin minus, ipse de more, suum (hoc est praefecti) officium
exequatur. quippe talia identidem iniungere consueuerat. Ipse 13
quum haec mandasset, deinde ad suum studium perrexit. Macrinus, 14
seorsum epistolis omnibus solutis, etiam in eam incidit quae ipsi
perniciem afferebat. Cognito igitur quantum periculi impenderet, 15
ac gnarus Antonini iracundiae truculentiaeque, praesertim tam spe-
cioso praetextu, subtrahit epistolam illam: caeterarum vero, vt so-
lebat, argumenta principi renuntiat.

XIII.

Sed metuens ne iterum super eiuscemodi rebus Maternianus rescri-
beret, malens facere ipse aliquid quam expectando pati, tale

n) esculentorum et poculentorum genera, quibus ut militaris scilicet, delectabatur Antoninus. *Sylb.*

o) ac parvam chlamydem, aut alium quempiam amictum, qui magis ad urbanum morem accederet. *Steph.*

p) audacter Imperatoris iussa exsecutus, vel, quum se audacter gessisset in exsequendis Imper. mandatis. *Steph.*

q) litterae, adversus Macrinum scriptae. *Steph.*

r) siquid sit, quod celeritatem poscat, renunciet: sin minus, ea, quae consuevit, administret, utpote praefectus. *Steph.*

2 quiddam comminiſcitur. Erat Martialis quidam, *s*) centurio, vnus
3 e cuſtodibus corporis Antonini, ſemper illum affectari ſolitus: cu-
ius fratrem paucis ante diebus princeps delatum tantum, ſed mi-
nime redargutum occiderat: ipſumque Martialem per contumeliam
4 timidum ac degenerem et Macrini amicum appellauerat. Hunc ve-
hementer dolentem fratris nece, propriisque incitatum contumeli-
5 is, gnarus omnium Macrinus ad ſe vocat, ſtudioſum iampridem ſui,
ac multis obſtrictum beneficiis: cui perſuadet vt captato quampri-
6 mum tempore Antoninum obtruncet. Ille, cum promiſſis addu-
ctus, tum proprio odio ac vindictae fraternae ſtudio incitatus, li-
benter omnia ſe facturum pollicetur, quum primum occaſio eue-
7 niſſet. Euenit autem haud multo *t*) poſt; quippe agens Carrhis (quae
eſt Meſopotamiae vrbs) Antoninus, deae Lunae inuiſit templum,
quod in ea regione, diſtans aliquantum ab vrbe, praecipuo honore
8 ab incolis colitur. Eo ſecum paucos equitum eduxit, relicto exer-
9 citu caetero, vt ſacrificio facto in vrbem reuerteretur. Medio au-
tem itinere, vno tantum famulo comitatus, ac reliquis abſiſtere
10 iuſſis, receſſit ad requiſita naturae. Quare auerſis omnibus, et
11 quam longiſſime recedentibus, honoris ac reuerentiae cauſa, Mar-
tialis, qui omnes temporum captabat articulos, vt eum ſolum eſſe
animaduertit, ceu nutu principis ad videndum aliquid, aut audi-
endum vocatus, accurrit illico, auerſumque et ſubligacula ſibi de-
12 ducentem pugione traiicit, quem celatum manu attulerat: *v*) et
quum in ipſam iuncturam ferrum incidiſſet, lethali ſcilicet vulnere
13 de improuiſo Antoninus minime defenſus occubuit. Quo facto,
Martialis ſtatum equum inſcendit, ac fuga euadere conatur: caete-
rum Germani equites, quibus et delectabatur Antoninus, et cuſto-
dibus corporis vtebatur, propiores caeteris, primique facinus con-
14 ſpicati, Martialem conſequuti miſſilibus confodiunt. Quod vbi ex-
ercitus reliquus cognouit, omnes ſubito concurrerunt, primusque
Macrinus ſupra cadauer conqueri ac delamentari per ſimulationem
15 coepit. Grauis ea res et moleſta militibus *quoque* incidit, commi-
litonem conuictoremque aliquem amiſiſſe, non principem, exiſti-
16 mantibus. Neque de Macrino quippiam illis adhuc ſuboleuerat,
putantibus Martialem proprias inimicitias perſequutum. Ita in ſua
17 quisque tabernacula diſceſſere. At Macrinus, tradito igni corpuſ-
culo, reliquias intra vrnam coniectas matri ad ſepulturam remiſit.
18 ea tunc Antiochiae morabatur. Moxque ob *ſimiles* liberorum ca-
lamitates, incertum ſponte an imperio alicuius, mortem ſibi con-
19 ſciuit. Hunc finem habuerunt Antoninus et Iulia mater, quum
quidem ad eum quem diximus modum vixiſſent, ac ſexennium tan-
tum ille ſine parente germanoque ſuo imperauiſſet.

s) cuſtodum corporis Antonini centurio, ſeu, centurio ex praetorianorum numero. *Sylb.*

t) poſt initum hoc conſilium, ut Antoninus, qui Carris, (quae eſt M. urbs,) agebat, e regia prodire, et ad Lunae templum, quam maxime venerantur indigenae, proficiſci vellet. Procul autem ab urbe illud diſtabat, ita ut aliquid itineris conficiendum eſſet. Cum paucis igitur equitibus (ne totum exercitum vexaret) iter faciebat, ut peracto ſacr. in urbem reuerteretur. *Steph.*

XIV.

Extincto Antonino, incerti ignarique quid agerent milites, biduo
sine imperatore fuerunt, quaerentes inter se quem potissimum
principem deligerent. Siquidem aduentare magnis copiis Artabanus 2
nuntiabatur, poenas exacturus *x*) et caesis inter pacem ac libationes
missurus inferias. Igitur principem deligunt, primo quidem Auden- 3
tium, militarem scilicet virum, praefectumque non improbum: (sed 4
ille, senectutem excusans, abnuit imperium) dein vero Macrinum,
suadentibus potissimum tribunis, quos etiam conscios insidiarum
Antonini, ac Macrino participes consilii fuisse, post illius mortem
suspicio extitit, quemadmodum in sequentibus dicemus. *y*) Susce- 5
pit autem Macrinus imperium, non tam fide militum fretus quam
necessitate impulsus vsuque praesenti. His actis, iam scilicet Arta- 6
banus multis copiis ac viribus aderat, equitatum ingentem, et sa-
gittariorum multitudinem adducens, praeterea cataphractos camelis
insidentes, qui praelongis contis praeliarentur. Quo cognito, Ma- 7
crinus, conuocato exercitu, ita loquutus perhibetur: *Dolere vos* 8
omnes principis huiuscemodi, vel (vt verius loquar) commilitonis inter-
itu, minime mirandum: sed calamitates casusque humanos modice 9
ferre, id vero est prudentium. Caeterum illius memoria vestris aeter- 10
num praecordiis insidebit, atque ad posteritatem propagabitur, rerum
fortiter ac magnifice gestarum, praeterea amoris beneuolentiaeque et
communicatorum vobiscum laborum laudem secum deferens sempiternam.
Nunc autem postulat tempus, z) honore habito illius memoriae, iustisque 11
omnibus persolutis, occurrere imminenti periculo. Videtis barbarum 12
instantem, cum totius orientis multitudine, ac iustas (vt videtur) belli
causas praeferentem. siquidem nos illum priores lacessiuimus, violato 13
foedere, atque in altissima pace bellum excitauimus. Nunc omne Roma-
num imperium in virtutem vestram recumbit et fidem. Neque enim de 14
finibus imperii, aut de fluminibus dimicatio nobis aduersus magnum re-
gem, sed de omnibus fortunis est: quum scilicet liberos atque *consan-*
guineos suos vltum veniat, quos iniuste a nobis contraque foedera occi-
sos arbitratur. Igitur arma capiamus, atque (vt mos Romano est) 15
ordines in praelio seruemus. quippe in acie barbarorum incomposita 16
multitudo ac tumultuaria, ipsa se fortasse impediet: vester autem ordo
atque consensus, pugnandique peritia, sicuti vobis salutem, ita hostibus
perniciem attulerit. Quapropter sic velim bene sperantes dimicetis, vt 17
Romanos decet, vtque hactenus consuestis. Ita enim et barbaros ipsos 18

x) Caesorum que inter pacem ac libationes vlturus iniurias, *Sylb.*

y) Deuenit autem imperium ad Macrinum, non tam quod eum milites beneuolentia prosequerentur, ei que fiderent, quam necessitate, et quod eo tempore id expediret, vel, quod ex vsu praesenti rerum statui illud *esset.* Intellige autem *illud*, videlicet eum eligi Imperatorem. *Steph.*

z) Vt quo debetis honore memoriam illius prosecuti, et vestro in iustis illi persoluendis functi officio, quae instant, *agatis.* Locum autem hic prima etiam persona habere potest, *vt* quo debemus honore mem. ill. prosecuti, et nostro in i. illi p. f. officio, quae instant, agamus. *Steph.*

fuderitis, et gloriam insignem adepti, fidem Romanis caeterisque omni-
bus feceritis, non dolo aut fraude vlla, sed virtute et armis superio-
19 *rem victoriam a vobis partam* Quae postquam loquutus est, cognita
necessitate, milites in ordines se recepere, atque in armis agitabant.

XV.

Sole autem oriente conspiciunt Artabanum maximas secum copias
2 adducentem. Vt autem solem barbari de more *a*) propitiarunt,
confestim edito ingenti clamore concurrunt in Romanos, iisque ad-
3 equitantes sagittas ingerunt. At Romani, *decenti ordine et magna*
cum cautione acie instructa *b*), Maurorumque equitatu per latera dis-
posito, ac receptis per interualla expeditis militibus, quibus facilis
esset excursio, fortiter resistentes, impetum barbarorum sustinebant:
4 qui scilicet et sagittarum multitudine, et praelongis contis, quibus
cataphracti ex equis aut camelis depugnabant, pessime Romanos ac-
5 cipiebant. Contra Romani, quoties pedem conferebant, facile sci-
6 licet aduersarios superabant: postea vero quam ab equitatu et came-
litarum multitudine premebantur, fuga simulata tribulos aliaque ma-
7 chinamenta ferrea acuminata proiiciebant: quae sub arenis latentia,
neque cuiquam conspecta, perniciem equitibus et camelorum inses-
8 soribus afferebant. quippe illis calcatis, equi, potissimum vero ca-
meli (quoniam huic generi mollissimae sunt vngulae) succiduae clau-
9 dicabant, excussis tergo insessoribus. Caeterum barbari illi, quam-
diu equis aut camelis inuehuntur, acerrime scilicet confligunt: vbi
autem vel descendere iam vel excidere, faciles sunt captu, *c*) neque
praelium in manibus gerere audent, et *d*) si fugiendus aut insequen-
10 dus sit hostis, crura scilicet fluxa veste praepediuntur. Vno igitur
alteroque die a mane ad vesperam pugnatum: nox praelium diremit,
11 reuersique sunt in castra vtrique, quasi victores. Tertia die in *ean-*
dem planitiem pugnaturi conuenere. Tentante autem barbaro (vt-
12 pote qui numero praestabat) circumuenire Romanum, quasique in-
dagine concludere: contra non iam profundiorem, sed in frontem
productam constituebant Romani aciem, ac se circumueniri prohi-
13 bebant. Tanta autem virorum iumentorumque multitudo cecidit,
vt omnis compleretur campus, maximique cadauerum acerui in al-
tum attollerentur, praesertim vero camelorum, quae aliae super
14 alias procubuerunt. *e*) Ergo nec liber pugnantibus cursus erat, nec
inter se cernendi copia, velut ingenti quodam ac vix peruio aggere
cadauerum in medium extructo: quo scilicet prohibente transitum

a) Consalutarunt s. adorarunt, *Sylb.*

b) Atque equitibus et Mauris vtrinque dispositis. Pol. autem ita vertit, quasi legerit, aut legendum censuerit, τοὺς ἱππεῖς τοὺς Μαυρουσίους, vel τοὺς Μαυρουσίους ἱππεῖς. *Steph.*

c) Quippe qui neque prael. *Steph.*

d) *Aut labentis equo describes vulnera Parthi*, Horat. *Memm.*

e) Hoc ergo iis, qui pugnabant, obstabat, quo minus discursare possent. Sed nec alii alios cernebant, quum ingens in medio esset agger, et prae cadauerum multitudine vix peruius: quo scil. *Steph.*

ad reliquos, singuli se in sua castra receperunt. At Macrinus, co- 15
gnito non alia de causa tam acriter ac pertinaciter pugnare Artabanum, nisi quia se pugnare contra Antoninum arbitrabatur: (solent enim barbari paulo negotio quasi satiscere, velutique oneri cedere, si modo primis congressibus parum ex sententia res gesserint: tunc 16
autem perstabant, praelium integraturi quum primum cadauera *sustulissent atque* concremassent, ignari periisse qui has inimicitias concitauerat) mittit Parthis legatos, cum literis, quae declararent, *oc-* 17
cidisse imperatorem, ac debitum supplicium luisse, qui foedera et iusiurandum temerauerat: sibi esse a Romanis, quorum ipsum tandem impe- 18
rium sit, summam rerum traditam. Non placere vero sibi, *quae acta* 19
forent: itaque captiuos quicunque superessent, raptaque omnia redditurum: cupere se illum ex inimico amicum facere, pacemque iureiurando ac libaminibus sancire. Quibus lectis Artabanus, edoctusque a lega- 20
tis de Antonini caede, satis dedisse supplicii violatorem foederis arbitratus, contentusque reddi sibi citra vllum cruorem captiuos prae- 21
damque omnem, foedus cum Macrino ferit, atque in proprias sedes reuertitur. Sed et Romanus imperator, deducto ex Mesopotamia 22
exercitu, Antiochiam profectus est.

LIBER QVINTVS.

I.

DE Antonini imperio, caedeque, insidiis, ac successione item, superiore libro diximus. Caeterum Macrinus, vbi Antiochiam 2
peruenit, literas senatui populoque Romano misit in hanc sententiam, *Quum satis ipsi cognitum habeatis, quodnam fuerit meum iam in-* 3
de a principio totius vitae institutum, quamque ad benignitatem propensi mores, f) quae mansuetudo in ea potestate explicata, quae non multum abest a principatu (siquidem ipse quoque imperator fidei se praefecti cohortis credit) superuacuum esse arbitror multis verbis vti apud 4
vos. Nostis enim et ipsi, parum me laetum fuisse iis rebus, quae ab illo gerebantur, ac saepe vestri causa periclitatum, dum ille nulli non calumniae fidem habens, velut effraenus contra vos irrueret. Itaque 5
identidem mihi obtrectare solitus, etiam publice modestiam in me atque humanitatem erga mihi subiectos *vituperabat, segnem et fluxis moribus vocitans. Quippe homo assentationibus gaudens, quicunque ipsum ad cru-* 6
delitatem exacuebant, rabiemque insitam quasi signo dato prouocabant, et calumniis iram excitabant, eos sibi denique beneuolos fidosque imprimis amicos arbitrabatur. Mihi autem iam inde a principio nihil 7
lenitate antiquius modestiaque fuit. Igitur Parthicum bellum, longe maximum, et in quo omne Romanum imperium fluctuauerit, ita confe- 8
cimus, vt nec in acie fortiter dimicando hostibus cesserimus, et regem

f) Qua que sim antea vsus clementia in ea administratione, quae non longe ab imperatoria potestate et potentia abest, (quum ipse quoque Imperator fidei eorum, qui exercituum sunt praefecti, sit commissus,) superuacaneum arbitror multis verbis exponere. Nostis enim, me non solum haud aequo animo facta eius tulisse, sed etiam vestri causa periclitatum esse, dum — *Steph.*

maximas secum trahentem copias, icto foedere ex inimico non facile
9 expugnabili *amicum reddiderimus. Porro me principe, liberi incruentique omnes agitabunt, magisque g) optimatium conspiratio haec erit*
10 *quam principatus. Neque tamen est quod quisquam indignum imperio censeat, aut fortunae crimen putet esse, h) quod ex equestri ordine ad*
11 *imperium peruenerim. Nam quo (obsecro) nobilitas ipsa, nisi morum benignitas adsit et humanitas? Siquidem fortunae munera, i) etiam parum dignos exornant, animi virtus propriam cuique gloriam conci-*
12 *liat: et claritas quidem generis diuitiaeque, atque id genus reliqua, k) etsi beatorum propria putantur, minime in ipsis, vtpote ab aliis tradita, laudantur: lenitas autem ac benignitas, etsi ipsae quoque admirationi sunt, attamen habenti quoque laudem accumulant. Quid enim*
13 *vobis profuit Commodi nobilitas, aut Antonini paterna successio? Scilicet eiusmodi homines, quasi ipsis debitam haereditatem adepti, veluti proprio patrimonio per contumeliam abutuntur: qui autem a vobis imperium acceperunt, velut in perpetuum obstricti etiam referre gra-*
14 *tiam pro meritis enituntur. Ad haec, l) patricia principum nobilitas (saepenumero) in superbiam vertit, despectis omnibus, velut* multo *inferioribus: at qui modestiae experimento ad imperium adsciscuntur, quasi partum labore tuentur (semper) verenturque et colunt quos con-*
15 *sueuerant. Mihi sane decretum est, nihil sine autoritate vestra gerere,*
16 *ac vos participes consiliariosque habere Reip. gerendae. Viuetisque pro arbitrio vestro in libertate illa, quam vobis antehac a patriciis imperatoribus ereptam Marcus dein Pertinaxque restituere conati sunt,*
17 *m) ambo ad imperium priuatis cunabulis innutriti. Quippe generis initia clara posteris relinquere ipsum praestat, quam accepta a maioribus, foedis moribus contaminare.*

II.

2 Hac lecta epistola, conclamatum a senatu vniuerso, nullique non honores augustorum Macrino decreti. Neque vero tantopere

g) optimatium gubernatio, quam imperatoria dominatio existimabitur. *Steph.*

h) quod me, quum equestris essem ordinis, ad hoc imperium adduxerit. *Steph.*

i) etiam indignis contingunt, animi — *Steph.*

k) existimantur quidem homines beatos efficere, sed minime laudantur, vtpote quae ab alio data fuerint: lenitas — benignitas simul admirationi sunt, et ad vniuscuiusque laudem, qui se recte gerit, *referuntur.* Intellige autem, *qui se recte* in imperio *gerit.* Potest etiam reddi, qui recte imperium administrat, aut, per quem recte se habent res imperii. *Steph.*

l) Patriciorum Imperatorum nobilitas in superbiam exit, contemnendo sibi subiectos, tanquam multo inferiores: at vero qui ex mediocribus administrationibus ad imperium euecti sunt, ei tuendo curam impendunt, vtpote quod labore sit partum: honorem que deferunt, quem consueuerant iis, qui aliquando potentiores erunt. Ego quidem certe hoc, tanquam scopum, mihi propofui, nihil sine — *Steph.*

m) qui ex priuatis incunabulis ad imperium peruenerunt. *Steph.*

n) laetus senatus Macrini successione fuit, quam vulgo vniuersi gra-
tulabantur extinctum Antoninum. Nam vt quisque autoritate aliqua 3
aut dignitate praecellebat, ita maxime imminentem suis ceruicibus
depulisse gladium arbitrabatur. Delatores autem et serui omnes 4
quicunque dominos detulerant, patibulo suffixi: totaque vrbs atque 5
adeo Romanum imperium sceleratis hominibus perpurgatum, partim
supplicio affectis, partim o) exilio mulctatis. Quod siqui tamen la-
tuerunt, p) metu quiescentium, (etiam ipsi) libertatis quandam
imaginem praeferebant, anno duntaxat vno quo Macrinus imperium
obtinuit. q) Quippe hoc tantum peccauit, quod non exercitum il- 6
lico dimisit, atque vnoquoque domum reuerti iusso, ipse Romam
sui cupidam statim non petiit, vocante populo quotidie se, ac Ma-
crinum vociferante: sed Antiochiae morabatur, barbam nutriens 7
et incedens r) quam solebat lentius, tardissimeque, ac vix adeunti-
bus se respondens, adeoque interdum submissa voce, vt ne exaudiri
quidem posset. Haec enim demum sibi de Marci moribus imitanda 8
proposuerat, quum ad illius reliquam vitam nullo pacto adspiraret.
Quippe deliciosius in dies agitans, histrionibusque et saltatoribus 9
intentus, et gubernandi negligens, incedebat cum fibulis ac balteo
auratis gemmatisque. Qui luxus minime Romano gratus *erat* exer- 10
citui, certe quem barbaris putant foeminisque congruentiorem quam
principi. Talia igitur s) intuentes, magnopere improbare omnes, 11
vitamque plane hominis adspernari, molliorem quam vt militari viro
conueniret: simul comparare inuicem Antonini vitae exemplum, 12
solertis imprimis ac plane militaris viri, et Macrini luxuriem. Prae- 13
terea grauiter indignari, quod ipse adhuc in tabernaculis agerent,
procul a patria, ac nonnunquam rerum quoque necessariarum indi-
gerent: neque domum dimitterentur, etiam pace facta: quum scili- 14
cet ille contra mollissime ac deliciosissime vitam coleret. Igitur, ex-
cussis velut habenis, quotidie in hominem cauillabantur, ac leuissi-
mam quamque t) occidendi eius occasionem aucupabantur.

III.

Sed ita scilicet fato datum fuerat, vt vno duntaxat anno princeps
Macrinus in deliciis absumpto, simul cum vita imperium amitte-
ret, exiguam tenuemque fortuna occasionem militibus ostentante
ad ea quae concupierant patranda. Maesa erat quaedam nomine, 2
Phoenissa mulier, ab Emesa vrbe Phoeniciae, cui soror Iulia fuerat,
Seueri coniunx, ac v) mater Antonini. Ea, x) viuente sorore, mul- 3

n) gaudebant omnes Macrini successione, quantopere exsultabant festamque laetitiam vniuersi agitabant, quod Antonino liberati essent. *Steph.*

o) Vox Gr. sonat *extrusis.* *Steph.*

p) quiescentibus, in magna securitate libertatis quandam imaginem praebent. *Memm.*

q) Sed hoc tantum pecc. *Steph.*

r) magis lento, quam decebat, gradu. *Steph.*

s) videntes milites, non valde probabant: et vita etiam eius offendebantur, vt molliore, quam quae militari — *Steph.*

t) Mollius sonant Graeca, summouendi eius, quod taedium afferebat, vel amoliendi. *Steph.*

v) pro nouerca, *Memm.*

x) toto vitae sororis tempore, multos videlicet annos in — *Steph.*

tos annos in aula imperatoria vixerat, Seuero et Antonino prin-
4 cipibus. Hanc igitur Maesam, post sororis obitum atque Antonini
caedem, iusserat Macrinus in patriam cum omnibus bonis reuerti,
5 *et domi suae reliquum vitae traducere.* Abundabat autem grandi pe-
cunia, vtpote longissimo tempore inter principalem potentiam enu-
6 trita. Reuersa igitur anus, domi agitabat. Erant vero ei filiae duae,
7 quarum natu maior, *y*) Soaenis, minor, Mammaea vocabatur. Illi
filius Bassianus, huic Alexianus: amboque sub matribus auiaque
educabantur. Et quidem Bassianus annos natus erat circiter qua-
8 tuordecim, Alexianus autem decimum iam annum attigerat. Sacer-
dotes ambo Solis, quem maxime indigenae colunt, Phoenicum lin-
gua *z*) Helaeagabalum vocitantes: templumque illi maximum con-
structum habent, auro argentoque plurimo, ac lapidum eleganti ma-
9 gnificentia exornatum. Neque solum indigenae deum illum vene-
rantur, sed vicini quoque satrapae regesque barbari, certatim quot-
10 annis splendida offerunt munera. Simulacrum vero nullum Graeco
aut Romano more manu factum ad eius dei similitudinem: sed lapis
est maximus, ab imo rotundus, et sensim fastigiatus, propemodum
11 ad coni figuram. Niger lapidi color, quem etiam iactant caelitus
decidisse. Eminent in lapide quaedam, formaeque nonnullae visun-
tur: ac Solis imaginem illam esse affirmant, minime humano artifi-
12 cio fabrefactam: *a*) *ita intuentes.* Huic igitur deo sacer erat Bassia-
nus: (quippe natu maior, et ipse potissimum sacerdotio fungeba-
tur) incedens barbarico cultu, tunicas indutus intextas auro, ac
manuleatas, et ad pedes vsque demissas, cruraque tota conuelans,
ab vnguibus ad femora, vestibus similiter auro purpuraque variis:
capite coronam gestans pretiosorum lapidum coloribus florentem.
13 Praeterea integer aeui, cunctorumque eius aetatis adolescentium
14 formosissimus. Quare congruentibus in vnum forma corporis atque
aetatis flore, simul habitu illo mollissimo, (facile) eum Dionysi pul-
15 cherrimis imaginibus *b*) assimilabant. Hunc igitur sacra celebrantem,
chorumque circa altaria barbarum in morem ad tibias fistulasque et
omnifariam organa instaurantem, curiosius inspectabant cum morta-
les alii, tum imprimis Romani milites, vel quod genere imperatorio
editum sciebant, vel quod formae viribus omnium in se oculos con-
16 vertebat. quippe tum vicinus vrbi illi exercitus erat, tuendae
Phoeniciae praepositus, deductus inde mox, vt in sequentibus ex-
17 ponemus. Quum itaque quotidie religionis nomine milites ad tem-

y) Sic et alibi *Soaenis*, non *Soaemis*, ab hoc interpr. vocatur. *Steph.* Sed Sylb. ed. *Soaemis* cum Nota hac. „In plerisque Latinis ed. scriptum *Soaenis*, et hic et in seq." *Irm.*

z) Quaedam huius interpretationes editiones habent *Heliogabalum:* quae magis etiam frequens apud alios est scriptura. *Steph.* Eleagabalus, siue Elagabalus, vere Phoenissa dictio, non *Heliogabalus*, qua Graeci et Latini plerique vtuntur corrupte. Antiqua numismata *Alegabalum* praeferunt. *Memm.*

a) Omittit Pol. verba haec, *οὕτω βλεπ.* i. e. ita intuentes, vel ita cernentes, q. d. ita suis ipsorum oculis persuadentes. *Steph.* Vtitur autem Herodianus eo loquendi genere etiam paulo post. *Sylb.*

b) aliquis assimilasset. *Steph.*

plum itarent, libenter scilicet adolescentem intuebantur. Erant au- 18
tem ex iis nonnulli Roma profugi, Maesae familiares: quibus illa
formam pueri admirantibus, (incertum, mentita an verum professa) 19
filium vtique esse ait Antonini, quamuis alterius putaretur. quippe 20
cum suis natabus, adolescentulis adhuc et formosis, rem habuisse,
quo tempore ipsa in palatio simul cum sorore agitabat. Ea res audita 21
ab illis, ac sensim communicata reliquis commilitonibus, per vni-
uersum denique exercitum vulgata est. Porro etiam aceruos habere 22
nummorum Maesa dicebatur, facileque omnes militibus elargitura,
si modo imperium suae soboli restitueretur. Pollicentibus autem se 23
eam cum suis, si noctu clanculum in castra venisset, patentibus por-
tis excepturos, *c*) atque Antonini filium imperatorem declaraturos,
d) nihil scilicet recusauit anus, decreta periculum quoduis adire
quam vitam colere priuatam atque abiectam. Quapropter noctu 24
clanculum vrbe egressa cum liberis nepotibusque suis, deducente
ipsos profugorum militum agmine, facile in castra admittitur: ibi- 25
que puerum confestim milites vniuersi Antoninum appellatum, at-
que indutum purpura, custodiebant. Tum commeatu omni, simul 26
cum suis natis et coniugibus, caeterisque adeo rebus importatis,
quas in vicis agrisque propinquis habebant, ita se intus comparabant,
vt etiam, si opus foret, (castrorum) obsidionem exciperent.

IV.

Quae vbi nuntiata Macrino sunt, Antiochiae moranti, *e*) dedito per *caeteros* exercitus rumore, repertum Antonini filium, pecunias militibus elargiri Iuliae sororem: quum omnia quaecunque dicerentur, aut esse vllo modo poterant, pro veris acciperentur, *f*) pendebant animis omnes: atque eos ad res 2
nouas moliendas, cum proprium Macrini odium, tum Antonini
memoriae quaedam quasi commiseratio subigebat: sed imprimis pe- 3
cuniarum spes, vt multi iam ex iis ad nouum Antoninum transfuge-
rent. At Macrinus rem totam, quasi puerilem, contemnens, con- 4
suetamque obtinens animi alacritatem, domi ipse sedens, vnum
g) e suis ducibus mittit, traditis copiis, quantae ad rebelles *facillime*
expugnandos viderentur suffecturae. Vt autem eo peruenit Iulianus 5
(id enim nomen praefecto fuit) ac iam moenibus succedebat, statim
inclusi milites puerum exercitui infesto de turribus pinnisque osten-
tare: vociferari, Antonini filium: sacculos quoque nummorum ple-
nos, *magnam* escam scilicet proditionis, attollere. At illi, credito 6
Antonini esse filium et (quoniam sic videre volebant) facie quoque
et lineamentis quam simillimum existimantes, caput amputant Iuli-
ano, mittuntque ad Macrinum. Ipsi, reseratis portis, vniuersi in

c) puerum que Imperatorem et Antonini filium declaraturos, *Memm.*

d) sese potestati illorum *permisit.* Breuius et ad verbum, *se ipsam illis tradidit.* Alioqui et, *se totam illis tradidit*, possis interpr. ex Cic. *Steph.*

e) rectius *didito. Steph.*

f) obstupefacti erant omnes, vel attoniti erant. *Steph.*

g) e ducibus exercitus mittit. *Steph.* vel vnum e praefectis praetor. *Sylb.*

7 caſtra accipiuntur. Ita ſcilicet adauctae copiae, non modo ad exci-
piendam obſidionem, ſed ad conferendam quoque manum dimican-
8 dumque inſtructa acie, ſatis futurae: *b*) transfugarum etiam magna
9 vi paulatim quotidie ſe aggregante. Quibus auditis Macrinus cum
10 omni exercitu ad caſtra illa oppugnanda contendit. Antoninus au-
tem, militibus oppugnationem haud expectantibus, ſed *i*) congredi
audentibus, *et obuiam Macrino ad dimicandum inſtructi acie, prodire*,
11 copias omnes educit. Concurrerunt autem inter ſe exercitus vter-
que in Phoeniciae Syriaeque finibus, acrius dimicante Antonini mi-
12 lite, conſcientia, metuque poenae, ſi victus foret: contra autem
Macrini exercitu languidius remiſſiusque praelium capeſſente, mul-
13 tisque ſubinde ad Antoninum transfugientibus. Quo animaduerſo,
Macrinus, metu ne plane omnibus exutus copiis, captiuus ageretur,
nihil non paſſurus contumeliae, ſtante adhuc acie chlamydem ſibi
caeterumque imperatorium detrahit ornatum: paucisque e fidiſſimis
14 *k*) commilitonum comitatus, *clam* fugam occupat: detonſaque bar-
ba, ne agnoſceretur, *ſumpto etiam* itinerario veſtimento, capiteque
15 ſemper conuelato, noctem diemque accelerabat, famam quoque ſuae
fortunae praeueniens. quippe ingenti ſtudio *l*) commilitones vehi-
cula vrgebant, quaſi, Macrino adhuc rerum potiente, magnis de re-
16 bus mitterentur. Ille igitur fuga euaſerat, quemadmodum diximus.
Interea *autem* milites vtrinque pugnabant: atque a Mácrino quidem,
corporis cuſtodes ac ſtipatores (quos praetorianos vocant) fortiter
ſtantes, reliquum omnem exercitum ſoli ſuſtinebant, videlicet pro-
ceri homines atque ex omni numero delecti: caetera omnis multitu-
17 do pro Antonino praeliabatur. Sed vbi diu neque Macrinum iam
ipſum neque imperii ſigna conſpiciebant, qui pro illo certamen ſub-
ierant, ignari vbinam foret, iaceret *inter mortuorum multitudinem*,
an aufugiſſet, haud ſatis conſtitutum habentes quod ſibi capiendum
18 conſilium foret, neque periclitari diutius pro eo decreuerant, qui
iam nusquam compareret, et ſe permittere hoſtium poteſtati,
19 quaſi dedititios captiuosque, verebantur. Vt autem a *m*) captiuis au-
diuit Antoninus aufugiſſe e praelio Macrinum, mittit ſtatim nuntios
qui doceant fruſtra illos pro homine pauidiſſimo ac fugitiuo decer-
tare: veniamque et obliuionem omnium iureiurando pollicetur, ſti-
20 patoresque iam tum ſibi illos adſciſcit. Igitur omnes re credita ceſ-
ſerunt. At vero Antoninus mittit illico qui Macrinum conſequan-
tur, quum iam plurimum viae praecepiſſet. Inuentus autem eſt in
Chalcedone Bithyniae vrbe, grauiſſime aegrotans, ac perpetuo iti-
21 nere attritus: latitans in ſuburbano quodam, vbi illi caput *ab iis qui
eum perſequebantur*, abſciſſum. Dicebatur autem Romam properare,
22 fretus popularibus ſtudiis: ſed transgredientem in Europam, anguſto

h) Quinetiam transfugarum numerus ſubinde, licet paulatim, accedens, copias augebat. Quibus aud. Macr., omni, quem habebat, exercitu collecto, proficiſcebatur, tanquam oppugnaturus, vel obſeſſurus, eos, qui ad illum defecerant. *Steph.*

i) egredi cum omni alacritate audentibus et — *Steph.*

k) Gr. vox *centurionum* ſonat. *Steph.*

l) Gr. vox *centuriones* ſonat. *Steph.*

m) transfugis. *Memm.*

Propontidos freto, iamque Byzantio appropinquantem, vento aduerso vsum perhibent, (quasi) flatu ipso ad supplicium retrudente. *n*) Tantum igitur abfuit Macrinus quominus persequutores effugerit, 23
finem vitae sortitus foedissimum, qui Romam reuerti post voluerit, quod statim a principio facere oportuerat. Offendit autem consilio pariter atque fortuna. Ita scilicet occisus est Macrinus, cum 24
filio *o*) Diadumeno, quem iam Caesarem fecerat.

V.

Postea vero quam exercitus vniuersus Antoninum, *ad quem transierat*, imperatorem consalutauit, atque ille summam rerum suscepit, rebus iam in Oriente, vt quaeque maxime vrgebant, ordinatis, ab auia scilicet atque amicis *qui cum eo versabantur*, (nam ipse, adolescens admodum ac rerum *literarumque* erat imperitus) haud diu moratus, *p*) profectionem edicit: festinante imprimis Maesa ad Romam aulam, cui tam diu insueuisset. Sed vt senatui populo- 2
que Romano res innotuit, omnes eum nuntium grauiter accepere: sed parendum necessitati fuit, electo a militibus principe. Caeterum 3
incusantes Macrini negligens ingenium fluxosque mores, neminem vtique alium, sed ipsum sibi fuisse mali causam dictitabant. At vero 4
Antoninus e Syria profectus, Nicomediae hyemauit, ita postulante anni tempore. Statim igitur debacchari supra modum coepit, 5
cultumque patrii numinis, cui dicatus fuerat, celebrare superuacuis saltationibus, vestitum vsurpans luxuriosum, purpura intextum atque auro, monilibusque et armillis redimitus: coronas etiam sustinens ad tiarae modum auro lapillisque pretiosis insignitas. Forma 6
habitus inter Phoenissam stolam *sacram*, ac *mollem* Medorum amictum; nam Romanam vestem, aut Graecanicam, plane adspernaba- 7
tur, e lana (vt ipse aiebat) hoc est e re vilissima, confectam. *q*) Neque nisi sericas telas dignabatur, procedens identidem ad tibias 8
et tympana, velut orgia numinis concelebraret. Haec cernens Mae- 9
sa, ac ferens iniquo animo, supplex illi persuadere conabatur, vt Romanum assumeret cultum, *eo quo vtebatur relicto*: ne vrbem mox curiamque ingrediens, peregrino illo barbaricoque habitu spectan- 10
tium oculos *r*) perstringeret, insolentes eiuscemodi munditiarum, ac reputantes mulierculis quam viris congruentiores. *s*) Sed ille verbis 11

n) Hoc tantulum igitur abfuit Macr., quin se persequentes euaderet. *Steph.*

o) Diadumeniano Gr. *Sylb.*

p) ad profectionem se comparabat. *Steph.*

q) Neque alia, quam Syrorum texta illi placebant: atque ad tibiarum sonum et tympanorum in publicum prodibat, orgia numinis celebrans *scilicet*. Vtor autem voce *scilicet* non παρελκόντως, vt Pol. saepe, sed ad exprimendam Graecam δῆθεν, quae ironice hoc dici ostendit. *Steph.*

r) statim offenderet. *Steph.*

s) At is, quum ea, quae anus dixerat, esset aspernatus, neque alii cuiquam aurem praebuisset, (neque enim admittebat, nisi moribus iisdem praeditos, et qui ipsius vitiis assentarentur,) volens populum Rom. spectaculo cultus illius assuescere, ac, se absente, periculum fieri, quonam animo illud ferrent, picta sui totius imagine maxima, qualis conspiciebatur, et quum in publicum prodibat, et quum sacerdotio fungebatur, ac repraesentata et-

aniculae contemptis, nec cuiquam praeterea credendum putans,
(quippe neminem circa se nisi moribus consimilem suisque obsecun-
12 dantem vitiis habebat) quum retinendum sibi quemcunque illum
cultum animo obtinasset, decreuit absens periculum facere, quonam
animo senatus populusque Romanus laturi forent. Quare imaginem propriam maximis lineamentis, qua ipse obire sacerdotis
munia videbatur, simulque figuram numinis, cuius sacerdotium gere-
13 bat, depictam in tabula praemisit Romam, iussis qui eam ferrent, in
14 media curia loco edito supra Victoriae caput collocare: vt, quum se-
natus haberetur, thura vnusquisque adoleret merumque libaret.
15 Edixit item, vt omnes Romani magistratus, quique publice sacra fa-
cerent, ante alios deos, quorum meminisse inter sacrificandum solent,
16 *nouum illum* deum Helaeagabalum nuncuparent. Quapropter vt in
vrbem peruenit, nihil scilicet nouum Romani viderunt, insueti iam
17 picturae Diuiso igitur congiario in populum (vt mos est imperium
suscipientibus) spectacula omnifariam edebat magnificentissima: tem-
plumque item maximum pulcherrimumque deo erexit, plurimasque
circa templum constituit aras, ad quas quotidie mane taurorum he-
catombas et ouium magnam multitudinem *t)* immolabat. Coacerua-
18 tisque supra aras omne genus odoribus, etiam veterrimi cuiusque
optimique vini plurimas amphoras *ante aras* profundebat, sic vt riui
19 passim vini sanguinisque promiscue defluerent. Chorosque circum
aras agitabat, nullis non organis consonantibus, vnaque mulieribus
Phoenissis cursitantibus in orbem, cymbalaque inter manus habenti-
20 bus aut tympana: omni circumstante senatu atque equestri ordine ad
21 theatri formam. Exta porro victimarum atque aromata intra lances
aureas, capitibus imposita gestabant non quidem famuli aliqui aut
humiles personae, sed praefecti exercitibus, et quicunque maximas
dignitates obtinebant: induti tunicas talares ac manuleatas, *Phoeni-
cum more*, vnamque in medio purpuram ferentes: sed et lineis cal-
ceamentis vtebantur, quemadmodum vates in eis regionibus con-
sueuerunt. Porro ingentem se honorem tribuere putabat quibus
eiuscemodi sacrificia participaret.

VI.

Sed quamuis instaurare choros et sacrare facere perpetuo videretur,
plurimos tamen ex illustribus viris atque opulentis interfecit: de-
latos sibi quod parum laeti illiusmodi vita, etiam in ipsum quando-
2 que cauillarentur. Duxit praeterea vxorem, illustrissimam Romanam
foeminam: quam etiam augustam appellauit, cumque ea tamen
paulo post diuortium fecit, ademptisque honoribus priuatam colere vi-
3 tam iussit. Post illam vero *u)* captum se amore simulans, (vt aliquid vi-

iam figura dei, cui sacerdotis munus in illa tabula obibat: Romam misit, iussit que, vt in media curia loco altissimo, supra caput statuae Victoriae collocaretur. *Steph.*

t) immolabat, atque aris imponebat, aromatis omne genus cumulans: quin etiam veterr. *Steph.*

u) Post illam vero, quum simulasset, amore se teneri, (vt ea etiam, quae sunt virorum, facere videretur,) virginis, quae

rile faltem facere videretur,) Veſtalem ſacerdotem, quam *ſacrae* le-
ges caſtam eſſe et virginem perpetuo volunt, abreptam e templo
pro vxore habuit. Ita moeſtum tanto flagitio ac piaculo ſenatum 4
per epiſtolam conſolatus, humanum eſſe id peccatum, captum ſe il-
lius *puellae* amore: caeterum ſacerdoti congruere ſacerdotis nuptias,
ob idque etiam auguſtiores futuras. Sed eam quoque paulo poſt di- 5
miſit: tertia vxore ducta, quae referre ſuum genus ad Commodum
dicebatur. Neque vero humana tantum matrimonia ludebat, ſed 6
etiam deo ſuo quaerebat vxorem. Itaque Palladis ſimulacrum, quod 7
occultum Romani neminique videndum colunt, in cubiculum ſuum
transtulit: immotumque ad eam diem, ex quo Ilium auectum fue-
rat, (praeterquam quum templum conflagrauit,) ipſe emouit ſedibus:
eamque deam ſui dei coniugem in aulam imperatoriam adduxit.
Dein cordi eſſe negans deo belligeram vxorem atque armatam, ſi- 8
mulacrum Vraniae iuſſit afferri: quod ſcilicet Carthaginienſibus omni- 9
que Africae *incredibilem in modum* venerabile, poſitum fuiſſe a Phoeniſſa
Didone creditur, quo tempore antiquam Carthaginem diſſecto corio
aedificauit. Hanc Afri Vraniam vocant, Phoenices Aſtroarchen, 10
Lunam eſſe affirmantes. Congruere igitur aiebat Antoninus matri- 11
monium Solis et Lunae. Itaque et ſimulacrum afferri iuſſit, et auri 12
quicquid in templo erat, pecuniamque *x*) *quamplurimam* deo ſuo
dotis nomine dari praecepit. Quod vbi allatum eſt, ac prope He-
laeagabalum conſtitutum, iuſſit vrbe tota Italiaque feſtos dies cele-
bresque et laetitiae plenos, publice priuatimque, quaſi diis nuben-
tibus, agitari. Fecit et in ſuburbano templum maximum ac ma- 13
gnificentiſſimum, in quod anno vertente deum ſuum adulta
iam aeſtate deducebat: ludisque curulibus et ſcenicis, epu- 14
lisque et peruigiliis populum a ſe oblectari arbitrabatur. Ipſum porro 15
dei ſimulacrum impoſitum vehiculo *y*) quod eſſet auro pretioſisque
lapidibus exornatum, deducebat ex vrbe in ſuburbanum: trahenti- 16
bus equis ſeiugibus, emaculato candore ac magnitudine praecellen-
tibus, auroque multo et phalerarum varietate conſpiciendis: *ac te-
nebat habenas.* neque enim quisquam mortalium eum *z*) inſcende-
rat currum, ſed circumſtabant omnes quaſi aurigantem deum. An- 17
toninus autem retrorſus currens, ac ſimulacrum ipſum adſpectans,
currum antecedebat, frenos manibus retinens: totumque iter ita re-
trorſum currens, ac deum ſemper adſpectans confecit. Ac, ne 18
caderet labereturve, ignarus quo tenderet, auroſam ſubſtrauerant
harenam *plurimam*: militesque eum vtrinque retentabant, quo tu-
tius retrocederet: diſcurrente etiam cum facibus vtrinque populo, 19
et coronas floresque iaciente. tum deorum omnium ſimulacra, et 20

Romanae Veſtae in ſacerdotale munus addicta erat, et quam ſacrae leges caſtitatem colere, atque ad finem vsque vitae manere virginem iubent: abreptam e Veſtae templo et ſacro virginum domicilio, in vxorem accepit: ſcripſit que ad ſenatum, vt tantum flagitium piaculumque excuſatione molliret, id ſibi accidiſſe, quod aliis hominibus ſolet. illius enim puellae amore captum ſe fuiſſe. Caeter. *Steph.*

x) grandem, *Memm.*

y) auro que ac lapidibus pretioſiſſimis variegatum, Gr. *Sylb.*

z) inſcendebat, *Memm.*

quicquid conspicuum in templis, principatusque insignia et pretiosissima supellex, equites item et exercitus vniuersus pompam illius-
21 modi comitabantur. Vbi autem deduxerat atque in templo constituerat, sacris iam celebritatibusque *quas diximus* peractis, maximas altissimasque turres ad id ipsum extructas conscendebat: inde scilicet in plebem missilia sparsurus, aurea videlicet argenteaque pocula, vestesque et lintea omne genus: bestias praeterea cicures *et non cicures* omnes: exceptis subus, quibus ipse, (vt mos est Phoenicibus) absti-
22 nebat. Multi igitur inter rapiendum periere, partim inuicem proculcati, partim militum contis transfixi sic vt *a*) ea celebritas ca-
23 lamitatem quamplurimis attulerit. Ipse identidem aurigans aut saltans conspiciebatur. quippe ne latere quidem sua patiebatur flagi-
24 tia: procedens etiam in publicum pictis oculis genisque purpurissatis: faciemque suapte natura formosam indecoris coloribus inficiens.

VII.

Quod animaduertens Maesa, ac suspectans militum *ob talem imperatoris vitam* indignationem metuensque, ne, si illi quid accidisset, ipsa rursus in priuatam vitam relaberetur: persuadet leui alioqui stolidoque adolescenti, vt sibi consobrinum suum, nepotemque ipsius, ex altera filiarum Mammaea prognatum, adoptaret, *et*
2 *Caesarem declararet*: ita ad gratiam loquuta: Oportere iam ipsum, sacerdotio religionique numinis vacantem bacchari, ac deum cele-
3 brare orgia: sufficiendum autem alterum, qui res curaret humanas, quique illi principatum vacuum ab omni molestia curaque praesta-
4 ret. Neque tamen peregrinum aliquem aut alienum hominem re-
5 quirendum, sed consobrino potissimum id honoris tribuendum. *a*) Is erat Alexianus, qui tum nuncupabatur Alexander, auito ipso nomine in Macedonis regis nomen commutato. Nam eum regem, fama per se celebrem, etiam magnopere coluerat Antoninus Seueri filius:
6 quem fuisse amborum parentem persuadere anus conabatur, iactato filiarum incesto, quo illi magis magisque a militibus, *filios illius esse*
7 *existimantibus*, diligerentur. Quare Caesar declaratus Alexander, consulque factus cum Antonino est, *descendensque in senatum haec rata fecit*, *c*) senatu scilicet per ridiculum decernente quod ille voluerat. hoc est, videri ipsum patrem, qui natus annos foret circiter quatuordecim: Alexandrum vero, filium, qui tum duodecimum
8 attigisset. Postea igitur quam Alexander Caesar est appellatus, vole-

a) illius festum, *Memm.*

b) Alexiano igitur nomen mutatur, atque Alexander vocatur, aui nomine in illius Macedonis nomen traducto: quippe qui et celeberrimus esset, et in magno honore habitus ab eo fuisset, qui amborum pater existimabatur. Nam Antonini Seueri filii adulterium vtraque Maeses filia, nec non ipsamet anus, iactabat; vt milites pueros amore prosequerentur, quum illius esse filios putarent. *Steph.*

c) quum omnes perridicule decreuissent, quae iubebantur: illum quidem haberi patrem, qui — circiter sexdecim: Alex. — *Steph.* XIIII autem pro XVI in Pol. Vers. posita esse, notauit etiam Ioann. Hartung. Decuriae I c. 7. *Sylb.*

bat eum ſtatim Antoninus ſuis illis inſtitutis imbuere, vt ſcilicet choros agitans ſaltansque, et ſacerdotii particeps, veſtitu eodem atque artibus vteretur: quem tamen mater Mammaea *d)* ab omni illa 9
foeditate vindicabat, ſummiſſis clam doctoribus omnium diſciplinarum: modeſtiamque edocens, ac palaeſtra virilibusque gymnaſiis inſuefaciens, Graecisque eum pariter et Latinis literis inſtituens.
Quibus rebus magnopere Antoninus indignabatur, iamque adoptio- 10
nis imperiique participati poenitebat. Quapropter omnes illius 11
e) doctores aula exegit, quosdamque illuſtriores partim morte, partim exilio affecit: ridiculas allegans cauſas, quod filium ipſius corrumperent, *f)* neque agitare eum choros atque ebacchari ſinerent, ſed ad modeſtiam componerent, et virilia officia edocerent. Eoque 12
vecordiae prouectus eſt, vt omnes ſcenicos artifices ac theatricos ad maximas imperii dignitates promoueret. Quippe exercitibus ſaltatorem quendam praefecit, qui olim iuuenis publice in theatro operas dederat. Alium item e ſcena, *g)* iuuentuti, alium ſenatui, alium etiam 13
equeſtri ordini praepoſuit. Aurigis item et comoedis, mimorumque 14
hiſtrionibus, maxima imperii munia demandabat: ſeruisque ſuis, aut libertis, vt quisque turpitudine reliquos anteibat, procurationes tradebat prouinciarum.

VIII.

Ita rebus omnibus, quae *h)* grauia olim honeſtaque cenſebantur, per omnem contumeliam ac temulentiam debacchantibus, cum caeteri omnes, tum imprimis Romani milites indignabantur, *i)* contemne- 2
bantque eum, vtpote vultum componentem elegantius quam foeminam probam deceret: inſuper aureis monilibus molliſſimoque veſtitu haudquaquam viriliter ornatum, ſaltantemque in conſpectu omnium.
Quare propenſiores animos in Alexandrum habebant, ſpemque 3
meliorem in puero modeſte et continenter educato: ſeruabantque eum diligenter omnes ab inſidiis Antonini. Mater autem 4
Mammaea neque poculentum aliquid neque eſculentum guſtare puerum ſinebat, quod ab illo mitteretur. Cocis autem et pincernis vte- 5
batur puer, non quidem imperatoriis *k)* aut communibus ſed quos mater tantum delegerat, ac ſpectatae fidei futuros arbitrabatur. Da- 6
bat item furtim pecunias mater, quas ille inter milites clanculum diuideret: vt eorum beneuolentiam etiam pecuniae pignore (hanc

d) a foedis illis, et quae Imperatores dedecebant, actionibus uocabat: atque omnium diſciplinarum doctores clam *arceſſebat.* At Pol. non vertit *clam arceſſitis doctoribus*, ſed *ſummiſſis*, quod vocabulum in *ſummis* deprauatum fuit in praeced. edit. *Steph.*

e) Doctores iſtos fuiſſe Chriſtianos, putant nonnulli. *Memm.*

f) eum neque agitare choros, neque ebacchari permittendo, ſed ad mod. componendo, et v. off. edocendo. *Steph.*

g) inſtitutioni ac modeſtiae iuventutis, *Memm.*

h) Ita legitur in omnibus huius interpretationis edit. v. Annot. *Steph.*

i) Vox Gr. multo plus ſonat, quam *contemnebant*, videlicet *abominabantur*. *Steph.*

k) et quorum commune miniſterium eſſet; ſed iis *tantum*, quos mater del. *Steph.*

7 enim illi potiſſimum ſpectant) haberet autoratam. Quae intelligens Antoninus, nihil non inſidiarum Alexandro matrique intendebat. Quas tamen omnes arcebat prohibebatque communis auia Maeſa, mulier alioqui acerrima, multosque annos in aula cum ſorore ſua Iulia Se-
8 veri coniuge commorata. Nihil itaque eam latebat, quod Antoninus moliretur, homo ſuapte natura futilis, et qui omnia quae placerent,
9 propalam loqueretur atque ageret. Poſtea vero quam inſidiae parum procedebant, detrahere puero Caeſaris honorem decreuit. *l*) Itaque
10 neque ſalutari, neque iam foris procedere patiebatur. Milites autem (magnopere) illum requirebant, indignantes, ſi quidem imperium
11 quoque *illi* adimeretur. Sed Antoninus famam vulgauit, quaſi iam obiiſſet Alexander: vt ſcilicet periclitaretur, quonam id animo la-
12 turi milites forent. At illi, nusquam comparente puero, praeterea animis rumore illo exulceratis, indignabundi neque ſolitam cuſtodiam miſerunt Antonino, et incluſi caſtris videre Alexandrum
13 velle in ipſo templo dictitabant. Eo metu *vehementer* ictus Antoninus, Alexandro ſecum in vehiculo imperatorio conſidente, quod
14 erat auro multo gemmisque exornatum, contendit in caſtra. Caeterum portis reſeratis accepere vtrumque milites, atque in templum caſtrorum deduxerunt, ſalutantes ſupra modum, et laetis clamoribus
15 proſequentes Alexandrum, *m*) ſpreto propemodum Antonino. Quae ille aegre ferens, quum in templo caſtrorum pernoctaſſet, iratus militibus, notatis qui Alexandro acclamauerant, quaſi ſeditionis et
16 tumultus autoribus, arripi omnes ad ſupplicium imperauit. Quod illi aegre ferentes, *n*) atque Antoninum iam antea quoque peroſi, quum tollere e medio principem foediſſimum optarent, ſuisque commilitonibus ferre ſuppetias: rati hoc eſſe tempus, ipſum ſtatim Antoninum matremque Soaemidem, (quae forte illic aderat, *vtpote et augusta et mater*) interfecerunt: cumque eis ſeruos miniſtrosque
17 omnes ſcelerum, quicumque tum in ea caſtra conuenerant. Caeterum Antonini et Soaemidis cadauera trahenda per contumeliam
18 plebi tradiderunt: quae diu per totam vrbem raptata ac dilaniata, poſtremo in cloacas abiecta ſunt, vt inde ſcilicet in Tyberim defer-
19 rentur. Sic Antoninus *o*) ſexennium imperio occupato, vitaque vt
20 diximus acta, ſimul cum matre occiſus eſt. Milites autem Alexandrum, imperatorem conſalutatum, in aulam palatinam deduxerunt, adoleſcentulum admodum, atque adhuc *matris et* auiae, *tanquam paedagogorum*, praeceptis obtemperantem.

l) Iam que nullo honore afficiebatur Alexander, neque in ſalutationibus, nec quum in publicum prodiret. At milites illum requirebant, indignantes, quod imperio priuaretur. Quinetiam famam — quaſi mox eſſet moriturus Alex. — *Steph.*

m) erga Antoninum autem negligentius ſe gerentes. *Steph.*

n) Antoninum aliis iam de cauſis peroſi, quum e medio tollere Imperatorem, turpiter ſe gerentem, vellent, tum vero ſuppetias etiam ferendas iis, qui comprehendebantur, exiſtimarent, et valde opportunum tempus iuſtam que occaſionem habere ſibi viderentur: et ipſum Antoninum et matrem Soaemidem (aderat enim, vtpote et auguſta et mater) interficiunt. *Steph.*

o) Alii partim biennium, partim triennium, quidam etiam quadriennium Heliogabalo tribuunt imperii. *Menm.*

LIBER SEXTVS.

I.

Quem igitur habuerit finem vitae *p*) (maior) Antoninus, in supe-
rioribus demonstratum est: Alexander autem post illum, no- 2
men insigniaque gerebat imperii: caeterum negotiorum administra-
tio ac principatus gubernacula mulieribus incumbebant, omnia trans-
ferre ad modestiam grauitatemque conantibus. Quippe iam primum 3
sedecim ordinis senatorii viros, aetatis grauitate vitaeque sanctimo-
nia praecellentes, assessores principis et consiliarios delegerunt: ni- 4
hilque aut dicebatur aut agebatur, *q*) nisi illorum accedente suffra-
gio. Grata igitur populo, militibusque ac senatui praeterea, forma 5
principatus erat, ex contumeliosissima tyrannide *r*) ad optimatium
gubernationem redacta. Igitur primo deorum simulacra, quae ille 6
propriis sedibus extulerat, suis quaeque templis, delubris fanisque
restituerunt. dein quos ille temere aut vitiorum nomine, *quibus no-* 7
bilitati fuerant, ad honores dignitatesque extulerat, submotos inde,
ad pristinam vitam omnes artificiumque redegerunt. Res autem 8
cunctas atque administrationes, ciuiles quidem et forenses, insi-
gnibus doctrina viris, legumque peritissimis, militares autem claris
bellica virtute hominibus commendabant. Quumque diu ad hunc 9
modum regeretur imperium, Maesa, iam extremae senectutis, diem
suum obiit, honores adepta imperatorios, atque (vt mos Romanis
est) inter *s*) diuas relata. At Mammaea, cernens iam solam se filio re- 10
liquam, praeesse ad eundem modum moderarique studebat. Quum- 11
que adolescentem summam habere iam cerneret autoritatem, metu
ne viuida aetas in summa potestate licentiaque rerum, in cognata
aliqua impingeret vitia, vndique aulam seruabat: neque adiri a
quoquam adolescentem patiebatur, cuius vita moresque improba- 12
rentur: ne scilicet bona indoles corrumperetur; *t*) prouocantibus
appetitum eius iam vigentem assentatoribus in extremas libidines.
v) Persuaserat autem, vt actibus incubaret meliore diei parte, idque 13
faceret quam saepissime, ne quod spatium superesset vacandi malis
artibus, occupato rebus potioribus, ac necessariis imperanti. Cae- 14
terum suapte natura suberat Alexandro mite mansuetumque inge-
nium, propensumque ad humanitatem: quod ipsum aetas etiam
consequens declarauit. Quippe annis quatuordecim *x*) anaematon, 15

p) Gr. memoratus Antoninus. *Sylb.*

q) nisi id illi approbatum suo suffragio confirmarent. *Steph.*

r) ad formam gubernationis optimatium redacta *Steph.*

s) diuos, *Memm.*

t) vbi semel assentatores appetitus eius vigentes ad turpes cupiditates prouocassent, vel illexissent; aut si semel ass. *Steph.*

v) Persuadebat igitur, vt frequentissime ius diceret; id que maiore diei parte: quo circa meliora et imperio necessaria occupatus, commodum tempus ad vacandum alicui flagitio non haberet. Atque inerant certe Alexandro a natura mites mansueti que atque ad humanitatem propensi mores: vt etiam procedente aetate declarauit. *Steph.*

x) *ἀναίματον* legitur etiam apud Lampridium. Sed cum in Graeco sit *ἀναιμωτὶ*, Memmius putat, hic quoque legi posse *ἀναίμωτον*. *Sylb.*

hoc eſt citra ſanguinem, geſſit imperium, ne vno quidem occiſo.
Licet enim permulti maximis criminibus impegerint, tamen ab illo-
rum caede ſemper abſtinuit: quod vtique non facile *y*) a quoquam
omnium imperatorum, quiqui Marco ſucceſſerint, factum obſerua-
16 tumque inuenies. Neminem quisquam illo *per tot annos* imperante
commemorare poteſt, cui mors indemnato ſit illata. Matrem vero
etiam incuſabat, eique grauiter ſuccenſebat, quod eſſe pecuniae aui-
17 dior et opum cumulandarum ſtudioſior videbatur. Etenim quum
ſimularet ideo ſe theſauros congerere Mammaea, vt ſuppeditare Ale-
xandro poſſet, quod is facile abundanterque ſuis largiretur militibus,
18 proprios domi theſauros extruebat. Quae res imperatori notam in-
famiae attulit, quod illo ſcilicet inuito atque indignabundo etiam,
mulier auida, per fraudem bona quorundam atque hereditates ſup-
19 pilabat. Dedit item filio in matrimonium puellam patricii generis:
quam, etiam marito charam gratamque imprimis, eadem paulo poſt
20 aula per omnem contumeliam exegit. Et, quum ipſa tantum vocari
auguſta vellet, eamque appellationem puellae inuideret, eo contu-
meliarum prouecta eſt, vt puellae pater, quamuis magnae apud Ale-
xandrum generum autoritatis, impatiens Mammaeae iniuriarum, quas
21 ipſi nataeque inferebat, confugerit in caſtra, gratiam ſe habere
22 Alexandro dictitans habiti ſibi honoris: caeterum Mammaeam accu-
ſans, nihil non contumeliae inferentem. Quare indignata mulier,
interfici eum quidem iuſſit, puellam vero aedibus imperatoriis ex-
23 actam, in Africam relegauit. Haec autem omnia fiebant inuito coa-
ctoque Alexandro. quippe illi mater ſupra modum imperitabat, ac
24 dicto audientem ſemper habebat: vt hoc tantum reprehendi in Ale-
xandro poſſit, quod manſuetudine nimia, et reuerentia maiore
quam oportuit, etiam contra animi ſui ſententiam matri obſequeretur.

II.

Igitur quum ad hunc modum *z*) tredecim annos (quod quidem ad
2 ſe attineret) ſine querela cuiusquam imperium gubernaſſet, ecce
tibi haud opinato *a*) literae e Syria Meſopotamiaque, redditae a du-
3 cibus, in quibus ſcriptum eſſet: *b*) *Artaxerxem Perſarum regem,
Parthis iam deuictis atque Artabano*, *c*) *qui rex magnus primus ap-
pellatus eſt, duplicique diademate vtebatur, non ſolum orientis regno,
4 ſed vita quoque expulſo, ſubigere vicinos barbaros, ac ſibi vectigales
facere: neque iam intra fluuium Tigrim tenere ſe, ſed ſuperatis ripis ac
Romani finibus imperii, excurrere per Meſopotamiam, Syriaeque mi-
5 nitari: omnemque Europae oppoſitam continentem, quae mari Aegaeo*

y) ab alio quopiam eorum, qui noſtra aetate Imperatores fuerunt, factum obſeruatum ve eſt poſt Marci imperium. *Sylb.*

z) tredecim annos ita, ſine querela cuiusquam, (quod — attinerent,) imper. gubernaſſet, vel ita inculpate. *Steph.*

a) litterae ducum Syriae et Meſopotamiae, vel praefectorum Syr. — *Steph.*

b) *Artaxarem* habet Gryph. ed. et in textu et in Annot. marg., eodem que modo etiam infra. *Sylb.*

c) qui prius Rex magnus vocabatur, dupl. *Steph.*

fretoque Propontidos terminatur, atque Asiae nomen habet, d) ceu ve-
terem Persarum possessionem, sibi vindicare: quod iam inde a Cyro, 6
qui primus imperium a Medis in Persas transtulit, ad Darium vsque
extremum Persarum regem (cui regnum Alexander abstulerit) cuncta
olim Ionia Cariaque tenus a Persarum satrapis gubernarentur. Quare 7
sui muneris esse curare nunc, vt vetus atque integrum imperium Persis
restitueretur. Quibus intellectis Alexander motus, atque haud me- 8
diocriter re subita inopinataque perturbatus (quippe in altissima pace
educatus a puero, atque vrbanis deliciis innutritus) cònuocato 9
e) prius amicorum consilio, decreuit legatos cum literis mittere, qui
spem barbari conatusque inhiberent. Igitur literae in hanc senten- 10
tiam compositae: *Oportere illum, suis finibus contentum, nihil rerum*
nouarum moliri, neque sublatum vana spe ingens excitare bellum: De- 11
bere vnumquemque suis fortunis acquiescere. Non perinde sibi pugnam
processuram aduersus Romanos, vt aduersus vicinos et f) eiusdem corporis
barbaros. g) Admonebat praeterea victoriarum quas contra eos Au- 12
gustus ac Traianus, h) Luciusque item et Seuerus adepti fuissent. Hu- 13
iuscemodi literis *i)* Alexander persuasurum se barbaro, metu scilicet
perterrito, pacem quietemque arbitrabatur. Quibus ille contem- 14
ptis, remque armis potius quam verbis gerendam ratus, tum vero
k) ferocissimus ingruere, decursaque ac perequitata Mesopotamia 15
omni, praedas agere, atque oppugnare Romanorum castra imposita
fluminum ripis, quae scilicet imperii limites tuerentur. Quumque 16
homo esset natura gloriosus, ac sublimes animos gereret, successu
rerum inopinato subacturum se omnia videlicet existimabat. Neque 17
enim parua erant quae illius animum ad maius concupiscendum re-
gnum inflammabant. Primus namque ipse Parthis bellum inferre
ausus, Persarum recepit imperium. Siquidem post Darium illum 18
cui regnum Macedo Alexander abstulerat, *l)* permultis sane annis
Macedones ipsi, quique Alexandro successerunt, diuisas inter se
orientis Asiaeque totius regiones gubernarunt. Sed ortis inter ipsos 19
discordiis, ac frequentibus bellis attrito Macedonum robore, primus
Arsaces Parthus persuasisse earum regionum barbaris memoratur vt
a Macedonibus deficerent: impositoque sibi diademate, 20

d) maiorum suorum possessionem existimare, ideo que imperio Persico velle recuperare. *Steph.*

e) primum. Refertur enim ad profectionem, quae post consecuta est. *Memm.*

f) Vox Gr. sonat, *eiusdem nationis* seu *gentis.* Possis etiam interpretari, *aduersus* barbaros, qui idem hominum genus essent. *Steph.*

g) Admonebant praeterea litterae vict. *Steph.*

h) Lucius Verus, Marci gener, *Memm.*

i) Alexander se barbarum exoraturum aut metum iniecturum putabat, qui illi quiescendi causa foret. At ille, nihil curans, quae scripta essent, rem que armis, non verbis, gerendam ratus, eo maiore studio ad bellum incumbebat, populans vastans que omnia, quae Romanorum erant. *Steph.*

k) Malim *ferocius*, sicut et scripsisse Pol. puto. *Steph.*

l) amplius quingentis, *Memm.*

20 Parthorum barbarorumque vicinorum conſenſu, et ipſe regnum tenuit, *m*) et poſteris reliquit, ad Artabanum vsque regem *qui no-*
21 *ſtra aetate fuit.* quo interfecto, Artaxerxes, regnoque Perſis reſtituto, vicinaque barbaria per vim ſubacta, facile iam Romanam quoque potentiam laceſſebat.

III.

Quae vbi Alexandro Romae agenti nuntiata ſunt, minime iam ferendam putans inſolentiam barbari, vocantibus illuc ſe ducibus, aegre ſcilicet tandemque contraque animi ſui ſententiam ad expedi-
2 tionem ſe comparat. Igitur in Italia prouinciiſque reliquis delectus habebantur cunctorum, qui vel habitudine corporis, vel aetatis vi-
3 gore, idonei fore ad pugnam viderentur. Motusque ingens omnibus Romani imperii regionibus extitit delectibus habendis, qui tantae barbarorum multitudini *quanta incurſiones facere nuntiabatur,*
4 pares forent. At vero Alexander, vrbanis omnibus militibus conuocatis in *ſolitum* campum, conſcenſoque tribunali in hanc ſententiam
5 verba fecit: *n*) *Cuperem, commilitones, eiuscemodi habere orationem apud vos, quae et dicenti mihi* (*vt conſueuerat*) *ornamentum, et vobis*
6 *audientibus laetitiam conciliaret. Nam quum multos annos pacem agitauerimus, ſi quid noui nunc audieritis, fortaſſe quaſi praeter ſpem*
7 *acciderit, expaueſcetis. Decet autem viros fortes atque mōderatos*
8 *optima quidem optare, ſed ferre quaecunque incidant. Vt enim quae cum voluptate agimus, dulcia: ita quae cum virtute, glorioſa ſunt.*
9 *Atque vt is qui prior laceſſit, ipſe ſibi iniurius videtur: ita qui propulſat iniuriam, confidentior ex conſcientia ſit, atque ex iuſtitia ſpem*
10 *bonam mutuatur. Artaxerxes, vir Perſa, poſteaquam Artabanum dominum ſuum interfecit, atque ad Perſas imperium tranſtulit, etiam noſtra arma laceſſere, deſpecta maieſtate Romana, et iam incurſare*
11 *ac vaſtare noſtras prouincias aggreditur. Huic ego per literas a principio ſtudui perſuadere, vt inexplebilem illam vecordiam omitteret, neue aliena concupiſceret. At ille, barbara inſolentia prouectus, neque ſe continere ſuis ſedibus iam vult, et nos ad pugnam prouocat.*
12 *Ne cunctemur igitur, neue praelium detrectemus: ſed quicunque ſenio-*

m) et ab illo oriundis longa annorum ſerie permanſit. *Steph.*

n) Vellem, commilitones, verba facere apud vos, qualia conſueueram: quae et mihi concionanti ornamento, et vobis audientibus oblectamento erant. Nam, quum nobis multos per annos pace frui contigerit, ſi quid noui nunc audiatis, fortaſſis ad id, vtpote praeter exſpectationem dictum, conſternabimini. Verum par eſt, viros f. a. mod. optare quidem, vt ſibi eueniant optima, ſed ferre, quaecunque accidant. Illis enim, quae cum voluptate fiunt, frui iucundum eſt: eorum autem, quae ſuſcipere coacti ad proſperum perducimus exitum, glorioſa eſt fortitudo. Et eius quidem, a quo proficiſcitur iniuria, rationi conſentanea et aequa non eſt prouocatio: at, quum eos, qui nobis graues ſunt, repellimus, cum ex bona conſcientia confidentiam accipimus, tum vero ex eo, quod non inferimus, ſed propulſamus iniuriam, ſpem bonam concipimus. *Steph.*

*res hic adeſtis, o) admonete quamprimum illum trophaeorum, quae pluri-
ma aduerſus barbaros, Seuero atque Antonino parente meo ducibus, ex-
citaſtis: quibus autem aetas integra eſt, laudem hanc imprimis ac glo-
riam concupiſcite, vt intelligant omnes ſcire vos non ſolum pacem man-
ſuete ac reuerenter colere, verum etiam, quum res poſtulat, fortiſſime
praeliari. Quippe barbari vt cedentibus detrectantibusque acriter in-* 13
ſtant; ita repugnantibus minime reſiſtunt. Neque enim illis collata 14
*acies ſpem victoriae pollicetur, ſed excurſibus fugaque vtentes, lucrari
ſe demum putant quae ſcilicet rapuerunt: at nos quum omnia compoſita* 15
ordinataque habeamus, tum illos vincere ac profligare ſemper didicimus.

IV.

Talia quaedam loquutum Alexandrum alacri vociferatione milites
exceperunt, ac ſe promptiſſimos ad bellandum oſtenderunt. Il- 2
le, diuiſo largiter ſtipendio, iubet ad iter accingi: mox ad eam fer- 3
me ſententiam loquutus in ſenatu, diem diſceſſui praeſtituit. Quae
vbi aduenit, p) ſacris *diſceſſus cauſa* de more peractis, deducente
ſenatu populoque vniuerſo, Roma proficiſcitur, reſpectans *vrbem*
identidem, ac lacrymans. Sed neque popularium quisquam fuit 4
q) qui ſiccis oculis adſpexerit abeuntem. quippe omnem multitudi-
nem ſui cupidam habebat, educatus r) ab ipſis, imperioque tam
multos annos modeſtiſſime adminiſtrato. Caeterum feſtinato itinere, 5
quum Illyricas etiam gentes exercitusque luſtraſſet, magnis inde
quoque viribus collectis, Antiochiam contendit. In ea ciuitate quae
belli vſus poſtularet diligenter comparabat, exercendis etiam militi-
bus ac caeteris bellicis muneribus pertractandis intentus. Viſum 6
igitur illi eſt legationem iterum mittere ad Perſarum regem, quae de
pace amicitiaque cum illo ageret. Nam quum ipſe iam afforet,
minime deſperabat aut perſuaſurum quae vellet, aut certe perterre-
facturum. Enimuero barbarus Romanos oratores re infecta domum 7
remiſit: ipſe quadringentos e ſuis proceritate inſignes, veſtituque
eleganti auroque exornatos, equis atque arcubus conſpicuos, lega-
tos ad Alexandrum mittit, perterritum iri Romanos putans adſpectu
illo cultuque Perſarum. Legationis eius haec erat ſententia: *Iubere* 8
*magnum regem Artaxerxem, Romanos eorumque principem Syria omni,
Aſiaque quaecunque ex aduerſo Europae ſita eſt, decedere: ſinere Per-* 9
*ſas Ionia Cariaque tenus dominari, omnibusque iis regionibus quas mare
Aegaeum, Pontusque diſterminat: s) eſſe enim illa Perſarum poſſeſſiones
a maioribus acceptas.* Haec afferentes legatos t) quadringentos com- 10
prehendi Alexander iubet: omnique adempto cultu in Phrygiam re- 11

o) in memoriam vobis reuocate tropaea, quae ſaepe aduerſ. b. *Steph.*

p) ſacris, quae diſcedentibus conſueta ſunt, peractis. *Steph.*

q) qui ſine lacrymis illum deduxerit. *Steph.*

r) ſub ipſis, Gr. *Sylb.*

s) eas enim auitas eſſe Perſarum poſſeſſiones, *Memm.*

t) Vulg. libri habent *quadraginta:* ſed *quadringentos* agnoſcit etiam Zonaras; vt Ioann. Hartungus adnotauit Decur. 3. c. 2. *Sylb.*

legat, vicis agrisque conceſſis quos colerent: contentus hoc ſuppli-
12 cio interdicti in patriam reditus. quippe occidere nefarium facinus, minimeque virile arbitrabatur, neque in acie captos, et ſui regis
13 mandata exequutos. His ad hunc modum peractis, comparante iam ſe vt fluuios transgrederetur Alexandro, ac Romanorum exercitum in barbarorum agros deduceret, defecerunt ab illo milites nonnulli, ex Aegypto acciti. neque non in Syria quoque res nouas contra imperium moliti alii: ſed vniuerſi tamen oppreſſi ſtatim, ſupplicio-
14 que affecti ſunt. Quosdam etiam exercitus in regiones alias transtulit Alexander, vt inde barbarorum incurſiones facilius arcerentur.

V.

Quibus ordinatis rebus, magnoque iam coacto exercitu, quumprimum ſe haud imparem fore aduerſariorum copiis credidit, de amicorum ſententia milites trifariam diſtribuit; ſic vt vnam partem
2 iuberet, ſpectantem ad ſeptentriones, facere iter per Armeniam (quae regio amica Romanis videbatur) atque illinc Medorum fines
3 incurſare: alteram idem ad *v*) ſeptentrionem, per barbarorum agros contendere, vbi confluentes Tigris et Euphrates, denſiſſimis paludibus excipi, atque ob id eorum *duntaxat fluuiorum* latere egreſſus di-
4 cuntur: tertiam porro exercitus partem ipſe adducturum ſe aduerſus
5 barbaros medio iam itinere pollicebatur. Ita enim putabat, diuerſis itineribus imparatos eos, ac ſic nec opinantes oppreſſurum, Perſarumque copias, ſemper ingruentibus Romanis occurſantes, diſtractum iri, atque imbecilliores futuras minusque ordinate praelium
6 ſuſcepturas. (Neque enim mercenario milite vtuntur barbari, quemadmodum Romani conſueuerunt: neque ſtatiuis caſtris exercitus ha-
7 bent, qui bellorum actibus exerceantur: ſed omnis multitudo virorum, *x*) nonnunquam autem mulierum quoque, regis congregatur
8 imperio, quae mox bello peracto, ſuas protinus in ſedes dimittitur: ea demum praemia belli referens quae cuique ex rapina ſuperfuerint.
9 Arcubus autem et equis non in praelio tantum more Romanorum vtuntur, ſed a pueritia vsque enutriuntur vna, venatu inuigilantes, pharetratique ſemper ac nunquam ex equis deſilientes, ſiue bellum
10 gerant, ſiue feras conficiant.) *y*) Sed hoc Alexandri conſilium, etſi longe optimum prima ſpecie videbatur, ſtatim tamen fortuna deſti-
11 tuit. ſiquidem exercitus contendere per Armeniam iuſſus, vix aegreque ſuperatis eius regionis aſperrimis praeruptiſſimisque montibus, (quanquam aeſtas tolerabilius iter faciebat) impetu in Mediam facto,
12 vicos concremauit, praedamque abegit. At rex Perſarum intellecta re, confeſtim quam maximis potuit copiis auxilio adfuit. Caeterum arcere illinc Romanos minime poterat. quippe aſpera regio, pedi-
13 tibus quidem ſtabilem greſſum facilemque tranſitum praebebat: at barbarorum equitatus, montium aſperitate, et curſum difficiliorem

v) ad ſeptentrionales barbarici ſoli partes ſpectantem, Gr. *Sylb.*

x) nonnuſquam ſ. alicubi, *Memm.*

y) Optimum igitur Alexander conſilium inierat, vt quidem putabat: ſed eius deliberationem fortuna intercepit. *Steph.*

et iter habebat impeditius. Nuntiatum dein *Persarum* regi est, 14
z) exercitum alterum Romanorum, Parthorum in agros, qua ad orientem spectant, impetum fecisse. Quare metuens ne Parthis fa- 15
cile superatis, mox in Persiam grassarentur, relictis copiis quantae ad tuendam Mediam satis fore videbantur, ipse cum toto exercitu ad orientis partes accelerabat. Caeterum exercitus Romanus, com- 16
parente ac repugnante nullo negligentius iter faciebat, ratus Alexandrum cum tertia parte copiarum quae maximae valentissimaeque forent, in medios incurrisse barbaros. Itaque zz) restitantibus illis, atque ob id exercitum retentantibus, minime sibi properandum putabant, vt qui se tutos crederent: praestituto antea loco, in quem pa- 17
riter vniuersi a) cum praeda abacta, captiuisque omnibus, conuenirent. Sed eos Alexander fefellit: neque enim aut ipse venit, aut 18
exercitum adduxit, incertum metune proprio, ne ipse imperium tuendo vita periclitaretur, an quia mater retinuerit, muliebri pavore et charitate filii nimia. Siquidem omnes illius generosos spiritus 19
retundebat, b) suadens alios potius periculis exponeret, quam ipse in acie consisteret. Quae res exercitum Romanum fines barbarorum ingressum, plane c) prodidit. Etenim Persarum rex omnibus copiis 20
occurrens imparatis, minimeque expectantibus, quasique intra retia d) vndique concludens, *et sagittis petens* omnem Romanorum exercitum profligauit. Quippe pauci plurimis resistere haud poterant, semperque nudas corporis partes armis aduersus impetum sagittarum protegebant: satis praeclare agi secum existimantes, si nulla edita pugna integri recessissent. Sed quum aliquandiu confertim clypeis 21
sese quasi muro circumsepsissent, atque omnes vndique velut vrbs aliqua oppugnarentur consauciarenturque, tandem vbi diu fortiter restiterant, occidione occiderunt. Ingens haec calamitas, et qualis nulla 22
facile memoratur, e) Romanis incidit, amisso ingenti exercitu, vel fide vel robore cuilibet antiquorum exercituum conferendo: Persam vero 23
fastu et maiorum spe rerum impleuit tantarum successus rerum.

VI.

Quae vbi nuntiata Alexandro sunt, grauissime tunc aegrotanti, siue ex moerore animi, siue insolentia caeli, cum ipse tulit molestissime, tum exercitus omnis grauiter imperatori succensebat. Quippe ipsius mendacio, minime signis seruatis, proditos ab eo suos milites dictitabant. Caeterum Alexander, morbi caelique illius ac- 2

z) alium Rom. exercitum in parte orientali Parthiae conspici, et in planitiem incursionem facere. *Steph.*

zz) illis infesto exercitui semper obnitentibus, *Memm.*

a) captis omnibus obuiis atque in medio positis conuenirent, *Memm.*

b) persuadens oportere alios pro ipso periclitari, non autem ipsum in aciem prodire. *Steph.*

c) Pol. puto scripsisse *perdidit*, quod verbum et loco aptum est, et Graecae voci plane respondet. *Steph.*

d) vsquequaque circumdans, *Memm.*

e) Romanorum fortunas retroegit, Budaeus. *Sylb.*

ſtuoſi impatiens, laborante pariter omni exercitu, maximeque Illy-
ricianis, qui humido hybernoque caelo inſueti, largiusque cibum
3 more ſuo capientes, lethaliter aegrotabant: redire Antiochiam con-
ſtituit *f*) accitis etiam eo militibus, qui montium tamen atque hye-
4 mis aſperitate *g*) attriti, pauciſſimis tantum reliquis, perierant. Co-
pias autem quas ſecum Alexander habebat, Antiochiam reduxit, mul-
tis inde quoque amiſſis. Quare magnum exercitui moerorem, ma-
gnum Alexandro dedecus ea res attulit: quum ſcilicet omnibus locis
fortuna illius conſilium fefellerit. Siquidem plurimi e triplici illo
exercitu (ita namque *h*) diſtribuebat) deſiderati ſunt, diuerſis calami-
5 tatibus, morbo, ferro, frigore. Vt vero Antiochiam peruenit Ale-
xander, facile et ipſe conualuit, ſpiritu illo caeli, et aquarum ab-
undatia poſt aeſtuoſos Meſopotamiae calores refectus, et milites vni-
verſos recreauit, conſolatus etiam moeſtitiam illorum pecuniis elar-
6 giendis. id enim ſolum valere ad *i*) conciliandos militum animos ar-
7 bitrabatur. Copias autem inſtaurabat, comparabatque de integro,
quaſi iterum in Perſas exercitum deducturus, ſi moleſti eſſe perge-
8 rent, neque ab iniuria deſiſterent. Sed et Rex Perſarum dimiſiſſe
9 milites ſuam quemque domum nuntiabatur. nam quamuis bello ſu-
periores fuiſſe barbari viderentur, tamen praeliis crebris in Media
Parthiaque geſtis pars ceciderant, alii attriti et ſaucii ſuperfuerant.
10 *k*) Neque enim ſegniter Romani deuicti, ſed ipſi quoque interdum
exitioſi hoſtibus: nullaque adeo re magis perierunt quam quoniam
11 pauciores deprehenſi. Nam quum fere par vtrinque numerus ceci-
diſſet, reliquiae illae barbarorum non quidem fuiſſe viribus ſuperio-
12 res, ſed numero, videbantur. *l*) Cuius rei argumentum eſt, quod
t r i e n n i o mox aut q u a d r i e n n i o barbari nequaquam arma re-
13 ſumpſerunt. Quibus intellectis Alexander Antiochiae commoraba-
tur, hilariorque iam et liberior, laxatis bellorum curis, vrbis eius
deliciis indulgebat.

VII.

Enimuero putante illo *m*) tum quieturos Perſas, aut ſane multum ſpatii moraeque interceſſurum priusquam exercitum de integro

f) reuocato etiam e Media exercitu, *Memm.*

g) Longe alia eſt vocis Graecae ἠκρωτηριάσθησαν ſignificatio: adeo vt intelligendum ſit, illos partes extremas corporis prae frigore amiſiſſe. *Steph.* Ita enim fere Graeca ſonant: *Ille* igitur exercitus reuertens, maxima ex parte in montibus interiit: nec pauci extremis corporis partibus frigore mutilati ſunt, vt in regione, hiematu difficili: ita vt e multis perpauci ſint reuerſi. *Sylb.*

h) Aptius *diſtribuerat*, vt etiam Pol. ſcripſiſſe puto. *Steph.*

i) reconciliandos, *Memm.*

k) Non enim nullo fortitudinis ſpecimine edito perierunt Romani: ſed ipſi viciſſim hoſtibus alicubi magnam cladem intulerunt. Neque aliud in cauſa fuit, cur perirent, quam quod multitudine impares fuerunt deprehenſi. *Steph.*

l) Magnum autem cladis barbarorum eſt arg., quod triennio poſt aut q. *Steph.*

m) Perſas ita ſe habere, vt qui-

cogerent, haud facile, quum semel dissipatus est, in vnum coëun- 2
tem, (vtpote incertum atque inordinatum, vulgusque potius quam
exercitum, tantumque commeatum habentem quantum sibi vnus- 3
quisque ad praesentem vsum domo attulisset, praeterea aegre filios 4
vxoresque et sedes proprias relinquentem) statim nuntii literaeque 5
ab Illyricis procuratoribus adfuerunt, qui eum vehementer pertur-
barent, curamque animo maiorem iniicerent. quippe significabant:
Germanos Rhenum Danubiumque transgressos, Romanos in fines hostili- 6
*ter intrasse, oppugnareque iam exercitus ripis insidentes, perque vrbes
et vicos magnis copiis excurrere. Quapropter haud leuiter Illyricas
nationes conterminas vicinasque Italiae periclitari: opus esse igitur
ipsius praesentia, totoque quantum secum exercitum haberet.* Haec et 7
formidinem Alexandro, et Illyricis militibus moestitiam attulerunt.
quippe duplici se calamitate vsos intelligebant, quod et ipsi male
accepti in acie aduersus Persas fuerant, et suos domi caesos a Ger-
manis audiebant. Quare indignabantur atque *n*) Alexandro succen- 8
sebant, tanquam res in oriente prius vel metu vel negligentia pro-
didisset: nunc autem rebus ad septentrionem vocantibus, metu cun-
ctaretur. Erant autem Alexander iam atque amici illius etiam de 9
ipsa Italia solliciti. neque enim par periculum a Persis atque a Ger-
manis impendebat. Nam qui sub orientem habitant, magno terra- 10
rum marisque interuallo discreti, Italiae vix nomen audiunt: at Il-
lyricae gentes, angustae videlicet, neque multum agri Romanis
subiecti possidentes, solae discrimen faciunt inter Italiam atque Ger-
maniam. Edicit itaque profectionem ingratis atque aegre ferens, 11
sed vrgente tamen necessitate. Relictis autem copiis quantas fore
satis tuendis Romanis ripis arbitrabatur, castrisque et castellis dili-
gentius communitis, ac praesidio firmatis, ipse aduersus Germanos
cum reliqua omni multitudine approperat. Confectoque celeriter 12
itinere, constitit ad Rheni ripas, atque ibi res ad bellum *Germani-
cum* necessarias comparabat. Pontemque primo iunctis inter se na- 13
vigiis fecit in Rheno flumine, vt per eum exercitus transgrederen-
tur. quippe hi maximi fluminum sub septentrione feruntur, Rhenus 14
ac Danubius: quorum alter Germanos, alter Pannonios prae-
terfluit. Atque aestate quidem nauigabiles, altissimo latissimoque 15
alueo, per hyemem dein concreti gelu, camporum in morem per-
equitantur. *o*) Est autem adeo eius aluei solida glacies, vt non 16
equorum vngulis tantum pedibusque virorum subsistat, sed qui hau-
sturi inde sunt, non tam vrnas aut vasa alia secum afferant quam
secures ac dolabras, vt caesam inde aquam sine vase vllo, veluti la-
pidem, asportent. haec igitur illorum amnium natura est. Alexan- 17
der autem Mauros complures, ac vim ingentem sagittariorum, quos

dem non tanquam in pace quiescerent, sed illis barbaris, induciis saltem et aliqua cunctatione opus esse, antequam rursus exercitum immitterent, *haud fac.* Sequor autem in hac interpretatione meam emendationem, v. Annot. *Steph.*

n) Alexandrum incusabant, *Memm.*

o) quod que dudum flumen fuerat, adeo rigidum solidum que fit, vt n. Gr. *Sylb.*

ſecum ex Oriente adduxerat, partim ex agro Oſrhoënorum, partim
e Parthia transfugas, pecuniaue illectos, aduerſus Germanos inſtrue-
18 bat. Quippe huiuscemodi milites maxime Germanos infeſtant: quum
et Mauri longius iacula intorqueant, ſintque faciles ad incurſus re-
curſusque, vtpote leues atque expediti, et ſagittarii nuda Germa-
norum capita praegrandiaque illa corpora facile eminus, veluti ſi-
19 gnum aliquod, contingant. Nonnunquam vero etiam collata acie
res gerebatur, ex qua Germani perſaepe haud impares Romanis abi-
20 bant. Quum in his Alexander verſaretur, decreuit tamen orato-
21 res ad illos de pace mittere, qui pollicerentur omnia illis principem
Romanum quorum foret opus praebiturum, pecuniasque daturum
magna copia. Sunt enim Germani pecuniae imprimis auidi, nun-
22 quamque non auro pacem Romanis cauponantur. Quare Alexander
pacem foederaque potius ab illis emercari quam periclitari bello ten-
23 debat. Caeterum miles Romanus iniquo animo ferebat, fruſtra ſe
tempus terere, nulla occaſione fortiter quicquam animoſeque geren-
di, intento aurigationibus (vt aiebant) ac deliciis Alexandro:
quum contra oporteret vindicare potius Germanos, poenasque ab
iis exigere audaciae.

VIII.

Erat autem in exercitu *quidam, nomine p*) Maximinus, e quodam
Thraciae, et quidem intimae, vico (*vt ferebatur*) ſemibarbarus
2 homo, et qui a pueritia opilio fuiſſet: dein vigente aetate, ob cor-
3 poris proceritatem viresque ingentes, equo ſtipendia fecerat: po-
ſtremoque, fortuna quaſi manuducente ac praeuia, quum per omnes
militiae gradus adſcendiſſet, etiam ad exercituum prouinciarumque
4 praepoſituras euaſerat. Hunc igitur Maximinum, ob eam quam ſu-
pra diximus rei militaris peritiam, tyronibus vniuerſis Alexander
praefecerat, quos ad militiae munera exerceret, atque ad bellandum
5 idoneos redderet. Qui quum in eo negotio nihil ſibi ad omnem di-
ligentiam reliqui faceret, maximam ſcilicet a cuncto exercitu gratiam
inibat, non ſolum quae gerenda forent aſſidue edocens, ſed ipſe et-
iam primus obiens quae vſus poſceret: vt non diſcipulos tantum,
6 ſed aemulos etiam atque imitatores haberet ſuae virtutis: quos etiam
muneribus omnique genere honorum ſibi adiungebat. Quapropter
adoleſcentes, quorum bona pars ex Pannonia erat, laeti virtute Ma-
ximini, vulgo obtrectabant Alexandro, quod ſub matris autoritate
adhuc eſſet, *q*) nihilque non ex arbitrio conſilioque illius admini-
7 ſtraret, bellumque ſegniter et timide gereret: *r*) ferentes identidem
ſermonibus inter ſe, quantum detrimenti cunctatione illius in Ori-
ente accepiſſent, nihilque adhuc fortiter ac viriliter geſtum aduer-

p) Max., qui, quod ad genus attinet, ex intimis Thracibus et ſemibarbaris erat, ex quodam vico, vt ferebatur: ac prius quidem in pueritia paſtor fuerat: dein — *Steph.*

q) res que omnes ex arbitrio conſilio que mulieris adminiſtrarentur. *Steph.*

r) atque alii aliis in memoriam reuocabant, quantum — *Steph.*

sus Germanos. Quare et suapte natura proni ad res nouandas, et 8
tam longum principatum grauati, minus iam lucrosum, omni s) ambitione pridem consumpta: tum sperantes alterum mox principem, adepto praeter expectationem imperio, plus aliquantum vtilitatis honorumque ipsis ac studii delaturum: decreuere Alexandrum ob- 9
truncare, ac Maximinum vocare augustum, commilitonem videlicet et contubernalem, praetereaque rei militaris peritia maxime praesenti bello idoneum. Quum igitur frequentes in campum conue- 10
nissent, t) venienti de more ad exercendos tyrones Maximino (dubium, ignaro, an re prius composita) purpuram circundant, imperatoremque salutant. Ille primo reniti, et abiicere purpuram: vt 11
autem nudos intentari gladios a militibus vidit, occisuros nisi cederet minitantibus, futurum quam praesens periculum praeoptans, honorem scilicet recepit, fortunamque illam saepe (vt aiebat) oraculis ac somniis praemonstratam: testatus milites prius, inuitum 12
v) retractantemque se cogi, sed illorum tamen obsequi voluntati. Quamobrem quae ipsis placuerint, re sanciant, sublatisque armis, 13
etiam praeuento rumore, Alexandrum iam rei totius ignarum opprimant: x) vt milites illius ac stipatores re subita perterriti, aut spon- 14
te cum reliquis, consentiant, aut certe dum imparati sunt, nihilque eiusmodi expectant, etiam ingratis subigantur. Postea vero quam 15
beneuolentiam omnium atque alacritatem prouocauit, duplicata scilicet annona, ingentique promisso donatiuo, poenisque omnibus ignominiisque remissis, confestim ad Alexandri tabernaculum, quod 16
haud procul abesset, vniuersos educit.

IX.

His ille nuntiatis, vehementer rei nouitate perturbatus atque exterritus, prosilit e tabernaculo, vesano similis, lacrymansque et tremens, nunc Maximinum perfidum ingratumque vocare, enumeratis quaecunque in illum beneficia contulisset: nunc y) tyrones 2
accusare, qui neglecto sacramento, adeo proteruiter id facinus auderent: postremo autem polliceri daturum se quae vellent, emendaturumque z) siqua desiderarent. Sed milites, qui eum tuebantur, 3
faustis a) impraesens acclamationibus prosequuti, defensuros eum cunctis viribus affirmabant. Nocte autem exacta, quum iam 4
lucesceret, nuntiantibus quibusdam adesse Maximinum, pulueremque haud procul excitatum videri, ac voces magnae multitudinis

s) ambitiosa liberalitate, *Memm.*

t) venienti ad consueta exercitia *Maximino.* Sed Pol. quaenam illa fuerint, exponit, ex iis, quae Herodianus paulo ante narrauit. *Steph.*

v) q. c. retrect. *Sylb.*

x) vt, terrore militibus eius ac stipatoribus iniecto, eos ad assensum adducant, aut facillime ad hoc adigant, vtpote imparatos, quod nihil eiusmodi exspectent. Postea — *Steph.*

y) iuuenes commilitones *accusare.* Sic fortassis Alexander eos solitus erat appellare. *Steph.*

z) si qua essent, de quibus quererentur. *Steph.*

a) illo die, *Memm.*

exaudiri: rurfus in planitiem egreffusAlexander, conuocare milites, ro-
gare, vt fe defenderet,tuerenturque eum quem ipfi educauiffent,quoque
5 iam quatuordecim annos imperante, fine vlla querela vixiffent: com-
motisque miferatione omnibus, arma capere ac refiftere hoftibus im-
perabat. At milites, etfi *b*) *primo* omnia principi pollicebantur,
6 paulatim tamen alii *c*) alio dilabebantur. Quidam etiam praefectum
praetorii atque Alexandri familiares ad fupplicium depofcebant, or-
7 tam ab illis defectionem caufantes. alii matrem ipfius accufabant,
auaram foeminam, et quae pecuniis congerendis, ob fordes nimias
parfimoniamque erga milites, inuifum cunctis Alexandrum reddide-
8 rit. Igitur aliquandiu haec inter fe diuerfi dictitantes, ftabant adhuc
9 tamen: vt vero exercitus Maximini in confpectum venit, atque hor-
tari commilitones coepit, vt mulierem fordidam et pufillum adole-
fcentem, etiamnum fub matris feruitio, ftatim d e f e r e r e n t, feque
viro f o r t i proboque aggregarent, commilitoni ipforum, atque
in armis femper bellicisque muneribus verfato: confeftim vniuerfi
ab Alexandro defciuerunt, atque vnanimiter imperatorem Maximi-
10 num confalutauerunt. At ille tremens, atque exanimatus, in taber-
naculum *vix* reuertitur, matrique implicitus, et (vt aiunt) conque-
rens atque incufans quod ob illam talia pateretur, expectabat inter-
11 fectorem. Maximinus autem, poftquam eum exercitus vniuerfus
auguftum appellauit, tribuno et centurionibus aliquot negotium dat,
Alexandri, matrisque vna, et quicunque vim contra facerent, occi-
12 dendorum. Qui facto impetu in tabernaculum, ftatim ipfum cum
matre amicisque et honoratiffimo quoque, obtruncant, exceptis qui
d) paulo ante fuga fibi ac latebris confuluiffent: quos tamen vniuer-
fos haud multo poft comprehenfos Maximinus ipfe morte affecit.
13 Hunc finem habuit vitae Alexander, vna cum matre, quum annos
quatuordecim fine vlla fubiectorum querela, atque adeo fine fangui-
14 ne, imperaffet. Siquidem a caedibus et crudelitate abhorrens, ne-
minem nifi iudicio damnatum perire patiebatur: ad humanitatem
15 *e*) videlicet ac beneuolentiam propenfus. Quapropter nifi filium
mater auara ac fordida infamaffet, nihil plane defiderari in illius gu-
bernatione imperii potuiffet.

LIBER SEPTIMVS.

I.

Qualem fe gefferit Alexander quatuordecim annorum imperio, *et quem*
2 *vitae finem habuerit*, fuperiore volumine expofuimus. Interea
Maximinus rerum potitus, mutata vehementer rerum conditione, afpere
3 fērociterque adepta poteftate vtebatur, fic vt ex molli manfuetoque im-

b) Sylb. ed. „etfi omnia *prin-cipi* poll.“ pro quo nomine *prin-cipi* Meminius modo „*principio*“ fubiecit. *Irm.*

c) q. c. alia *Sylb.* in ablat. fcil. via. *Irm.*

d) paulisper, *Memm.*

e) ac beneficentiam propenfus. Omni igitur ex parte laudatum fuiffet Alexandri imperium, nifi ob matris auaritiam et fordes male audiffet. *Steph.*

perio, ad tyrannidis crudelitatem vertere omnia contenderet. Nam quum
se inuisum hominibus cognosceret, quod primus ex infimo loco ad eam
fortunam peruenisset: praeterea moribus perinde vt genere barbarus, 4
patrioque instituto caedis auidissimus, ad id potissimum dabat operam, vt
imperium sibi saeuitia constabiliret: scilicet metuens ne senatui reliquis 5
que omnibus Romanae ditionis hominibus contemptibilior fieret,
dum non tam in eo praesens fortuna quam natalium obscuritas spe-
ctatur. Quippe iam id tritum vulgatumque apud omnes, opilionem 6
fuisse in Thraciae montibus: dein corporis vastitate ac robore inter
eius regionis tenuissimos milites adscitum, quasique manuductum a
fortuna ad Romanum imperium. Quare omnes confestim amicos 7
consiliariosque Alexandri a senatu lectos *f*) sustulit e medio,
partimque Romam dimisit, partim, administrationem rerum causatus,
officio priuauit. Id eo consilio fecit, vt solus esset in exercitu, ne- 8
minemque prope se haberet ex conscientia nobilitatis potiorem, sed 9
velut ex arce quadam *g*) citra vllius reuerentiam, tyrannidis operi-
bus vacare posset. Omniaque Alexandri ministeria, quibus ille per 10
tot annos vsus fuerat, ex aula eiecit: plurimis etiam interfectis, quod
insidias videlicet suspectaret, quando omnes illius interitu moestos esse
intelligebat. Caeterum magis magisque crudelitatem irritauit con- 11
iurationis cuiusdam in se delatio, conspiratis in vnum centurionibus
permultis, omnique senatu Romano. Magnus erat quidam nomine, 12
vir patricius et consularis, qui delatus imperatori est quasi manum
contra ipsum compararet, ac militibus persuaderet, vt *h*) ad se im-
perium transferrent. Consilium autem huiuscemodi fuisse putatur. 13
Pontem construxerat Maximinus supra flumen, qua aduersus Germa-
nos transiret vt enim primum summam rerum suscepit, statim bel- 14
lica facinora affectauit. Siquidem, *tanquam* ob immanem corporis
staturam et militare robur ac peritiam pugnandi adscitus ad imperium,
re ipsa famam confirmare atque opinionem militum tendebat: vt
metum illum atque cunctationem Alexandri in praeliis capessendis
iure improbatam fuisse coargueret. Quare nihil sibi ad exercendos 15
milites reliqui faciebat, et cum ipse in armis assiduus erat, tum exer-
citum vehementer adhortabatur. Sed tum constructo (vt diximus) 16
ponte, transire in Germaniam statuerat. Caeterum Magnus
haud sane paucis militibus, sed qui virtute caeteros ante-
irent, atque iis potissimum quibus custodia pontis curaque fue-
rat demandata, persuasisse dicebatur, vt simulac Maximinus in alte-
ram ripam peruasisset, ponte *i*) abscisso redituque intercluso, barba-
ris eum proderent. Siquidem tanta erat amnis illius profunditas ac 17
latitudo, vt irremeabilis fore videretur, nullis praesertim nauigiis in
aduersa ripa. *k*) Talia scilicet sermonibus ferebantur: incertum ve- 18

f) Hic ἀπεσκευάσατο non videtur esse *sustulit e medio*; nec ea, quae sequuntur, hanc interpretationem videntur admittere. *Steph.* Commodius fortasse *summouit*, amolitus *est*. *Sylb.*

g) quum nullus adesset, cui reuerentiam tribuere necesse haberet, tyrann. *Steph.*

h) ad ipsum *imper.* Nam illud de militibus potius intelligeretur. *Steph.*

i) soluto, *Memm.*

k) Accusationis fama talis fuit,

19 ro, an composita fraude. neque enim facilis sententia, parum ex-
20 plorata re, citraque iudicium aut defensionem vllam correptis inter-
21 fectisque omnibus quoscunque suspicio attigerat. Sed et militum
Osrhoënorum defectio nonnulla oborta est. Nam quum magnopere
indoluissent Alexandri nece, ac forte fortuna in quendam ex illius
amicis, cui nomen Quartino fuit, paulo ante e castris a Maximino
dimissum, incidissent, correptum atque retractantem, neque tale
quippiam cogitantem, ducem sibi delegerunt, purpuraque eum
praelatoque igni, (funestis scilicet honoribus) condecoratum nihilque
22 minus optantem, ad imperium protulerunt. Qui tamen haud diu
post in tabernaculo dormiens, a contubernali quodam suo, et (vt
credebatur) amico, per insidias occiditur. Macedonio nomen fuit,
qui et antea Osrhoënis praefuerat, et nunc primus eisdem autor fue-
23 rat deficiendi a Maximino. Quumque nulla subesset odii aut inimi-
citiarum causa, tamen eum occidit, quem ipsemet corripuerat, at-
que ad suscipiendum imperium perpulerat. Sed enim magnopere
tunc gratum se Maximino facturum putans, abscissum Quartino caput
24 dono obtulit. Verum Maximinus, quamuis eo facinore laetus, gau-
densque praereptum sibi hostem, tamen illum, haud modica spe-
rantem, putantemque sibi insignem gratiam relatum iri, extremo
supplicio affecit, ceu defectionis autorem, interfectoremque eius cui
facinus inuito persuaserat, atque infidum homini, quem antea pro
25 amicissimo habuisset. Huiusmodi igitur causae magis magisque ani-
mum exasperabant Maximini, atque ad saeuitiam exacuebant, etiam
26 antea sua sponte crudelissimum. Caeterum adspectu quoque erat
horrendus, vasto atque immani corpore, vt nemo illi, vel exercita-
tissimorum Graecorum, vel pugnacissimorum barbarorum, conferri
posset.

II.

His ita dispositis rebus, collecto exercitu omni, ac ponte intre-
2 pide pertransito, bellum Germanis intulit. Sequuti illum magna
vis mortalium, ac pene omnes barbarorum copiae: *l*) adhaec Mauri
iaculatores sagittariique quamplurimi. Praeterea Osrhoëni et Arme-
3 nii: quorum hi, Romanis subiecti, illi in amicitiam fuerant societa-
temque adsciti. tum siqui ex Parthis aut *m*) pecunia conducti, aut
4 transfugae, aut item capti bello, Romanis seruiebant. Haec autem
multitudo coacta ab Alexandro prius, aucta dein atque *in rebus bel-*
5 *licis* exercita a Maximino fuerat. Caeterum iaculatores sagittariique
gerendo aduersus Germanos bello magnopere idonei videntur. si-
quidem expediti hostem opprimunt incautum, facileque rursus in

seu vera, seu a Maximino conficta. Non facile est autem aliquid certi dicere: quoniam de illa inquisitio non fuit habita. nullo enim in iudicium vocato, nullique dato sui defendendi spatio, quoscunque suspectos habebat, repente correptos, immisericorditer interfecit. *Steph.*

l) Maurusiorum iaculatorum et sagittariorum numerus maximus, Osrhoënorum que et Armeniorum, Gr. *Sylb.*

m) pecuniis inducti et transf. *Memm.*

tutum ſe recipiunt. At vero Maximinus hoſtilem ingreſſus agrum, 6
diu nemine, qui reſiſteret, inuento (quippe omnes abſceſſerant bar-
bari) regionem illorum depopulabatur, maturis iam ſegetibus, vi- 7
cosque omnes incendendos diripiendosque militibus tradebat. *n*) Sunt
autem vrbes aedificiaque illa maxime incendiis obnoxia. Rara *enim* 8
apud Germanos ſtructura e lapide ac lateribus coctilibus: denſisque
potius ſyluis, quorum confixis coagmentatisque lignis, quaedam
quaſi tabernacula aedificant. Igitur Maximinus in eam regionem 9
longe lateque graſſatus, populatis ſegetibus, omnique pecore captiuo
militibus permiſſo, nullos adhuc hoſtes inuenerat. Siquidem cam- 10
peſtres regiones, locaque ab arboribus pura deſeruerant, atque intra
ſyluas et paludes delituerant, vt inde praeliare.. ır atque eruptionem
in hoſtem facerent. Etenim denſitas illa arborum ſagittis iaculisque 11
hoſtium allatura impedimentum, et paludum altitudo periculoſa Ro-
manis locorum ignaris, ipſis autem facilis expeditaque fore videbatur,
non ignaris quae vsquam peruia, quae inuia, et genuum tenus quo-
tidie per illas diſcurſantibus. Sunt autem *o*) Germani peritiſſimi na- 12
tandi, vt qui tantummodo in fluminibus lauentur. In huiuscemodi 13
igitur locis pugna inita, vbi etiam Imperator ipſe Romanus fortiſ-
ſime praelium inchoauit. Nam quum ad ingentem quandam vaſtam- 14
que paludem ventum eſſet, intra quam Germani fuga ſe receperant,
verentibus Romanis eodem hoſtes inſequi, primus Maximinus equo
paludem ingreſſus, quum quidem etiam ſupra aluum equus voragine
hauriretur, magna vi repugnantes barbaros contrucidauit. Quare 1
exercitus reliquus pudore inſtinctus, ne prodere pugnantem pro ſe impe-
ratorem videretur, auſus et ipſe eſt paludem ingredi. multique vtrinque
ceciderunt: ita tamen, vt nullus pene barbarorum fuerit reliquus,
dimicante inſigniter Romano principe. Quare et ſtagnum cadaueri-
bus oppletum, et palus ſanguine confuſa, *p*) pedeſtris praelii naua-
lem faciem praeferebat. Hanc igitur pugnam ſuaque ipſius fortia 16
facinora non ſolum per literas ſenatui populoque Romano ſignifica-
vit, ſed etiam depictam maximis imaginibus ante curiam publicauit:
vt non tam audire quae geſta forent, quam etiam ſubiicere oculis
Romani poſſent. Eam tabulam deinde vna cum reliquis illius hono-
ribus ſenatus ſuſtulit. Fuere item alia praelia quibus omnibus ipſe 17
manu pugnam capeſſens, ac fortiſſime dimicans, exſplendeſcebat.
Multisque captiuis atque ingenti abacta praeda, inſtante hyeme in 18
Pannoniam reuerſus eſt: intraque vrbem Sirmium (quae maxima 19
omnium eius regionis habetur) in hybernis agens, ad vernam ſeſe
expeditionem comparabat: identidem minitans (id quod etiam prae- 20
ſtiturus videbatur) exciſurum ſubacturumque Oceano tenus omnes
Germaniae barbaras nationes.

n) Facillime autem ignis eorum vrbes atque domicilia depaſcitur. Lapidum enim apud illos aut laterum coctilium eſt penuria: ſed denſas habent ſiluas: ideo que lignis quum abundent, ea componentes et compingentes, ſibi tabernacula aedificant. *Steph.*

o) et natandi peritiſſimi Germani, *Memm.*

p) i. e. pedeſtri exercitus praelio ſpeciem pugnae naualis praefeferebat. *Steph.*

III.

Talis vtique fuit in bellicis negotiis: maximam rebus gestis clari-
tudinem adepturus, *q)* nisi grauior multo suis ac truculentior
2 (quam ipsis) fuisset (hostibus). Quo enim barbaros interemptos, si
longe plures in ipsa vrbe Roma subiectisque nationibus caedes ede-
3 bantur? Quid praedam aut captiuos abactos proderat, si suis fortu-
4 nis Romanae ditionis mortales quotidie dispoliabantur? Quippe
omnis non modo libertas, sed instigatio quoque delatoribus permissa,
vt circumuenire quos vellent, renouareque etiam (si ita visus posce-
ret) vsque a progenitoribus ignota atque indeprehensa ad eam diem
5 crimina liceret. Neque sane delicti alicuius quisquam arcessebatur,
quin idem continuo reus perageretur, ac censu fortunisque omnibus
6 expelleretur. Itaque quotidie cerneres, qui pridie opulentissimi
7 fuissent, eos nunc emendicare stipem. tanta videlicet tyrannidis
auaritia incesserat, assiduas erga militem largitiones obtendentis.
Erant praeterea illius aures omnibus calumniis patulae, sic vt nullius
8 vel aetatis vel dignitatis rationem haberet. Igitur complures exer-
citibus aut prouinciis praepositos, consulares triumphalesque viros,
leuissima tenuissimaque calumnia attactos, corripi de improuiso iube-
9 bat, ac sine vllis ministeriis solos vehiculis impositos, die noctuque
iter facere ab oriente aut occidente (si ita cecidisset) itemque a me-
10 ridie in Pannoniam vsque, in qua tunc ipse morabatur. Dein *r)* spo-
liatos omnique ignominia affectos, exilio vel morte puniebat. Quam-
diu igitur *s)* vnus aut alter talia patiebantur, neque ea calamitas ex-
tra ipsorum familiam egrediebatur, non sane magnopere populorum
11 gentiumque interesse videbatur: (siquidem beatorum diuitumque res
aduersae, non solum a plebe negliguntur, sed eis nonnulli etiam
prauo malignoque ingenio, ob inuidiam scilicet potentiorum atque
12 felicium, delectantur) postquam autem Maximinus plurimas illu-
strium virorum familias ad egestatem redegit, leuiora iam illa ac mi-
nora ducens, quam vt ipsius cupiditati satisfacerent, animum ad
13 publicas opes transtulit. Igitur quaecunque pecuniae ciuiles, aut ad
publicam annonam repositae, aut in plebem diuidendae supererant,
tum quae theatris ac celebritatibus seruiebant, vniuersas sibi adiudi-
14 cauit. Adhaec templorum (omnium) donaria, statuaeque deorum
heroumque honores, tum quicquid publici operis aut ciuilis orna-
menti, aut materiae denique fuit nummis idoneae conficiundis,
15 omnia pariter ignibus conflabantur. Quae res imprimis animos mul-
titudinis exulcerauit, quasique luctum publicum effecit, quum citra
pugnam atque arma quasi oppugnationi esse vrbs obnoxia videretur:
sic vt quidam e populo contra resistere, templaque ausi tueri, etiam
cadere ante aras deorum immortalium, quam spectare patriae spolia,

q) nisi domesticis et subditis omnibus grauior terribiliorque fuisset. Quid enim proderat, barbaros interimi, si l. pl. *Steph.*

r) vexatos, *Memm.*

s) Q. i. in nonnullos priuatim haec admittebantur, et intra eorum familiam calamitas haec consistebat, populi ciuitatum et nationes non valde sua interesse putabant. *Steph.*

praeoptauerint. Hinc itaque potiſſimum per vrbes atque nationes 16
popularium animi intumuerunt: ac nec milites quoque ſatis aequo 17
animo ferebant, exprobrantibus inuidioſe conſanguineis atque domeſticis, et *t*) ipſorum culpa talia patrare Maximinum dictitantibus.

IV.

Huiuscemodi igitur cauſae minime profecto leues ad odium ac defectionem populos proritabant. Caeterum votis tantummodo agebant, laeſa implorantes numina, nullo ſcilicet audente profiteri ſe vindicem: donec exacto imperii triennio, exigua leuique occaſio- 2
ne *v*) (vt ſunt lubricae tyrannorum res) primo arma ſumpſerunt rebellaruntque Afri, tali cauſa: *x*) Procurator erat quidam Carthagini, 3
cui nihil ad extremam vel aſperitatem vel ſaeuitiam deerat. Is damnandis iudicio hominibus, exigendisque pecuniis, fauorem principis aucupabatur. ſiquidem Maximinus, quos ſibi factos cogno- 4
ſcebat, eos potiſſimum deligere conſueuerat. Quicunque igitur fiſci rem curabant, ſi modo viri probi forent, (quod perraro eueniebat) aut procuratione exciderant, aut praeſenti periculo conterriti, gnarique illius auaritiae, quamuis inuiti, caeteros imitabantur. Qua- 5
propter Africae procurator, cum pleraque alia violenter factitabat, tum ab adoleſcentibus quibusdam nobilibus atque opulentis damnatione circumuentis, ſtatim exigere pecunias intenderat, patrimonioque illos et auitis bonis exuere. Quibus rebus exacerbati ado- 6
leſcentes, petito trium dierum ſpatio: *y*) conſpirantesque interim in 7
vnum, quicunque graue aliquid vel paſſi fuerant, vel paſſuros metuebant, iubent nocte ex agris iuuentutem cum fuſtibus ac ſecuribus adeſſe. Illi, dominorum imperia exequentes, venere ante lucem 8
vniuerſi in vrbem, celantes ſub veſtibus arma, quae cuique tumultuaria ſe obtulerant. Magna vero vis mortalium confluxere. ſiqui- 9
dem foecundiſſima hominum Africa plurimos tunc etiam agrorum cultores habebat. Vt autem dies iam illuxit, iubent adoleſcentes 10
pone ſequi ſeruorum ſuorum gregem, tanquam ſi e reliqua eſſent

t) propter ipſos talia *p. M.*, nimirum propter inſatiabilem pecuniarum cupiditatem, qua tenebantur. Nam p. praec. dixit, Maximinum ſuae rapacitati aſſiduas erga militem largitiones obtendiſſe. *Steph.*

v) (quales ſunt tyrannidis lapſus) primi arma ſumſerunt conſtanter que rebell. *Steph.*

x) Adminiſtrabat quidam Carthaginenſemregionem acerbiſſime, et cum omni ſaeuitia damnabat iudicio, atque pecunias exigebat: quod bene audire apud Max. vellet. Siquidem Maximinus, quos animo ſuo conuenientes norat, eos deligebat: et qui aerario tunc praeerant, etiamſi viri probi eſſent, (quod raro contingebat) tamen et ipſi, periculum ante oculos habentes, et illius auaritiam ſcientes, caeteros, licet inuiti, imitabantur. Ille quidem certe procurator Africae cum in alios violentia vtebatur, tum vero ab adol. *Steph.*

y) ſed quum, facta coniuratione, omnes, quos nouerant aliquid graue paſſos eſſe, vel metuere, ne paterentur, in ſuam ſententiam pertraxiſſent, iubent — *Steph.*

populi multitudine: neque tamen arma proferre prius, aut vim facere, quam vbi aliquos aut e militibus aut e populo viderint irruere
11 contra se, atque ire vltum facinus quod gesturi mox essent. Ipsi, reconditis intra sinum pugionibus, adeunt procuratorem, tanquam
12 cum eo de persoluendis pecuniis acturi, continuoque nihil tale suspi-
13 cantem neci dedunt. Ibi, exertantibus gladios illius militibus, atque ire vltum volentibus, repente agrestes cum fustibus ac securibus occurrunt, fortiterque pro dominis pugnantes, facile omnes in fugam verterunt.

V.

Ad hunc modum negotio succedente, iuuenes, desperatis semel rebus, vnam sibi reliquam salutem fore arbitrati, si patratum nuper facinus maiore aliquo facinore cumularent, statuunt in communionem periculi rectorem prouinciae assumere, *z*) ac populos ad defectionem solicitare. quod optari iam pridem ab vniuersis cogno-
2 verant, Maximini odio, sed metu prohiberi. Igitur cum omni mul-
3 titudine *a*) nocte intempesta domum proconsulis petunt. Is Gordianus fuit, *b*) proconsulatum sortitus eum, quum annum ageret circiter octogesimum: multarumque ante prouinciarum fuerat rector,
4 atque in maximis spectatus negotiis. Quocirca facile susceptum iri ab illo imperium existimabant, *c*) quasi fastigium aliquod superiorum dignitatum: senatuique et populo Romano gratum futurum principem, qui praeterquam quod erat *d*) illustri ortus genere, etiam per honores plurimos, quasi per gradus quosdam, ad imperii culmen
5 adscendisset. Euenit autem, vt, quo die haec agebantur, domi Gordianus resideret, dilatis laboribus, omnique actu rerum suspenso.
6 Igitur adolescentes, cum gladiis, magna stipante multitudine, proturbatis ianitoribus, impetum in aedes faciunt, eumque supra grab-
7 batum requiescentem offendunt: circumfusique, senem purpura in-
8 duunt atque augustalibus honoribus consalutant. Ille, re subita exterritus, insidiasque et dolum in se compositum ratus, deiicit humi se ex grabbato, obsecrans parcerent seni, a quo nihil iniuriarum ac-
9 cepissent, fidemque principi et beneuolentiam seruarent. Instantibus autem illis, ac nudos manu gladios tenentibus, quum partim metu, partim ignoratione, haudquaquam sciret Gordianus, quid
10 sibi ea res vellet, quaeque subitae fortunae caussa foret, vnus e numero adolescentium, qui et nobilitate et facundia caeteros anteiret, reliquis tacere et paulisper quiescere iussis, dextra capulum

z) totam que gentem, *Memm.*

a) quum iam meridies esset, irrumpunt in dom. pr. *Steph.*

b) forte quidem proconsulatum nactus, sed senex, ac ferme ad octogesimum aetatis annum prouectus; Gr. *Sylb.*

c) finem rebus, a se gestis, imponente, qui velut culmen earum esset: senatumque et pop. Rom. lubenter recepturum esse virum, qui non solum claris esset natalibus, sed etiam a multis praefecturis, quasi continuata serie, ad hanc dignitatem peruenisset. *Steph.*

d) Originem enim paternam ad Gracchos, maternam ad Traianum Imper. referebat. *Memm.*

tenens, in hanc ſententiam verba fecit: *E duobus periculis, quorum* 11
alterum praeſens manifeſtumque, alterum, futurum forſitan, dubiique
euentus, eligendum tibi hodie alterutrum eſt: vt aut nos teque vna ſer-
ves, et ſpem meliorem, qua omnes freti ſumus, ampleētaris, aut iam-
iam noſtris manibus intereas. Quod ſi e) potiora malueris, multa ad 12
ſpem bonam f) viatica ſunt. quippe inuiſum omnibus Maximinum, pe-
ſtemque illam crudeliſſimae tyrannidis tolles, vitamque antehac praeclare
tibi actam, illuſtri gloria cumulabis: maximosque a ſenatu populoque
Rom. honores ac ſempiternam laudem nanciſceris. Sin vero abnueris, 13
ac nobiscum conſpirare pernegaueris, iamiam te hic obtruncabimus, at-
que ipſi quoque (ſi oportuerit) occiſo tibi immoriemur g) Maius nam- 14
que facinus auſi ſumus, quam vt ſalui eſſe citra deſperationem poſſimus.
Iacet enim tyrannidis miniſter, luitque poenas crudelitatis, noſtris 15
nunc nuper manibus interemptus. Quapropter ſi conſenſeris nobiscum, 16
atque in partem periculorum acceſſeris, cum ipſe honorem imperii con-
ſequeris, tum quod nos facinus perpetrauimus, h) laude quam ſupplicio
dignum reputabitur. Dum haec loquitur adoleſcens, impatiens mo- 17
rae caetera multitudo, quum quidem eodem iam ciuitas vniuerſa, re
vulgata, concurriſſet, Gordianum vnanimes auguſtum appellant. Ille, 18
quamuis recuſaret ac ſenectutem obtenderet, tamen ſuapte natura
gloriae auidior, haud aegre tandem honorem ſuſcepit: malens futu-
rum dein quam praeſens iam periculum ſubire. ſimul aetate iam ex-
acta minime recuſandum putabat, quin (ſi ita res poſceret) etiam
imperatoriis honoribus immoreretur. Igitur ſtatim tumultuari omnis
Africa, ſublatisque Maximini honoribus ciuitates pleraeque imagines 19
Gordiani ac ſtatuas ponere. Sed eum quoque a ſe cognominarunt
Africanum. nam qui ad meridiem Libyes habitant, Afri Romana
voce nuncupantur.

VI.

At Gordianus, aliquot dies Thyſtri commoratus, qua in vrbe haec
acta fuerant, nomen imperatoris iam cultumque gerens, Car-
thaginem proficiſcitur: *i)* vt in ciuitate maxima, *vt ipſe norat*, ce-
leberrimaque, omnia quaſi Romae agitarentur. Siquidem vrbs illa, 2
vel opibus, vel populi frequentia, vel magnitudine tantum Romae
concedens, cum Alexandri vrbe Aegyptiaca de ſecunda palma con-
tendit. Sequebatur autem ipſum *k)* principalis pompa omnis, mili- 3
tesque quicunque aderant, iuuenesque vrbani procera ſtatura, ad eorum
ſimilitudinem, qui Romae imperatorem *l)* comitantur: virgae item 4
laureatae, quo inſigni principes a priuatis dignoſcuntur. Praeterea

e) praeſentia, *Memm.*

f) Malim *adminicula*, vel *ad-iumenta*. Ad verbum tamen *via-tica* ſonat Gr. vox. *Steph.*

g) Auſi enim rem ſumus, quae maiori deſperatione indiget. *Steph.*

h) Poſt *laude* vel *magis*, vel *po-tius* fortaſſe non deeſt, ſed ipſe Pol. ſubaudiendum reliquit. *Steph.* Ellipſis particulae *magis* ſupra quoque bis a Pol. vſurpata. *Sylb.*

i) C. pr., quam eſſe maximam et populoſam norat: vt omnia tanquam Romae ageret. *Steph.*

k) Imperatoria p. *Steph.*

l) antegrediuntur. *Steph.*

que ignis de more praeferebatur, vt speciem fortunamque, exi-
guum sane ad tempus, Romanae ciuitatis Carthago repraesentaret.
5 Caeterum Gordianus literas complures ad *m*) primum quemque Ro-
mam missitabat, atque ad proceres senatus, quorum erant ei permulti
6 amici ac necessarii. Scripsit item publice ad S. P. Q. R. significans
Afrorum erga se consensum, simulque accusans Maximini crudelita-
7 tem, quam esse omnibus magnopere inuisam sentiebat. Ipse omnem
prae se mansuetudinem ferebat. nam et delatores omnes exilio affe-
cit, et iis, qui parum iusto iudicio damnati fuerant, iterum defen-
dendi sui potestatem indulsit. quin exules quoque in patriam resti-
8 tuebat, ac militibus plura se quam quisquam antea, largiturum, po-
9 puloque ingens daturum congiarium pollicebatur. Idem praefectum
10 quoque praetorii, Vitalianum, ferum crudelemque hominem, ca-
rissimum deuotissimumque Maximino, in ipsa vrbe curauit interi-
11 mendum. Siquidem suspectans, ne ille suis inceptis fortiter *n*) re-
sistendo, caeteros quoque metu perterritos a se auerteret, mittit
prouinciae quaestorem, adolescentem audacissimum, corpore vali-
dum atque aetate florentem, promptumque ad omne periculum pro
se suscipiendum, traditis centurionibus ac militibus nonnullis.
12 *o*) cui etiam literas dedit obsignatas duplicibus tabellis, per quas ar-
cana occultaque negotia *p*) significare imperatores consueuerunt.
13 Iubet itaque illos intrare vrbem ante lucem, ac dum adhuc *q*) in
actibus occupatus esset Vitalianus, accedere ad eum intra cellulam,
vbi res secretas atque arcanas ad salutem principis pertinentes scru-
14 tari atque inquirere consueuerat: *r*) habere se ad eum literas arcanas
a Maximino dicentes, ac velle etiam remotis arbitris, de rebus ad
15 securitatem imperatoris spectantibus cum illo colloqui, ac mandata
16 principis exponere, *simulantes.* dein signis agnoscendis occupatum,
dum se aliquid dicturos simularent, pugionibus, quos in sinu occultos
17 haberent, de improuiso confoderent. Quae scilicet omnia ex sen-
tentia successerunt. Etenim ante lucem, quo tempore prodire illi
mos fuerat, inueniunt hominem pene solum, paucis tantum circum-
18 stantibus, quippe alii nondum venerant, alii salutato, abierant prius-

m) vnumquemque illorum, qui primarios honores Romae obtinere existimabantur: quinetiam ad eos, qui praecipuae in senatu erant auctoritatis, vel, quinetiam ad eos senatores, quorum prae caeteris spectata virtus erat. *Steph.*

n) resisteret, atque illius metu nullus ipsi auxiliaretur, mittit pr. *Steph.*

o) quibus Gr. *Sylb.*

p) significari Imperatoribus *cons.* Pol. autem τοῖς β. pro ὑπὸ τῶν βασιλέων accepit, v. Annot. *Steph.*

q) ius diceret, vel redderet.

r) ferre se litteras arcanas Maximino, et ad hoc a quopiam esse missos de rebus, ad incolumitatem Imperatoris pertinentibus. simulare etiam, se velle cum illo, remotis arbitris, colloqui, et, quae sibi mandata essent, *exponere.* At Pol. dicit *mandata principis*: quum hic genitiuus inter Herodiani verba in nostris exempl. non existet. Conuenit autem cum eo, quod non πρὸς Μαξιμῖνον, sed ἀπὸ Μαξιμίνου legit: aut saltem perinde locum illum interpretatur, ac si ita legerit. *Steph.*

quam dilucesceret. Igitur vacante illo, ac paucis duntaxat ante cel- 19
lulam inuentis, vbi quae supra diximus nunciauerunt, facile scilicet
intromissi sunt: porrectisque epistolis, contemplantem eum signa di-
ligentius, prolatis pugionibus confodiunt, nudosque eos manibus
prae se tenentes prosiliunt, omnibus loco cedentibus. Nam id Ma- 20
ximini factum imperio putabant: quando idem saepenumero etiam
in eos facere consueuerat, qui antea ipsi carissimi videbantur. Dein 21
vadentes media sacra via, proponunt epistolam Gordiani ad popu-
lum, literasque item ab illo consulibus ipsis caeterisque reddunt,
vulgata etiam fama interfecti Maximini.

VII.

Quod vbi auditum est, statim vniuersus populus discurrere vndique,
furenti similis. Nam etsi vbique vulgus semper ad res nouas 2
leuissimum, tamen Romana plebs inprimis, quae ex magna variaque
etiam peregrinorum multitudine constat, *s*) longe caeteris mobilior
est. Igitur statuae atque imagines Maximini, caeterique honores 3
statim conuulsi, clausumque antea formidine odium, *t*) licentia iam
et potestate adepta, nullo prohibente effundebant. Quare senatus 4
quoque frequens, etsi de Maximino certi nihil habebat, ex praesenti
fortuna rem coniectans, abolitis illius honoribus, Gordianum filium-
que ipsius augustos declarauerunt: statimque delatores atque accusa- 5
tores vniuersi aut effugerunt, aut ab iis, quos offenderant, occide-
bantur. Procuratores autem, et qui ius in illius crudelitatis mini- 6
sterium dicebant, tracti a plebe sunt, abiectique in cloacas. Multi 7
item insontes occisi. nam et creditorem suum quisque, et aduersa-
rium in forensibus causis, et vt quemque aliquis leuissima de causa
oderat, *v*) impetu in domum facto, bonisque direptis trucidabant.
Ita sub specie libertatis pacisque praetextu, ciuilis belli facinora 8
edebantur. Quin praefectum quoque vrbi Sabinum, *x*) *qui antea
pleraque munia consularia obierat*, prohibere talia conantem, fuste
capiti illiso mactauerunt. haec igitur populus agitabat. Enimuero 9
senatus, quando iam semel periculum subierat, metu Maximini ni-
hil sibi ad solicitandas ad defectionem prouincias reliqui faciebat.
Quocirca legationes vndique ad rectores prouinciarum mittebantur, 10
electis e senatorio equestrique ordine clarissimis hominibus, cum li- 11
teris, quibus senatus populique Romani mens exponebantur: qui pro-
curatores ipsos hortarentur, *y*) vti communem patriam capesserent,

s) magna et facili est animi mobilitate, Gr. Politianus ita vertit, quasi scriptum esset πολὺ ῥᾷον. *Sylb.*

t) odium, securum iam et liberum redditum, nullo prohibente effundebatur. Quinetiam senat. *Steph.*

v) conscensis de improuiso domibus, variis modis tanquam sycophantas infestabant, et bonis spoliatos trucidabant, vel variis iniuriis affectos, bonisque spoliatos, tanquam sycophantae essent, truc. *Steph.*

x) post multas functiones consulares, Gr. *Sylb.*

y) vt communi patriae et curiae opitularentur: atque vt nationes parerent Romanis, ad quos publice imperium pertineret iam antiquitus, et quibus amicae ac subiectae essent iam a maioribus. *Steph.*

curiamque Romanam tuerentur: persuaderentque nationibus, vt in fide populi Romani perseuerarent, cuius proprium antiquitus imperium foret, veterrimumque cum illis amicitiae ius a maioribus in-
13 stitutum. Quocirca plerique legatis benigne exceptis, populos ad defectionem perpulerunt. quod scilicet pronum fuit: adeo incredibili apud omnes odio Maximinus laborabat. Igitur omnibus quicunque apud ipsos magistratum gerentes cum Maximino sentiebant,
14 repente ad vnum occisis, ipsi vniuersi ad Romanos defecerunt. Pauci tamen inuenti, qui legatos ad se missos interficerent, aut ad ipsum mitterent, adhibitis custodibus, qui deinde omnes exquisitissimis a
15 Maximino suppliciis affecti sunt. z) Haec mens Romanae ciuitatis, hic animus fuit.

VIII.

Quae postquam Maximino nuntiata sunt, quamquam tristis ac soli-
2 citus, tamen illa se contemnere simulabat. ac primo quidem
3 alteroque die domi quietus, ad amicos de eo negotio retulit. Caeterum exercitus omnis cunctique a) eius regionis mortales, etsi rem omnem intellexerant, intumuerantque animis, audacia rerum tantarum ac nouitate: tamen pro se quisque tacebant, ac se ignorare
4 omnia simulabant. quippe tantus erat Maximini metus, vt nihil illum plane lateret, omniumque non solum verba, sed nutus quoque
5 speciemque oris b) obseruaret. Tertio vero die conuocatis in campum ante vrbem militibus suis, Maximinus tribunal inscendit, atque ex libello orationem ab amicis compositam, in hanc sententiam re-
6 citauit: *Scio me vobis incredibilia nouaque dicturum, sed (vt ego exi-*
7 *stimo) non tam admiratione quam risu digna. Arma vobis vestraeque virtuti non Germani inferunt, saepe deuicti, non Sarmatae, qui de*
8 *pace nobis quotidie supplicant: Persae item, qui olim Mesopotamiam peruagabantur, nunc suas intra sedes quiescere boni consulunt, cum gloria in armis vestra, tum rerum a me gestarum periculo edocti, quae iam tum illis innotuerunt, quum tuenti ripas exercitui praefuimus.*
9 *Verum c) (nequid magis ridiculum dixerim) Carthaginienses insaniunt, atque sene infelicissimo et extremo iam aetatis delirante, dubium*
10 *d) suaso an coacto, quasi aliqua in pompa ludunt principatum. Quo enim freti exercitu, quum apud eos proconsulis ministerio lictores satis-*
11 *faciant? Quibus porro vsuri armis, vbi praeter lanceas exiguas e) ad feras excipiendas, nihil sit telorum, proque bellicis exercitationibus*
12 *chori tantum, dictaque procacia, et numeri quidam vsurpentur? Neque*

z) Hic Romanae vrbis status, haec mens erat. *Steph.*

a) vlterioris reg. *Memm.*

b) *obseruarentur*, ab aliis videlicet, qui ad illum deferebant. At Pol. ita vertit, quasi scriptum esset non παραφυλάττεσθαι, sed παραφυλάττειν. Quin etiam ex ὑπὸ, τὰ δι' ὄψεως νεύματα, i. e. *oculorum nutus*, duo in sua interpretatione facit. *Steph.*

c) annon ridiculum dictu? *Memm.*

d) Aptius esset persuaso. *Steph.* q. c. habent, *suasu* an coactu. *Sylb.*

e) l. exiguas, quibus aduersum feras singulari pugnant certamine. *Steph.*

vero vos perterrefecerint, quae facta in vrbe nuntiantur. Nempe Vi-
talianus per dolum fraudemque occisus est. Quam autem leue instabile-
que sit Romani populi ingenium, quam prompta clamorum tenus auda-
cia, notissimum scilicet vobis est. Si duos modo tresue armatos conspe- 13
xerint, trudentes alter alterum, et proculcantes, ac suum quisque pe-
riculum fugitantes, publicum neglectui habent. Quod siquis vobis etiam 14
quae acta in senatu sunt, renuntiauit, non est profecto, quod miremini
nostram illis continentiam duriorum videri, f) atque ob id morum
congruentiam vitamque illius luxuriosam nobis anteferri; g) quippe 15
apud illos fortissima quaeque ac grauissima pro asperrimis, dissoluta at-
que ebacchantia pro mitibus voluptuariisque habentur. Quocirca nostrum 16
quidem imperium, quoniam industrium atque moderatum, reformidant:
Gordiani delectantur nomine, cuius infamia vitae non vos praeterit. 17
Igitur aduersus hos atque huiuscemodi homines bellum vobis est, mili- 18
tes: si tamen id bellum appellandum. Nam vt mihi quidem atque adeo 19
caeteris omnibus videtur, non prius Italiam attigerimus, quam illorum
maxima pars ramos supplices liberosque suos praeferentes, nostris se
pedibus aduoluent, aut formidine degeneri fugam facient: vt mihi li- 20
berum sit bona illorum vobis contribuere, quibus in perpetuum perfrua-
mini. Haec quum dixisset, ac multa in ciuitatem senatumque vni- 21
uersum interpellatim probra iecisset, manuumque gestibus minabun-
dus, trucique vultu nutuque oris quasi praesentibus irascens, pro-
fectionem in Italiam edicit. Diuisoque inter milites ingenti stipen- 22
dio, vno tantum die interiecto facere iter incepit, magnum secum
exercitum atque vniuersas adducens Romanas copias. Sequebatur 23
eundem etiam Germanorum haudquaquam negligendus numerus,
quos vel armis subegerat, vel in amicitiam societatemque adsciuerat.
Praeterea machinae et bellica instrumenta, quaeque alia aduersus
barbaros comparauerat. Caeterum tardius iter faciebat, ob vehicula 24
resque alias vsui necessarias, quae vndique importabantur. Nam 25
quum repentinum id illi iter obuenisset, non cuiusquam prouiden-
tia (vt consueuerat) sed tumultuario ac festinato ministerio, quae
erant militibus necessaria colligebantur. Igitur praemittere Panno- 26
niorum cohortes decreuit, quibus fretus maxime erat, quaeque pri-
mae imperatorem consalutauerant, atque vltro etiam pro illius salute
omne periculum deposcebant. Iis igitur imperauit, vt caeteras co- 27
pias praecederent, ac regiones occuparent Italiae.

IX.

Dum in itinere Maximinus est, res interea Carthagini praeter spem
magnopere successerunt. Erat enim Capellianus quidam, se- 2
natorii ordinis vir, procurator Mauritaniae Romanis subiectae, quae

f) similes autem illius in vita luxuriosa mores nobis antef., vel, similes illius luxuriose viventis mores. *Steph.*

g) Quippe facta fortia et digna, quae quis reuerentia prosequatur, formidabilia vocant: at dissoluta atque ebacchantia, tanquam mitia, voluptati habent. Quocirca nostrum imperium, quod est sollers, et moderate se gerit, auersantur: Gordiani autem nomine delectantur; cuius vita quam male audiat, non ignoratis. *Steph.*

3 ab ipſis Numidia appellatur. Ea gens munita exercitibus fuerat, a
4 quibus barbarorum incurſus ac populationes coërcerentur. quare
5 haud contemnendam miltium manum circa ſe habebat. Cum hoc
igitur Capelliano veteres Gordiano ſimultates ex forenſi quadam
6 diſceptatione intercesſerant: quocirca nomen adeptus imperatoris, ſuc-
7 ceſſorem illi miſit, atque abſcedere prouincia imperauit. Ille ea re
indignatus, ac principi ſuo *h*) deuotus, a quo magiſtratum quoque
eum accepiſſet, omni coacto exercitu, quum quidem fidem tueri ac
iusiurandum perſuaſiſſet, Carthaginem contendit, maximas valentiſ-
ſimasque copias ſecum adducens, virosque cum aetate florentes, tum
omni armorum genere inſtructos, peritosque rei militaris, atque ex
conſuetudine praeliorum aduerſus barbaros magnopere ad pugnandum
8 paratos. Vt vero nuntiatum Gordiano eſt aduentare ad vrbem Ca-
pellianum, et ipſe affectus eſt extrema formidine, et perterriti Car-
thaginenſes vniuerſi, qui ſcilicet in turba potius, quam in exerci-
tus aliquo ordine collocata victoriae ſpe, cuncti pariter vrbe effun-
9 duntur obuiam Capelliano. Caeterum ſenex Gordianus (vt quidam
perhibent) ſimulatque ille Carthaginem attigit, deſperatis rebus,
quod Maximino vires ingentes, nullas in Africa copias eſſe videbat,
10 *quae illis poſſent reſiſtere*, laqueo ſe ſuſpendit. Sed occultata illius
11 nece, *i*) filium ſibi ducem multitudo elegit. Ita ventum ad manus
eſt. Erant autem numero quidem plures Carthaginenſes, ſed inor-
dinati ac rerum bellicarum imperiti, quippe in altiſſima pace educa-
ti, feſtisque et deliciis emolliti, nudique armis omnique bellico in-
12 ſtrumento. Nam domo quisque pugionem, aut ſecurem, aut vena-
bulum, aut item praeuſtas ſudes, *k*) vt quisque poterat acuminatas,
13 ad tuendum corpus extulerant. Contra Numidae, iaculatores opti-
mi, atque equitandi peritiſſimi, ſic vt equos etiam infrenos virga
14 tantum currentes moderentur. Quocirca facile Carthaginienſium
plebs in fugam verſa. ſiquidem haud ferentes illorum impetum,
15 omnes abiectis armis confertim effugerunt, trudentesque inter ſe et
proculcantes, multo ſane plures ipſi inuicem affligebantur, quam
16 caedebantur ab hoſtibus. Hic et Gordiani filius cecidit, et quicun-
que eum ſequuti: ſic vt prae multitudine interfectorum, neque
l) diſcerni ad ſepulturam funera potuerint, neque *m*) adoleſcen-
17 tis Gordiani cadauer inueniretur. *n*) Etenim ex tanta copia
fugientium pauci duntaxat vrbem ingreſſi, coniectique in latebras,
18 euaſerant: caeteri ad portas conſerti, ac pro ſe quisque intrare primi
vrbem feſtinabundi, ab iaculatoribus Numidis, caeterisque armatis

h) Intellige, vt dicitur cliens patrono ſuo deuotus. Legit autem καθωσιωμένος. de qua lectione alius etiam locus dubitare non ſinit ſupra. *Steph.*

i) filium eius ducem multitudini elegerunt. *Steph.*

k) in quam quisque ſubito potuerat formam aptatas. *Steph.*

l) colligi, *Menm.*

m) iunioris Gord. Gr. *Sylb.*

n) Ex fugientibus enim, qui clam in Carthaginem ſe immiſerant, et latere potuerant, per totam vrbem, quae maxima et populoſa erat, diſperſi, pauci e multis euaſerunt. at caetera multitudo, quum ad portas coarctaretur, vnoquoque intrare conante, a iacul. *Steph.*

militibus, contrucidabantur: maximo foeminarum puerorumque eiu- 19
latu, quorum ante oculos charissima pignora occidebantur. o) Sunt 20
qui perhibeant, vt primum Gordiano, qui propter senium domi se
continuerat, p) nuntiatum sit Capellianum iam in vrbem peruenisse, 21
deplorata salute, intra cubiculum se quasi dormiturum recepisse, col-
loque zonae inserto, qua praecinctus fuerat, sibi mortem consciuisse.
Haec finis Gordiani fuit, felicis anteacta vita, atque in quadam prin- 22
cipatus imagine extincti. Sed enim Capellianus, Carthaginem in- 23
gressus, praecipuum quemque ex iis, qui e pugna superauerant, neci
dedidit: ac neque a templis despoliandis, neque a publicis priuatis-
que pecuniis diripiendis abstinuit. aditisque vrbibus reliquis, quae- 24
cunque honores Maximini sustulissent, in his praestantissimum quemque
morte, q) caeteros supplicio afficiebat: agros autem vicosque concre- 25
mandos militibus tradebat, r) praetextu quidem vlciscendi Maximi-
num: caeterum clanculum militum sibi animos concilians, vt sicubi
res a Maximino titubassent, ipse ad occupandum principatum bene-
volis militibus vteretur. Ita se videlicet res in Africa habebant. 26

X.

Postea vero, quam Romae audita senis Gordiani mors est, ingens perturbatio s) senatum populumque Romanum, ingensque terror inuasit: extincto in quem vnum spes omnes suas collocauerant.
2 Neque enim illos praeteribat, nemini iam parsurum Maximinum, cum sponte alienum ab ipsis atque hostili animo, tum iustis etiam causis et t) professo quasi odio succensentem.
3 Itaque frequentes in vnum conuenere, ac de toto negotio deliberantes, quando semel in periculum venerant, bellum comparare decreuerunt,
4 v) duobus electis

o) Alii vero perhibent, vt primum *Gord.* Opponit enim haec iis, quae paulo ante de morte Gordiani, ex aliorum quorundam relatu, narrauit; eum videlicet laqueo vitam finiisse, simulatque Capellianus Carthaginem attigisset. *Steph.*

p) haec nuntiata sunt, et Capellianum citato cursu vrbem petere, *Memm.*

q) caeteros in exilium *mittebat*; quod quum sonet vox Graeca, suspicari quis possit, scriptum a Pol. fuisse, *exilii* supplicio afficiebat. *Steph.*

r) praet. q. exigendi poenas de iis, quae in Maximinum *deliquerant.* Aut certe dicendum fuisset, *vlciscendi iniuriam, Maximino factam*, potius, quam *vlc. Maximinum*, ad vitandam ambiguitatem. *Steph.*

s) pop. ac potissimum senatum, ing. *Steph.*

t) tanquam hostes se professis, *Memm.*

v) ac sibi *duos* Imperatores praeficere: quos imperium inter se partiri voluerunt; ne rursum illa potentia, ad tyrannidem deueniens, rursum offenderet, vel *impingeret.* Intellige autem eo sensu, quo dicitur *nauis offendere*, vel *impingere:* quum alioqui et *nauem impingere* dicatur *aliquis*, et quidem vsitatius. *Steph.* vel, *ne*, si vni permitteretur imperium, *potestas reflexo gradu, in tyrannidem iterum impingeret.* quod in consulibus quoque spectatum fuisse, refert Eutropii metaphrastes. *Sylb.*

imperatoribus, qui Remp. pari poteſtate adminiſtrarent, ne rurſus
5 principatus autoritas in tyrannidem proueheretur. Conuenerunt
igitur non quidem in curiam, quo antea conſueuerant, ſed in templum
Capitolini Iouis, quod in arce ſumma praecipuae venerationis Ro-
6 mani habent: ibi clauſis foribus ſoli, quaſi teſte et conſeſſore at-
que adeo rerum omnium inſpectore deo, ſelectis, qui aetate ac di-
gnitate caeteros anteirent, de quibus ſuffragia ferrentur, duo
ex omni numero, Maximus atque *x*) Balbinus, plurimis ſuffraganti-
7 bus imperatores creati. Horum Maximus cum ſaepe exercitibus prae-
fuerat, tum praefectura vrbis egregie geſta, maximam ingenii pro-
videntiaeque, praeterea vitae continentis opinionem vulgo de ſe
praebuerat: Balbinus autem, patricii generis homo, conſulatu iterum
geſto, multisque prouinciis ſine vlla querela adminiſtratis, morum
8 *y*) ſimplicior habebatur. Ita creati principes auguſtique appellati,
9 ac ſenatusconſulto omnibus imperatoriis honoribus affecti ſunt. Dum
haec aguntur in Capitolio, interea pop. Rom. (incertum, ſubiicien-
tibus Gordiani amicis ac neceſſariis, an tantum rumoribus exciti)
facto ad portas concurſu, *z*) viam qua itur in Capitolium, totam
10 conferta multitudine occupauerant: lapidesque et fuſtes ingerentes,
rebus in Capitolio actis aduerſabantur, ac Maximum in primis recu-
ſantes, *a*) ſeueriorem ſcilicet quam vt eum (leuis) multitudo facile
pateretur. *magna enim induſtria vigilantiaque vſus fuerat aduerſus*
11 *improbitatem ac leuitatem quorundam e plebe.* Quapropter *metuentes*
eo maxime offendebantur, clamantes identidem ac minitantes vtrum-
12 que ſe (confeſtim) occiſuros. Nam ipſi ex Gordiani genere princi-
pem ſibi depoſcebant, vt in familia nomineque eo *b*) nomen impera-
13 torium remaneret. Balbinus autem ac Maximus, equeſtris ordinis
iuuentute, atque vrbanis militibus, cum gladiis, vndique ſtipati, egredi
Capitolio conabantur: ſed lapidibus ac fuſtibus coerciti: donec,
c) ſubiiciente neſcio quo, ad hunc modum populo impoſuerunt:
14 Erat puer quidam, infans adhuc, ex Gordiani filia natus, nomen
aui referens. Hunc igitur, ſubmiſſis quibusdam, afferri ad ſe iuſſe-
15 runt: qui quum domi eum ludibundum offendiſſent, impoſitum in
humeros per mediam ferebant multitudinem, plebi oſtentantes, ac
nepotulum Gordiani dictitantes, *d*) vocantesque eum nominatim:

x) *Albinus*, non *Balbinus*, habent aliae huius interpretationis editiones hoc in loco: alibi autem modo hoc, modo illud. Sed alius fuit Albinus, de quo ſcripſit Herodianus lib. tertio. *Steph.* In Gr. quoque Faſtis *Albinus* nominatur p. 40. ſed a Faſtis Latinis appellatur] *Balbinus*, itidem que a Latinis Caeſareae hiſtoriae ſcriptoribus, et Gr. Eutropii metaphraſte. *Sylb.*

y) Aut Graecismum hic vſurpauit Politianus, aut *ſimpliciorum* ſcripſit. *Sylb.*

z) cliuum, quo — *Memm.*

a) qui ſeuerius ſe geſſerat in praefectura vrbis contra improbam et leuem multitudinem, *Memm.* vel, *qui* rigidiorem ſe in pr. vrb. praebuerat, acrius que animaduerterat in improbos ac leues vulgaris turbae homines. *Sylb.*

b) nomen Imperatoriae dignitatis rem. *Steph.*

c) admonente, vel, conſilium dante. *Steph.*

d) eum que illius nomine appellantes. *Steph.*

quoad in Capitolium pertulerunt, populo ſubinde acclamante et
conſpergente puerum frondibus. Quum itaque ſenatus caeſarem il- 16
lum declaraſſet, quando adhuc per aetatem remp. gerere non pote-
rat, et irae multitudinis reſederant, paſſi videlicet ſunt in aulam pa-
latinam ſenes imperatores commigrare.

XI.

Sed incidit per eos dies ciuitati Rom. funeſta calamitas, orta de ni-
mia duorum ſenatorum audacia. *e*) Nam quum ſenatus habere- 2
tur de publicis negotiis, duo ex militibus Maximini, quos in caſtris 3
reliquerat, emeritae iam aetatis, ad fores curiae acceſſerunt, explo- 4
ratum, quae gererentur: inermes videlicet, tantumque ſubarmali-
bus et ſagis induti. Conſtiterant autem pariter cum reliqua multitu- 5
dine: ſed caeteris ante fores praeſtolantibus, duo tresue ad *f*) ſum-
mum curioſiores audiendi, curiam ingreſſi, ſic vt vltra aram quoque
Victoriae penetrarent. hic ſenator quidam, depoſito nuper conſu- 6
latu, Gallicanus nomine, ac genere Carthaginienſis, alterque item
praetorius, Maecenas, nihil tale expectantes milites, manusque
adhuc ſub ſagulis habentes, repente adactis in corda pugionibus in-
terficiunt. Etenim omnis ſenatus, ob recentem ſeditionem tumul- 7
tumque ſuperiorem, alii propalam, pars clanculum gladios gerebant,
quibus ſuam quisque ſalutem ab inimicorum inſidiis tuerentur. Ita 8
caeſi milites, quod ſe de improuiſo defendere haud quiuerant, pro-
ſtrati ante *g*) altaria iacebant. Quo viſo, caeteri confeſtim expaue- 9
facti commilitonum interitu, ſimulque populi concurſum formidan-
tes, quod erant inermes, fugam arripuere. Caeterum Gallicanus 10
raptim ſe curia in mediam multitudinem proripiens, gladiumque et
manum ſtillantem ſanguine oſtentans, ad perſequendos occidendos-
que ſenatus populique Romani hoſtes, amicos ſociosque Maximini,
vulgus adhortabatur. Quibus rebus inducta plebs, Gallicanum fau- 11
ſtis excipit acclamationibus, militesque lapidibus inceſſit, quate-
nus licuit perſequuta. Caeterum, quum ſe illi in caſtra recipiſſent, 12
paucis tantummodo vulneratis, clauſis portis, armisque arreptis, ca-
ſtrorum moenia defenſabant. Verum Gallicanus quando ſemel tan- 13
tum facinus auſus fuerat, bellum protinus ciuile atque omnibus per-
nicioſum ſuſcitauit. quippe iuſſis effringi publicis armamentariis, 14
in quibus pompae magis inſtrumenta, quam belli, aſſeruabantur, vnde
ſibi quisque muuimentum corporis accommodaret, apertisque item
gladiatorum ludis, atque vnoquoque propriis armis ornato: prae- 15
terea cunctis, quaecunque intra domos aut officinas eſſent, haſtis,
gladiis ac ſecuribus direptis, quum *h*) quicquid occurrerat, furor in

e) Nam, cum omnes in curiam conueniſſent, vt de rerum ſtatu diſpicerent, ea re comperta milites, quos in caſtris Maximinus reliquerat, (quippe propemodum emeritos, ac per aetatem domi remanere permiſſos,) acceſſerunt vsque ad aditum curiae, vt intelligerent, quid ageretur: armis tamen nudi, ſimplicem que tantummodo veſtem ac lacernas induti, *Sylb.*

f) q. c. ſummam. *Sylb.*

g) aram, *Memm.*

h) quodcunque occurreret inſtrumentum ex idonea ad pugnam

16 arma conuerteret, ſtatim omnes conferti conglobatique ad caſtra
contenderunt, at velut *i*) vrbem aliquam expugnaturi, murum ipſum
17 portasque circumſederunt. Caeterum milites, vtpote pugnandi pe-
ritiſſimi, pinnis ſeſe murorum clypeisque protegentes, ſagittarum
18 iactu crebro ac praelongis contis multitudinem repellebant. Poſtre-
mo, quum iam defatigato populo ſauciisque magna ex parte gladia-
toribus, atque in veſperam vergente die, regredi in vrbem decre-
viſſent: conſpicati milites ſecuritatem abeuntium (quippe minime
auſuros putabant Romani adeo paucos aduerſus tantam multitudinem
caſtris eruptionem facere) confeſtim vniuerſi ſeſe portis patentibus in
vulgus illud hominum concitauere. Ibi gladiatores ad vnum
19 caeſi, magnaque pars populi colliſa. Quo facto, quum haud procul
caſtris receſſiſſent, rurſum ſeſe intra munimenta receperunt.

XII.

Hinc igitur maior ſenatui populoque Romano indignatio oborta.
k) quare duces ex Italia omni probatiſſimum quemque delege-
2 runt, iuuentutemque omnem, collectam in vnum, ſubitariis armis
3 ac tumultuariis adornarunt. Horum potiſſimam partem ſecum Ma-
ximus eduxit, vt aduerſus Maximinum praeliaretur: reliqui ad vrbis
4 cuſtodiam tutelamque relicti. Interea quotidie ad muros caſtrorum
dimicabatur, ſed profectu nullo, defenſantibus ſuperne militibus,
5 ictamque et fauciam multitudinem foede repellentibus. At Balbi-
nus, domi *l*) ſe continens, populo per edictum ſupplicabat, vt in
6 gratiam cum militibus rediret: quibus etiam omnium, quae patra-
7 verant, obliuionem atque impunitatem pollicebatur. Sed neutris id
perſuaſum, gliſcente in dies malo, ac populo indignante, quod tanta
multitudo tam paucis contemptui foret: contra militibus aegerrime
ferentibus, ea ſe a Romanis *m*) paſſos, quae vix vnquam a barbaris
8 expectaſſent. Poſtremo, quando oppugnatio parum procedebat, vi-
ſum ducibus interuertere omnes riuos, qui in caſtra peruc-
9 nirent, vt milites aquarum penuria ſitique conficerent. Igitur
abſcindendo obſtruendoque cunctos e caſtris aquarum riuos auerte-
10 bant. Sed enim intellecto periculo milites ac rebus deſperatis, erum-
11 punt vniuerſi patentibus portis, *n*) congreſſique multitudinem fu-
12 gientem in vrbem vsque perſequuntur. Sed vbi iam ſtatario illo cer-
tamine plebs inferior intra domos ſe receperat, ac tegularum lapi-
dumque et teſtarum iactibus deſuper vrgere coeperat milites, haud

materia, furor — At Pol. omittit haec ὑλ. ἀξ. ἐργ. *Steph.*

i) ipſa expugnaturi, aut obſeſſuri. *Steph.*

k) Et duces igitur et milites lectiſſimi quique, per totam Italiam conſcribebantur: iuuentus que omnis colligebatur, et tumultuariis ac ſubitariis armis inſtruebatur. *Sylb.*

l) *remanens*, quia ſcilicet Maximus ex vrbe cum copiis aduerſus Maximinum profectus erat. *Memm.*

m) Romanis, non ſecus atque a barbaris, pati. *Steph.*

n) Quum que acriter pugnatum eſſet, plebem in fugam verſam perſequentes milites, longe intra vrbem ſunt progreſſi. *Steph.*

ausi illi ignota aedificia subire, clausis etiam domibus et tabernis, 13
ignem ianuis ac ligneis aedificiorum proiecturis. (quales in vrbe plu-
rimae sunt) illico admouerunt. Quo factum est, vt partim crebri- 14
tate *o*) insularum, partim lignea materia, *p*) bona pars vrbis confla-
grauerit: multique ex opulentis pauperes facti, maximis atque egre-
giis amissis possessionibus, vel prouentu vberrimis, vel splendore
ipso et varietate pretiosis. Neque vero pauci extincti mortales, quod 15
ianuis igne occupatis, proripere se domo copia non fuerat.
Bonaque diuitum direpta penitus, immiscente se militibus 16
studio rapiendi facinorosissimo quoque, et tenui plebecula. *q*) Sed 17
adeo peruagatum longe lateque incendium est, vt plus multo con-
sumpserit quam quantum spatii maxima quaeque vrbs aedificiis oc-
cupet. Dum haec Romae geruntur, interea Maximinus confecto iti- 18
nere Italiam attigerat, ac sacrificato ad aras, quae in finibus ipsis 19
erectae sunt, pergit iter facere: iussis arma tenere atque instructa
acie progredi militibus. Sed quum et Africae defectionem, et Romae 20
bellum ciuile, praetereaque res a Maximino gestas iterque eius hac-
tenus conscripserimus: reliqua deinceps explicabuntur.

LIBER OCTAVVS.

I.

QUAE post interitum Gordiani gesserit Maximinus, *r*) iterque
eius in Italiam, praetereaque Africae defectionem, et in vrbe
ipsa populi ac militum seditiones, superiore volumine recensuimus.
Enimuero Maximinus, posteaquam ad Italiae fines peruenit, prae- 2
missis exploratoribus, qui specularentur, an vllae in Alpium conualli-
bus et densissimis syluis insidiae delitescerent, ipse, in planum dedu- 3
ctis militibus, iubet armatorum acies quadrato agmine incede-
re, *s*) *in longum porrectas potius quam confertas*: *t*) vt ab iis quam-
plurimum campi occuparetur: cunctisque in medium coactis impedi- 4
mentis, *iumentisque et vehiculis*, ipse cum suis stipatoribus veluti
subsidio sequebatur: alis vtrinque discurrentibus cataphractorum 5
equitum, Maurisque iaculatoribus, sagittariisque ex oriente: et equi- 6
tatu Germanorum, quos auxiliares adsciuerat, quosque etiam praeci-

o) domorum *coniunctarum*; quae differunt ab insulis vrbanis. *Memm.*

p) maxima p. *Memm.*

q) Tantam porro vrbis partem ignis depopulatus est, vt ne maximarum quidem vrbium vlla, integra sua magnitudine illi parti exaequari posset, Gr. *Sylb.*

r) eius que in Italiam aduentum, et Libyae defectionem, nec non eam, quae Romae fuit militibus aduersus populum, discordiam, supra commemorauimus.

s) longitudinis numero maiore, quam altitudinis, *Memm.*

t) His verbis, *vt — occuparetur*, ratio redditur non cur quadrato agmine suas acies seu phalanges, retinendo Herodiani vocem, vellet incedere, sed cur in longum porrectas potius, quam confertas, seu profundas, vt proprie sonat vox Graeca. *Steph.*

pue opponere hoſtibus conſueuerat: vt primos videlicet impetus ex-
ciperent, feroces audacesque initio pugnae viri, ſimul vt, ſi in dis-
7 crimen veniretur, vilis potiſſimum barbaria illa periclitaretur. Sed
vbi totam planitiem ſeruatis *rite* ordinibus transmiſerunt, ad Italiae
vrbem peruentum eſt, quae *v*) Ema a cultoribus vocatur. Ea ſita
8 eſt in extrema planitie ad Alpium radices. Vbi ſpeculatores atque
exploratores exercitus narrant Maximino, vacuam relictam vrbem:
aufugiſſe omnes incolas, templorum etiam ac domorum ianuis in-
9 cendio conſumtis, atque omnibus, quae vel in vrbe vel in agris fue-
rant, exportatis aut igni corruptis: nihil aut iumentis aut hominibus ali-
10 mentorum relictum. Quae res grata imprimis Maximino fuit, quod
idem caeteros quoque populos *x*) ſuo quemque metu facturos arbi-
trabatur: contra milites indigne tulerunt, quod ab initio ſtatim fame
11 laborarent. Quumque noctem exegiſſent, partim intra patentes com-
munesque omnibus domos, partim in planitie ipſa, ſtatim ſole
12 oriente ad Alpes acceſſerunt. Hi ſunt longiſſimi quidam montes,
vice murorum Italiae circumdati, atque adeo in altum editi, vt et-
iam ſuperare nubes videantur: itaque in longum porrecti, vt vniuer-
13 ſam Italiam comprehendant, *y*) laeua ad Tyrrhenum pelagus, dextra
ad Ionium vsque pertingentes: denſis vbique nemoribus inſeſſi, at-
14 que anguſtiſſimis callibus et rupium praerupta altitudine, ſcopulo-
rumque aſperitate vix peruii, nonnullis tamen quaſi ſemitis magno
15 veterum Italorum labore manufactis. Quapropter ingens tranſiturum
illac exercitum formido tenebat, ſperantem ſumma iuga teneri iam
16 ab hoſte, nullosque non obſtructos exitus ad ſe prohibendos. Neque
is metus de nihilo erat, locorum naturam contemplantibus.

II.

Poſtea vero quam ſine vllo impedimento ſuperatis Alpibus in caſtra
deſcenderant, laeti ſcilicet omnes inſtauratis animis vitulabantur,
2 nihilque non ſibi ex ſententia ceſſurum Maximinus arbitrabatur, ne
locorum quidem *z*) difficultati fidentibus Italis, intra quas latitare
ipſi et ſaluti ſuae conſulere, praetereaque inſidiari hoſtibus, *a*) ac
3 locis ſuperne imminentibus pugnam capeſſere potuiſſent. Sed vbi
planitiem attigerunt, nuntiant exploratores maximam Italiae vrbem
4 Aquileiam portas occluſiſſe: Pannoniorum acies quae praeiuerant,
acriter murum oppugnaſſe: caeterum tentata re ſaepe, omnes in-
caſſum conatus euaſiſſe. Itaque iam defatigatos recedere, lapidibus
5 ſcilicet et haſtis magnaque ſagittarum vi deſuper ingruentibus. At
Maximinus iratus Pannoniis, quaſi parum impigre praeliatis, ipſe

v) In vet. Frob. edit. *Emona.* *Steph.* vt etiam apud Ptolemaeum, apud Iulium Capitolinum *Hemona*, apud Plinium *Aemona.* *Sylb.*

x) Aptius eſſet *ſui:* atque ita fortaſſe ſcripſit Pol. *Steph.*

y) Diuerſo ſitu a Graeco hoc dixit. Graeca enim ſonant, *a dextro* Italiae latere, ad Tyr. pelagus, a laeuo, ad Ionium ſinum pertingentes, *Memm.*

z) Ex eo, quod ſequitur, *intra quas*, in omnibus editionibus, coniicio, Pol. ſcripſiſſe *difficultatibus*, ſcripturum alioqui *intra quos* — *Steph.*

a) puto ſcriptum fuiſſe, *ac e locis ſup.* — *Steph.*

cum exercitu reliquo accelerabat, ſperans nullo negotio ſe illius vr-
bis potiturum. Sed Aquileia *b*) prius quoque (vt erat ingens vrbis 6
eius magnitudo) populo abundabat: et velut Italiae quoddam empo-
rium *c*) ad mare ſita, quaſique terminus Illyriae, copiam rerum e
continenti per terram fluuiosque conuectam nauigantibus *mercatori-
bus* ſuggerebat: et ab ipſo mari res ad vſum eorum, qui continen- 7
tem colunt neceſſarias, videlicet ſuperioribus terris propter hye-
mis aſperitatem minus feracibus: maxime tamen vinum, cuius in 8
ipſa regione maximus prouentus eſt, vicinis gentibus ne vitem qui-
dem habentibus, affatim ſuppeditabat. Ex quo factum, vti ſuper 9
ciuium ingentem numerum, etiam magna vis hoſpitum ac mercato-
rum eam vrbem frequentaret. Enimuero tunc etiam aucta multitu- 10
do, confluentibus illuc ex agris quicunque oppidulis vicisque circa
relictis *d*) fidebant vrbis magnitudini, ac vetuſtis moenibus, dirutis 11
quidem antea magna ex parte: (quippe in tanta Romanorum poten-
tia, neque murorum neque armorum Italiae ciuitates indigebant, pa-
cem altiſſimam agitantes, atque in participatum reipublicae adſcitae)
ſed tunc vrgente videlicet neceſſitate, renouatis inſtauratisque moe- 12
nibus, praeterea turribus ac propugnaculis excitatis, totaque vrbe 13
ad eum modum communita, clauſisque portis, noctem diemque vni-
verſi pro muro ſtantes, hoſtem fortiſſime propulſabant. Duces erant 14
ſumma poteſtate duo conſulares viri lecti a ſenatu, Criſpinus ac
Menephilus. Hi maxima diligentia procurauerant, vti neceſſaria 15
quaeque in vrbem importarentur, ſic vt diuturnior quoque ſuſtineri
oppugnatio potuerit. Erat item in vrbe magna aquarum abundantia, 16
partim ex puteis ſane frequentibus, partim e fluuio muros
praeterfluente, ac pariter foſſae obiectus et aquarum praebente co-
piam.

III.

His ita intra vrbem comparatis, vt primum defendi muros dili-
genter clauſasque portas Maximinus audiuit, decreuit mittere
legatorum ſpecie, qui illos alloquerentur, ac (ſi poſſent) referari
ſibi portas perſuaderent. Habebat autem in exercitu tribunum quen- 2
dam Aquileiae ciuem, cuius nati atque vxor, praeterea familia omnis
in vrbe erant concluſi. Quare eum centurionesque nonnullos quaſi 3
oratores mittit, ſperans facile illius autoritatem municipes ſequutu-
ros. qui vbi muro appropinquarunt, in hanc ſententiam verba fa- 4

b) abundabat quidem populo etiam *prius*. Habes autem apodoſin ad iſta verba in illis. *Enimuero — multitudo*, (§. 10.) Sed Pol. omittit etiam haec verba, ἰδίου δήμου, quae Herod. cum πολυάνθρωπος iungit: quaſi dicas, *Erat* quidem antea ſuo ipſius populo populoſa, i. e. eam quidem et antea populoſam proprius populus reddebat. *Steph.*

c) ad mare porrecta, et ante omnes Illyricas gentes ſita. *Steph.*

d) ſeſe credebant vrbis magnitudini, et moenibus, quorum obiectu defendebatur: quae prae ſumma vetuſtate prius quidem maxima ex parte collapſa *erant*. Quae autem ſequuntur, includo parentheſi, ad illa vsque verba, ſed tunc -- neceſſ. -- vbi eſt redditio ad particulam μέν· quae eſt illic, πρότερ. μὲν κατερ. *Steph.*

ciunt: *Iubere communem imperatorem pacem depositis armis colere,*
seque amicum pro hoste accipere, sacrisque faciundis vacare e) quam
caedibus: f) miserari patriam, paulo post, si obstinati perstiterint,
5 ab ipsis vsque fundamentis *ruituram*: *licere ipsis* (si velint) *vna opera*
sibi quenque et saluti patriae consulere. quippe obliuionem veniamque
omnium quae fecerint, optimum principem polliceri, quando nihil ipso-
rum, sed omnia forent aliena culpa contracta. Talia quaedam sub
muro legati magna voce pronuntiabant, sic vt facile exaudiri, *g*) si
6 non plane ab omnibus, certe ab ea multitudine possent quaecunque
7 supra muros turresque constiterat. Etenim taciti omnes legatorum
dictis aures dediderant. Quare metuens Crispinus, ne pollicitatio-
8 nibus illis (quae vulgi inconstantia est) ad mutandum pace bellum,
reserandasque hosti portas, impellerentur, discursans ipse per mu-
ros rogare obtestarique singulos, *vti audacter manerent fortiterque*
9 *resisterent, neque fidem proderent senatui debitam P. Q. R. neue titu-*
10 *lum seruatae ac propugnatae Italiae totius adspernarentur: neu pro-*
missis crederent periuri fraudulentique tyranni: neue item benigna ora-
tione inescati, ruerent in manifestam perniciem: sed considerent belli
11 *fortunae, ita plerumque dubiae atque ancipiti, vt magnus interim nu-*
merus a paucissimis, et qui potentiores creduntur, ab iis qui imbecillio-
res habeantur, victi superatique sint. Neue vtique expauescerent exer-
12 *citus illius magnitudinem. nam qui pro altero dimicant, quam suae*
victoriae felicitatem (si quidem contingat) *ad alios videant migratu-*
ram, minus profecto acriter decertant: quippe qui intelligant se qui-
13 *dem in periculi participatum admitti, caeterum h) extremos victoriae*
fructus ad alium peruenturos. Qui autem pro patria pugnant, prae-
14 *terquam quod spe meliore esse debent (neque enim aliena occupare, sed*
tueri sua contendunt) etiam animo sunt maiore, vt quos non alienum
15 *imperium, sed sua quemque necessitas adigat: quoniam i) scilicet victo-*
riae fructus ipsis potissimum debeantur. Talia quaedam nunc singulis,
16 nunc vniuersis ingerens Crispinus, homo suapte natura venerabilis,
ac Romana facundia pollens, praeterea gratus omnibus, miti mode-
stoque imperio, persuasit multitudini, vt in officio fideque perma-
nerent, iussitque legatos rebus infectis ad Maximinum reuerti. Di-
17 cebatur autem Crispinus ad bellum sic audacter sustinendum, etiam
multorum in vrbe aruspicum responso, qui laeta exta nuntiarent, ani-
matus. etenim magnopere fidem huiuscemodi signis habere Itali
18 consueuerunt. Caeterum nonnulla quoque oracula ferebantur patrii
19 cuiusdam numinis, victoriam promittentia. Belem vocant indigenae,
20 magnaque cum religione colunt, Apollinem interpretantes: cuius
etiam speciem pro vrbe ipsa pugnantem, quidam e militibus Maxi-
21 mini visam sibi *saepe* in caelo affirmabant. Quod vtrum *k*) sic esse

e) Relinquit Pol. subaudiendam vocem *potius* ante particulam *quam*, sicut et alibi. *Steph.* de qua ellipsi supra dictum. *Sylb.*

f) neque negligere patriam, *Memm.*

g) Hunc sensum non videntur Herodiani verba admittere, v. Annot. *Steph.*

h) maximos et potissimos vict. fr. *Steph.*

i) omnes victoriae fructus ad ipsos sunt peruenturi. *Steph.*

k) vere sibi visi sint *videre*,

nonnulli putauerint, an id commentum placuerit, ad leuandam infamiam tanti exercitus, qui bello impar foret aduersus minorem multo numerum oppidanorum, vt scilicet victi potius a diis quam ab hominibus viderentur, haud sane satis exploratum habeo: caeterum nouitas euentus cuncta credibiliora facit.

IV.

Postea vero quam infecto negotio legati reuerterunt, ira et furore
instinctus Maximinus, magis magisque accelerabat. Vt autem ad 2
fluuium peruenit, qui ad lapidem *l*) duodecimum procul est ab vrbe,
inuenit ipsum maxima aluei profunditate ac latitudine defluentem.
Etenim anni tempore solutae vicinorum montium niues, quas longa 3
hyems durauerat, maximum torrentem effecerant, sic vt nullo pacto
transire exercitus posset. Nam pontem, quod opus magnum atque 4
pulcherrimum veteres imperatores lapide quadrato construxerant,
m) pilis veluti quibusdam paruis sensim crescentibus, ruperant ac
resoluerant Aquileienses. Ita quum neque ponte, neque nauigiis 5
(quippe nulla suppeditabant) transire exercitus posset, substitit incertus consilii. Sed enim Germani aliquot, ignari quam rapido ab- 6
ruptoque impetu Italiae flumina deferantur, ratique sensim influere
campos, quemadmodum apud ipsos consueuerunt: (vnde etiam quia
minimum se concitant, perfacile congelascunt) ausi seque et equos 7
natandi peritos alueo credere, vi fluminis ablati perierunt. Igitur 8
quum biduum aut triduum in tentoriis fuisset Maximinus, ducta circum exercitum fossa, ne qui improuiso in castra ruerent, stabat in
sua ripa deliberabundus quonam tandem pacto fluuium ponte iungeret. Sed *in* magna lignorum ac nauigiorum penuria, quibus inter 9
se iunctis pontem fabricaretur, nuntiarunt quidam e fabris, esse permultas in agris illis desertis inanes *n*) cupas, forma rotunda, quibus 10
videlicet incolae quondam ad vinum importandum vtebantur. ea 11
quum essent ad nauium similitudinem concaua, deuincta mox inter
sese, scapharum more innatatura *o*) videbantur. Etenim ire pessum,
vinculis inter se constricta, *p*) ac viminibus desuper iniectis et puluere multo, *compluribus operam nauantibus*, saburrata, non poterant.
Quod vbi factum est, *quum ille praeesset*, facile milites in vlteriorem 12
ripam transgressi, *q*) suburbanis aedificiis, quae deserta inuenerunt, 13

Quam tamen interpretationem non itidem admittit verbum ἐφαντάσθη, si repetatur cum iis, quae sequuntur, v. Annot. *Steph.*

l) *decimum sextum*, sequendo quidem nostra exempl. Gr. *Steph.*

m) portulisque, paulatim crescentibus, ab inferiori parte interceptum, Gr. *Sylb.*

n) vasa vinaria, e materia rotunda; quibus videlicet incolae ad vsus suos ante, et ad vinum tuto transmittendum iis, qui peterent, vtebantur, Gr. *Sylb.*

o) erant. *Steph.*

p) cremiis que desuper iniectis, et humo pro rei modo superaggesta, magna manu magna que festinatione saburrata, non poterant. Illo igitur praesente atque instante transgressus exercitus, vrbem que versus tendens, suburb. Gr. *Sylb.*

q) quae in suburbiis erant aedificia, des. inuenerunt: ac vites

14 igne correptis, vites arboresque exciderunt, omnemque eius regio-
15 nis ornatum foedauerunt. Siquidem arborum comparibus ordinibus,
ac viribus inter se iunctis et in sublime euectis, ad festae celebritatis
speciem, quasi coronis quibusdam redimita omnis regio videbatur.
16 quibus radicitus excisis, exercitus ad ipsos vrbis muros contendebat.
Sed omnibus defatigatis, non fuit imperatoris consilium vrbem ipsam
17 statim inuadere: sed extra teli iactum constituto milite, diuisoque
in centurias et cuneos, ac partibus muri totius vnicuique attributis,
vno tantum die ad requiescendum indulto, statim deinde oppugnare
18 vrbem aggreditur. Igitur machinamentis omnifariam admotis, quum
genus oppugnationis nullum praetermitteretur plurima scilicet ac
19 propemodum quotidiana certamina edebantur. Etenim circumdatis
velut indagine quadam muris, magnaque vi atque alacritate pugnam
20 capessente milite, resistebant audacter Aquileienses, clausisque tem-
plis et domibus, vniuersi cum liberis et coniugibus vrbem desuper
21 e turribus ac propugnaculis defensabant. neque erat vlla tam inuti-
22 lis aetas, quae pugnare pro patria recusaret. Caeterum sub-
vrbana omnia, et quicquid extra vrbem aedificiorum fuerat, demoli-
tus Maximinus, lignis materiaque omni ad machinas abutebatur,
23 quibus muri saltem aliquam partem demoliretur: qua immissus exer-
citus diriperet vrbem ac dirueret, totamque eam vastam mox deser-
24 tamque relinqueret. Neque enim decorum sibi aut honorificum fore
iter Romam arbitrabatur, nisi vrbem deleuisset, quae prima in Italia
25 obstitisset. Quocirca multa pollicentes atque ostentantes, ipse cum
filio, quem caesarem fecerat, obequitabant militibus, eosque ad
26 pugnandum acriter adhortabantur. Enimuero Aquileienses saxa de-
super iaciebant, sulphurque bitumine ac pice mixtum *r*) doliis, quo-
rum manubria longiora, immittebant: atque vt primum exercitus
muris successerat, ignibus iniectis dispergebant vnanimiter imbrium
27 ritu. Quamobrem pix illa cum caeteris, quae supra diximus, partes
nudas corporis subiens, *s*) vndique diffundebatur: sic vt miles lori-
cas armaque caetera, ferro excandescente, coriisque ac lignis arden-
28 tibus, contrahentibusque se, raptim abiiceret. Itaque cernere erat
milites arma sibi ipsos detrahentes, quae spoliorum speciem, ab-
iecta humi, commento magis artis, quam vi pugnantium, praefe-
29 rebant. Ex quo factum est, vt plerisque militibus aut oculi extingue-
rentur, aut summae oris partes, manusque item, et si qua praeterea
30 nuda in corpore patebant, ignibus labefactarentur. Sed et machinis:
quae muro admouebantur, desuper taedas iniiciebant pice ac resina
oblitas, quarum extremitas mucronem, velut sagittae, haberet: quae
quum accensae deferebantur, infixae inhaerentesque machinis, facile
scilicet illas concremabant.

quidem omnes que arbores exciderunt, nonnulla etiam cremauerunt; ac totam, quae locis illis suberat, pulchritudinem foedauerunt. *Steph.*

r) vasis concauis, oblongas ansas habentibus, Gr. *Sylb.*

s) Puto Pol. scripsisse, *vndiquaque* diff. *Steph.*

V.

Sed primis ſane diebus par vtrinque librata fuit pugnae fortuna: dein
mora iniecta, *t*) minus minusque iam alacer Maximini erat exer-
citus, ſed quia ſpe falſus, triſtiorque in dies. Nam quos ne vnum diem 2
ſperauerant ſuum laturos impetum, eos non modo non cedentes,
ſed reſiſtentes etiam audaciſſime animaduertebant. Contra Aquile- 3
ienſes magis magisque in dies virium atque animorum implebantur:
et aſſiduitate pugnandi peritiam pariter audaciamque conſecuti, ſic 4
deſpiciebant milites, vt etiam iocarentur in eos et cauillarentur, ni-
hilque non contumeliae obeunti muros Maximino exprobrarent, tum
in ipſum iuxta filiumque *v*) nulla non iacerent probra. Quibus irri- 5
tatus ac furens, quum effundere in hoſtes iram non liceret, pluri-
mos e ſuis ducibus, quaſi parum ſtrenue atque acriter vrbem
oppugnarent, extremo ſupplicio affecit. *x*) Quo factum, vt infeſtio- 6
rem ſibi atque iratiorem militem redderet, et contemptibi-
lior fieret aduerſariis. Euenit praeterea, vt Aquileienſes commeatu 7
rebusque caeteris abundarent, quoniam magna diligentia quae-
cunque ad homines aut *y*) equos ſuſtentandos deſiderantur, in vrbem
fuerant comportata: contra exercitus omnium rerum egenus, ex- 8
ciſis feracibus arboribus, agroque omni peruaſtato, partim ſub aperto 9
caelo tolerabant ſolem atque imbres. ſiquidem nihil alimenti vel
ipſis vel iumentis importabatur, obſeſſis omnibus Italiae itineribus 10
Romanorum diligentia, murisque et *z*) portis excitatis. Etenim vi- 11
ros conſulares cum lectiſſimis ac ſpectatiſſimis hominibus ex Italia to-
ta miſerat ſenatus, qui littora portusque tutarentur, neque cui-
quam poteſtatem facerent nauigandi: ſic vt inaudita incognitaque
forent Maximino quaecunque Romae agitabantur. *a*) Quin 12
viae quoque omnes et calles, ne quis tranſiret, diligentiſſime ſerua-
bantur. Ita eueniebat, vt exercitus, qui vrbem obſidebat, ipſe 13
inuicem obſideretur. Nam neque Aquileiam capere, neque Romam
proficiſci poterat, nauigiorum ac vehiculorum penuria: quae omnia 14
prius occupata et concluſa fuerant. Rumores quoque ſuſpicionibus 15
in maius augebantur, eſſe vniuerſum in armis Romanum populum,
conſenſiſſe Italiam gentesque omnes Illyricas, barbarasque quascun-

t) For. ita ſcripſit Pol. minus — exercitus; quia ſpe falſus; ſed triſtior *in dies*: aut certe, *ſed*, quia ſpe falſus, triſtior in dies. *Steph.*

v) dira ac foeda, *Memm.*

x) Ex quo factum eſt, vt ille ſuos magis iratos et infenſos haberet, hoſtibus autem maiori contemtui eſſet. Contingebat autem Aquileienſibus, ſatis ſuper que rebus omnibus inſtructos eſſe, et commeatu abundare. Q. d. Is Aquileienſium erat *ſtatus*, vel *res* Aquileienſium in hoc erant *ſtatu*. Non autem narrat Herod. rem, quae tum euenerit. *Steph.* Extrema inde a *Q. d.* — *euenerit*, etſi ſunt etiam hic in ed. Steph. margine, tamen alieno habentur loco, pertinentia forte potius ad ſq. c. 6. §. 10. *Irm.*

y) Latius patet vox Graeca κτήνη. *Steph.* Paulo poſt ὑποζύγια pro eodem, i. iumenta, ſeu iugmenta. *Sylb.*

z) *portulis*, *ſeu paruis portis*, Gr. i. e. feneſtris muralibus. *Sylb.*

a) Quin et omnes viae publicae, Gr. *Sylb.*

que aut oriens aut meridies videt, ad exercitum contrahendum, con-
16 iuratas in Maximini odium. Quare desperantes milites, omnium
17 rerum penuria laborabant, vixque aquae satis habebant: quam etiam
18 pollutam sanguine et caedibus de flumine hauriebant. Nam et Aqui-
leienses cadauera suorum, quae humari non poterant, in flumina
praecipitabant: et qui ferro morboque in exercitu perierant, itidem
alueo demergebantur: inter quos etiam qui inopia ciborum confecti,
19 vix adhuc spiritum retentabant. Quum igitur ad hunc modum moe-
stus atque *b*) inops exercitus esset, repente dum sub tentorio quiescit
Maximinus vacuo die a pugna, quum plerique aut in tabernacula,
20 aut in suas quisque stationes concessissent, visum est militibus iis,
quorum ad vrbem Romam sub monte Albano castra erant, atque
21 in his liberi eorum coniugesque relictae, neci dedere Maximinum: vt
aliquando a diuturna et inexplicabili obsidione requiescerent, neque
Italiae bellum inferrent in tyranni gratiam, damnati omnibus et in-
22 visi. Quocirca occupata audacia, sub medium ferme diem ad illius
tentorium contenderunt, conspirantibus vna corporis custodibus.
Ibique postquam de signis militaribus illius imagines detraxerunt,
prodeuntem mox tentorio cum filio, vt ad eos loqueretur, *hoc illi*
23 *non concesso*, (continuo) obtruncant, vnaque *c*) praefectum praeto-
24 rio, et quoscunque carissimos ille habuerat. Proiectaque ad ludi-
brium cadauera, canibus dein volucribusque lanianda reliquerunt,
25 missis tantum Romam imperatorum capitibus. Hunc habuit finem
26 Maximinus cum filio: ita male gesti imperii dedere ambo sup-
plicium.

VI.

Caeterum exercitus haerebat, nece audita principum. Neque
enim perinde omnibus grata, praesertimque Pannoniis Thraci-
2 busque barbaris, qui scilicet imperium *illi* tradiderant. Sed quando
infectum fieri iam nequibat, ferebant, quamquam inuiti, et se gau-
3 dere cum caeteris simulabant. Quare depositis armis, pacatorum
habitu, ad Aquileiae muros accesserunt: nuntiataque caede Maxi-
mini, petebant vti sibi portae aperirentur, amicis iam, qui pridie
4 hostes fuissent. Enimuero Aquileiensium duces haud passi, propo-
nunt Maximi et Balbini ac Gordiani caesaris imagines, coronis
et lauro redimitas. Quibus ipsi acclamantes, etiam hortabantur
exercitum, vt agnoscerent, salutarentque, et laetis exciperent vocibus
5 quos senatus populusque Romanus imperatores elegisset. nam
6 Gordianos illos superiores cum diis agere aeuum. Sed et *d*) fo-
rum rerum venalium supra muros exposuerunt, magna ciborum
vinique copia, praetereaque vestium et calceorum, rerumque

b) Non dubito, quin Pol. aliquem genitiuum huic nomini *inops* adiecerit. Apte quidem certe scriberetur *inops* consilii. *Steph.*

c) Anolinum, *Mumm.* ex Iul. Capitol. *Sylb.*

d) mercatum supra muros proposuerunt rerum omnium, ad vitam necessariarum; venalem esculentorum et poculentorum omnis generis abundantiam praebentes, vestium quoque et calceorum. *Steph.*

adeo omnium, quas praebere hominibus posset ciuitas beata et florens.
Igitur magis magisque ea res exercitum obstupefecit, cogitantem 7
fuisse illis abunde omnia, etiam ad longiorem obsidionem suffectura:
contraque se magna egestate omnium, prius aliquanto perituros,
quam vrbe omnibus circumfluente copiis potirentur. Ita manente 8
sub muris exercitu, et quae cuique vsui forent, inde sumentibus,
colloquentibusque inter se, pacis erat amicitiaeque velut habitus, 9
manente adhuc obsidionis specie, quum scilicet clausa moenia Ro-
manus circumsideret exercitus. *e*) Dum haec ad Aquileiam geruntur, 10
interea equites, qui Maximini caput Romam ferebant, magno
studio accelerantes, patentibus vbique portis ac laureata popula-
rium frequentia excepti, stagnis paludibusque inter Altinum ac Ra- 11
uennam enauigatis, Maximum in vrbe Rauenna inuenerunt, de-
lectos ex vrbe et Italia contrahentem milites, ac Germanorum auxi- 12
liares, qui beneuolentiae nomine publice a popularibus missi
fuerant, quibus olim Maximus cum imperio diligentissime prae-
fuerat. Ergo paranti copias aduersus Maximinum, repente oc- 13
currunt equites, capita ferentes principum, victoriamque nuntian-
tes, et rerum prosperos successus, *f*) consensumque exercitus
et populi ad eosdem colendos principes, quos senatus ele-
gisset. His igitur praeter spem nuntiatis, statim ad aras sa- 14
crificatum discurritur, victoriam canentibus vniuersis, quam ci-
tra pulueris iactum sibi pepererant. Enimuero Maximus peracto 15
sacrificio Romam dimittit equites, vt rem gestam populo narrent,
et capita illa perferant. Qui postquam peruenere in vrbem, atque 16
g) infixa contis hostilia capita omnibus conspicienda praetulerunt,
nemo vtique verbis vllis consequi posset festum laetitiamque eius
diei. Nulla quippe fuit aetas, quae non ad aras et templa festinarit, 17
nemo qui domi se continuerit: sed ibant ceu lymphati, gratantes
inuicem, atque in circum veluti futura concione frequentes concur-
rebant. Ipseque Balbinus hecatombas immolabat, nullique non ma- 18
gistratus, nulli non e senatorio ordine laetabundi supra quam dici
posset agitabant, quasi securim ceruicibus imminentem excussissent.
Igitur nuntii legatique per omnes prouincias laureati dimittebantur.

VII.

Dumque ad hunc modum tanta Romanum pop. laetitia tenebat, in-
terea Maximus Rauenna profectus Aquileiam peruenit, trans-
missis paludibus, in quas fluuius *h*) Eridanus ac vicina exundant sta-

e) Quae Stephani huc pertinere videantur, cf. supra c. 5. §. 6. *Irm.*

f) atque exercitum partes Romanorum amplecti, et colere Imperatores, a senatu electos. *Steph.*

g) infixum conto caput hostis, omnibus conspiciendum *praebuerunt*. Est autem τοῦ πολεμίου, q. d. illius sui hostis. Ac fit mentio vnius tantum capitis, patris videlicet; quod in filium eius non perinde, atque in eum conceptum esset odium. Sic paulo ante, vbi vertit Pol. *capita* illa *perferant*, Herodianus dicit *caput* illud. *Steph.*

h) Fortasse mendum hic in

2 gna, ſic vt per ora ſeptem in mare praecipitentur. Itaque indigenae
3 patria lingua paludem illam ſeptem maria appellant. Statim igitur
Aquileienſes Maximum reſeratis portis excepere: nullaeque non Ita-
4 liae ciuitates legatos mittebant, principes viros, candidatos ac lau-
reatos: et deorum patriorum ſimulacra aureasque coronas, ſi quae in
donariis fuerant, comportantes, qui fauſta omnia Maximo acclama-
5 rent, et frondibus eum conſpergerent. Quin exercitus etiam, qui
Aquileiam circumſederat, pacato habitu prodibat laureatus, non tam
vero concordique affectu vniuerſorum, quam ficta beneuolentia, et
honore temporario ad praeſentem fortunam principis accommodato:
6 pleriſque tamen indignantibus ac dolentibus clanculum, quem ipſi
7 elegerant, *i*) cecidiſſe, rerum potiri quem ſenatus creauerat. Enim-
vero Maximus, vno alteroque die ſacrificiis abſumpto, tertio dein
exercitum omnem in planitiem conuocauit, atque ex tribunali ad
8 hunc modum verba fecit: *Quam fuerit ex vſu vobis poenitentia, et
reconciliata cum Romanis gratia, re ipſa didiciſtis, pacem videlicet pro
bello agitantes: k*) *ſeruato etiam militari iureiurando, quod eſt vnum
9 Romani principatus myſterium ſanctiſſimum. Quare debetis etiam dein-
ceps huiuscemodi commodis frui, fidem populo ſeruantes ſenatuique Ro-
10 man. et nobis imperatoribus, quos a nobilitate et rebus geſtis, longa-
que ſerie generis, quaſi per gradus quosdam prouectos, pari iudicio S.
11 P. Q. R. elegerunt. Neque enim vnius tantum hominis peculiaris poſ-
ſeſſio principatus eſt, ſed communis antiquitus totius Romani pop. Si-
12 quidem in illa vrbe ſita eſt imperii fortuna, nobis autem diſpenſatio
tantum atque adminiſtratio principatus vna vobiscum demandata eſt.
13 l*) *Qui ſi ordinem, quem decet, ac modeſtiam retinebitis, ſi debitum
principibus honorem ac reuerentiam exhibebitis, cum ipſi beatam vitam
bonisque omnibus affluentem adipiſcemeni, tum nationes ac ciuitates vni-
14 verſae pacem colentes in officio permanebunt. Viuetis autem cuncti ex
animi veſtri ſententia, domi ſuae quisque, neque in externis regioni-
15 bus conflictabimini. Vt autem barbarae* etiam *gentes pacem quietem-
16 que tueantur, m*) *nobiscum erit hic labor. n*) *Nam cum duo ſint im-
peratores, facilius vrbanae res adminiſtrabuntur, atque externae*, ſi-

Graeco eſt, Eridanus que pro Timauo poſitus. *Memm.* ex vetere Politiani libro. *Sylb.*

i) ſublatum eſſe, ac rerum potiri, quos ſen. cr. *Memm.*

k) Pol. omittit interpretationem horum verborum, πρ. θ. οὓς ὀμ. cum quibus ſi nihil deſideratur, dicit, eos pacem habere erga deos, ſeu cum diis, quos iurauerunt. Sed non immerito quis ſuſpicetur, aliquot verba deeſſe, atque adeo ita ſcriptum fuiſſe, εἰρ. ἔχ. καὶ πρὸς αὐτοὺς, καὶ πρ. θ. οὓς ὀμ. *Steph.*

l) Qui ſi moderate et honeſte vos geretis, et reuerentia atque honore principes proſequemini, illa beatam et omnibus neceſſariis rebus inſtructam vitam vobis praebebunt, caeteris autem omnibus hominibus per ſingulas nationes et ciuitates pacis atque animi, ad obſequendum principibus promti, cauſa erunt. Viuetis *autem* — Illa vero, quae beatam vitem eis praebitura, et caeteris pacem allatura dicit, intellige, ex proxime praecedentibus, res imperii, ab ipſis Imperatoribus vna cum militibus adminiſtratas. *Steph.*

m) Forſan Pol. ſcripſit, *nobis* curae erit hic labor. *Sylb.*

n) Nam, quum duo ſint Impe-

cubi neceffaria fit celeritas: *praefto fcilicet futuro* facile *alter- 17
vtro, quocunque vfus vocauerit. Neque vero fufpicemini rerum
fuperiorum memoriam vllam fuperfore, aut in nobis (quippe nihil non
iuffi feciftis) aut in Rom. pop. nationibusque aliis, quaecunque ob ac-
ceptas iniurias defciuerunt. Sit omnium obliuio, fit foedus conftantis* 18
amicitiae, fidesque beneuolentiae ac moderationis fempiterna. Haec 19
loquutus Maximus, ac pecunias magna copia pollicitus, paucos
Aquileiae commoratus dies, Romam reuerti conftituit. Igitur di- 20
miffo exercitu reliquo in prouincias caftraque propria, Romam re-
vertitur ipfe, cum ftipatoribus iis, quibus imperatorum cuftodia in-
cumbebat, *o*) quique delecti a Balbino fuerant, neque non au- 21
xiliaribus Germanis, quorum potiffimum fidei confidebat, vt-
pote quibus olim, nondum adepto imperio, cum poteftate praefue-
rat, *moderate fe gerens.* Ingredienti vrbem etiam Balbinus occurrit, 22
Gordianum caefarem fecum adducens: fenatus autem populusque
vniuerfus, laetis acclamationibus veluti triumphantes exceperunt.

VIII.

Poft id autem, quum publice priuatimque magna modeftia et graui-
tate imperium gubernaretur, omnesque omnia bona dicerent, lae-
tareturque populus et gloriaretur patriciis imperioque dignis princi-
pibus, *p*) militum tamen vlcerofi animi populares illas acclamationes 2
haud aequis auribus accipiebant, ipfamque illam nobilitatem graua-
bantur, indigne ferentes datos fibi a fenatu principes. Angebant 3
praeterea eos Germani, quos in vrbe fecum Maximus retinuerat. Nam
futuros vindices fperabant, fiquid ipfi maius aufi forent: etiamque
infidias fufpectabant, ne forte ab illis per fraudem exarmarentur,
qui quum praefentes adeffent, facile in ipforum locum fufficerentur:
memores Seueri principis, qui etiam Pertinacis interfectores exau- 4
torauerat. Quum itaque ludi Capitolini celebrarentur, deditis fefto 5
ac fpectaculis omnium mentibus, repente diffimulatum diu fenfum
milites indicarunt. Namque ira inftincti, ac vefano quodam motu 6
vnanimiter ad regiam concurrentes, *q*) fenes principes ad necem
depofcebant. Forte accidit, vt ne ipfi quidem inter fe fatis congrue- 7
rent: fed (vt eft regnandi inexhaufta auiditas, atque incommunica-
bilis natura poteftatis) *r*) vterque ad fe fummam imperii trahebat.
Etenim Balbino claritudo natalium, atque iterum geftus confulatus, 8
Maximo autem praefectura vrbis, et quod rerum peritus habebatur,

ratores, et quae Romae agenda erunt, facilius adminiftrabuntur, et, fi quid etiam in extera regione feftinationem neceffario pofcat; vtpote alterutro ad ea, quae vocabunt, praefto facile futuro. *Steph.*

o) cum iis item, qui fub Balbino militabant. Quin etiam reuerfi funt auxiliares, qui e Germania venerant. Eorum enim beneuolentiae fidebat; vtpote in quorum gentis praefectura, ante adeptum imperium, moderationem omnem adhibuerat. *Steph.*

p) milites tamen animis aeftuabant, et cum illis pop. acclamationibus offendebantur, tum vero ipforum Imperatorum illam ipfam nobilitatem grauabantur. *Steph.*

q) fenibus Imperatoribus irruptione facta fuperueniunt. *Steph.*

r) imperium certatim ad fe trahebant: quum Balbinus quidem, propter nobilitatem et duos confulatus a fe geftos, primas partes tenere aequum cenferet, at Maximus, quod praefectus vrbis fuiffet,

9 animos faciebant: vtrumque tamen patritia nobilitas, et quantum
satis esset, illustre genus, ad summum imperium stimulabant. Quae
10 res imprimis ambos perdidit. nam audito Maximus venisse ad se oc-
cidendum milites, qui praetoriani appellantur, arcessere statim Ger-
manos auxiliares statuerat, qui scilicet in vrbe ipsa erant, ac posse
11 resistere praetorianis videbantur: at Balbinus dolum contra se com-
positamque aliquam suspectans fraudem, quod studere Maximo Ger-
manos cognouerat, prohibuit acciri illos: negans ad prohibendos
repellendosque praetorianos conuocari, sed id agi, vt summa rerum
12 solus Maximus potiatur. Ac dum inter se ad hunc modum disce-
ptant, ecce tibi vnanimiter milites, impetu in aulam facto, *s*) tur-
13 batis ianuarum custodibus, senem corripiunt vtrumque, laceratisque
vestibus quas gerebant, vilioribus sane, vtpote domi se continentium,
nudos ipsos ex aula abstrahunt, ac per omnem ignominiam contu-
meliamque caedentes *t*) irridentesque senatorios imperatores, bar-
bamque et supercilia vellentes, neque vlli parcentes corporis to-
tius ludibrio, per mediam vrbem ad castra deducebant, ne occidere
quidem illos in regia decreti, sed *v*) lento mortis genere prius ex-
14 carnificare, quo dolorem diutius perpeterentur. Sed vbi Germanos
re deinde cognita, raptis armis, in auxilium concurrere nuntiatum
praetorianis est, statim illos *x*) nullo non ludibrio prius affectos con-
15 trucidant. Relictisque in ipsa via cadaueribus, tollentes in altum
16 manibus Gordianum caesarem, quando aliud nihil *in praesens* occur-
rit, imperatorem consalutabant: identidem ad populum vociferan-
tes, iacere ipsorum manu quos populus ab initio recusauerat: electum-
que Gordianum Gordiani nepotem, quem ipse Rom. pop. ad impe-
17 rium compulisset. Hunc igitur secum deducentes, coiere in castra,
18 clausisque portis quieti agitabant. At Germani vbi occisos proie-
ctosque audierunt, quorum causa properauerant, quum nollent irri-
tum bellum pro viris vita defunctis suscipere, in sua diuersoria re-
19 vertuntur. Hunc finem vitae habuerunt, indignum videlicet ac ne-
farium, *y*) sancti et venerabiles senes, claritudine generis atque
20 egregiis meritis ad imperii fastigium prouecti. Caeterum Gordianus,
quum annorum esset ferme tredecim, *z*) princeps (ab vniuersis) de-
claratus, Romanum suscepit imperium.

et rerum peritus haberetur. Vtrumque tamen — *Steph.*

s) quum illis de via cessissent, i. transitum dedissent, atriensium ianuarum custodes. *Steph.*

t) per irrisionem, aut per *scommata*, retinendo vocem Gr., *vocitantes* Senatorios Imperatores. *Steph.*

v) viuos cruciatibus afficere. *Steph.*

x) nulla non parte corporis iam foedata, contrucidant. -- in publica via cadaueribus, quum Gordianum, qui caesar erat, in altum sustulissent, atque Imperatorem declarassent, (quoniam alium in praesens non inuenerant,) vociferantes populo, se interemisse illos, quos populus initio imperium obtinere noluisset, Gordianum autem elegisse, nepotem illius Gordiani, quem ipsimet Romani suscipere imperium coëgerint: habentes illum, castra petierunt: clausis que p. quieti manserunt. *Steph.*

y) venerabiles senes et commemoratione digni, vel, et digni, quorum memoria celebretur. *Steph.*

z) *Imperator.* Sed noluit hac voce vti, quod et vocem *Imperium* vsurpare statim post cogeretur. *Steph.*

PAVL VOET
IN
HERODIANI
MARCVM ET COMMODVM
IMPERATORES
NOTAE.

VLTRAIECTI
APVD IOANNEM A WAESBERGE
A. CIↃIↃCXLV.

ERVDITO

AC GENERIS PROSAPIA SPECTABILI

D. EVERHARDO DE WEEDE

I. V. D.

S. P.

Quamuis hoc faeculum praefens, Doctor Praeftantiffime, omni litterarum refertum genere, nihil legere geftiat, nifi quod expolitum ab omni parte ac difertum: tamen meas qualescunque notulas tenues ac fimplices audacter e latebris extraho, (et) in publicum emitto. Spero etenim, foeturam noftram eo gratiorem plerisque futuram, quo commendatior praemittitur pararius. Quidquid fit, erit faltem grati animi, ac veteris amicitiae, nunquam interiturae, apud te depofitum. Gratanter itaque hoc munusculum, longe tuis meritis impar, fuscipe ab eo, qui totus tuus et officio et affectu.

P. VOET.

LECTORI SALVTEM.

Habes ex meis in Herodianum praelectionibus obferuatiunculas, quibus demfi differtationes omnis generis, pro pulpito tum temporis infertas. Iftae meo iudicio faciles, quae que citra iudicium vel a quibusvis colligi ac corradi poffunt. Grammatica, linguam Graecam fpectantia, et ideo refecaui, quia minus accepta et grata. Textum Graecum integrum imprimi curaffem, nifi Stephani editiones omnium tererentur manibus, quibus meos numeros contextui Graeco praemiffos adaptaui. Prior inueftiganti defignabit paginas editionis in octauo, pofterior in quarto. Quisquis es hisce leuiculis leuiter fruere, faue ac vale.

LECTORI EDITOR NOVVS.

In recufo hoc libello neceffario mutauimus numeros initio fectionis Notaeque cuiusque, vt noftrae editioni aptus effet, tum vitia typorum fuftulimus, porro Notas interferuimus modo ad 1, 11, 4, et 1, 12, 12., fed loca fcriptorum non expleuimus, nifi ftatim ad manus effent, additis tum vncis ( ), quos et in Ind. dedimus, cum ordine elementorum, tum Graecis a Lat. feparatis melius conftituto, etiam forte per aliam perfpicuitatem, fuis que de caufis nunc potius edito, quam cum noftris Indd. olim. Plau. d. 2. Aug. CIↃIↃCCLXXXI.

IN HERODIANI MARCVM ET COMMODVM IMPERATORES NOTAE.

I, 1, 1. Πλεῖστοι περὶ συγκομιδὴν ἱστορίας.) Eſt locutio Metaphorica, ſimilitudine deſumta ab iis, qui fructum ex agro domum referunt: quae ſignatio vocis συγκομιδῆς, vti licet colligere ex illo Iſocratis in Areop. εὐκαίρως καὶ πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς χώρας καὶ πρὸς τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν. Significanter itaque hac vtitur voce noſter ſcriptor: cum hiſtoria nihil aliud ſit, niſi exemplorum ac praeceptorum in vita vtilium collectio quaedam ac veluti meſſis. Cui non diſſimile illud Theonis in progymnaſmatis: ὐδὲ γὰρ ἄλλο τί ἐστιν ἱστορία ἢ σύστημα διηγήσεως. Eadem ratio videtur fuiſſe, cur hiſtoriam appellauerit σύνταγμα Scholiaſtes Graec. Anonym. in Thucyd. ſub initium libr. I. καὶ τοῦ μὴ ἑτερόν τινα τὸ αὐτοῦ σφετερίσασθαι σύνταγμα.

1, 1, 1. Ἐνίων τε πάλαι γεγονότων μνήμην ἀνανεώσασθαι.) hunc in modum Liuius in prooem. hiſtor. *Rerum geſtarum* memoriae *conſuluiſſe.*

I, 1, 1. Μνήμην ἀνανεώσασθαι) eſt, *rerum geſtarum* memoriam *renouare*, vel *in* memoriam *reuocare* res *geſtas.* Vtraque explicatio commoda. Metaphora videtur deſumta ab aedificiis ruinoſis vel rebus obſoletis, quae, niſi ſuſtineantur, reficiantur, concidunt, corrumpuntur. Ita ni hiſtoria medelam adferat rebus geſtis ac lucem, non vigebit vlla praeteritorum memoria, ſed in tenebris erit poſita denſiſſimis. Ipſa etenim eſt lux veritatis, vitae memoria, ac nuncia vetuſtatis; qua amiſſa, neceſſario conſequetur earum rerum occaſus, quibus aeternitas debetur. Neque enim aliam reddit rationem Horat. lib. 4. od. 9. cur incognita veterum multorum memoria, laude digniſſimorum, qui ante bellum vixere Trojanum, niſi quod ipſorum facta illuſtria, non fuerint tradita ſcriptis, quae famam poſteritati conſecrant. Neque alium vtiliorem hiſtoriae finem ſibi propoſitum habebit hiſtoricus, quam vt antiquitatum recordatio conſeruetur. Id quod de ſe Herod. Halicarn. init. ſui operis: Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἀπόδεξις ἥδε, ὡς, μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωϋμαστὰ, τὰ μὲν ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισιν ἀποδεχθέντα, ἀκλεᾶ γένηται.

I, 1, 1. Παιδείας κλέος ἀΐδιον μνώμενοι, ὅπως et quae ſeq.) Hunc in modum Iuſtinus in praef. *Siue aemulatione gloriae, ſiue varietate et nouitate operis delectatus, vir priſcae eloquentiae* Trogus Pompeius *orbis hiſtorias compoſuit.* Liv. in prooem. *Facturus ne operae pretium ſim, ſi a primordio vrbis res populi Romani perſcripſerim; nec ſatis ſcio: nec ſi ſciam, dicere auſim. Quippe qui cum veterem tum vulgatam eſſe rem videam, dum noui ſemper ſcriptores, aut in rebus certius aliquid allaturos ſe, aut ſcribendi arte rudem vetuſtatem ſuperaturos credunt.* Vitium igitur eorum carpit noſter ſcriptor, qui, dum famam ſtudent ab obliuione aſſerere, in lucem edere geſtiunt hiſtoriam minus accuratam, in qua, veritate neglecta, ſolummodo circa dicendi genus omnem adhibent curam. Quem ſcribendi pruritum obtinuiſſe Platonis aeuo, vel inde licet colligere, quod in diuina illa ſua de legibus inſtitutione, contra iſtud vitium hoc ſuggerat conſilium: in omni republica praeſcribi cauerique oportere, ne cui

liceat, quae composuerit, aut priuatim ostendere, aut in vsum publicum edere, antequam ea constituti super id iudices iudicarint, nec damnarint. Serpsit etiam hoc vitium subsequentibus temporibus, praesertim inter latinos scriptores, in quos inuehitur Horat. Epist. lib. 2.

Scribimus indocti doctique
— — tenet insanabile multos
Scribendi cacoëthes. et alibi:
-- -- populus leuis hoc calet vno
Scribendi studio, pueri patresque seueri
Fronte comas vincti coenant, et carmina dictant.

Quod ineptorum hominum factum vrbane castigat, ac culpat Pers. Prooem. *Nec fonte labra prolui caballino. Vt derepente* et cet.

Praesertim vero desiderium poëtandi tam familiare malum temporibus Neronis, vt vocari juste potuisset morbus quidam epidemicus, vt notat Clar. Casaub. ad Pers.

I, 1, 1. Τῆς μὲν ἀληθείας ἐν ταῖς ἀφηγήσεσιν ὠλιγώρησαν) Summa fide ac veritate historiam conscribere, tam difficile, quam quod difficillimum: etsi enim lynceis omnia cernant oculis, facile imbecillitate humana macula irrepit, quae visum fugiat. Adeo vt hac motus ratione rigidam in omnes ferat censuram Flav. Vopis. lib. 3. de Aurel. *Nemo*, inquit, *scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid est mentitus, et est, in quo Liuius, in quo Sallustius, in quo Tacitus, in quo denique Trogus manifestis testibus conuinci possunt.* Cuius vestigium premit Corn. Agrippa de vanitate scientiarum c. 5. *Historia cum maxime omnium rerum seriem, fidem, consonantiam veritatemque exposcit, illa tamen minime praestat, tam inter se dissentiunt historiographi, tam varia tamque diuersa de iisdem tradunt, vt impossibile sit plurimos illorum non esse mendacissimos.* Etsi vero veritatem seruare videatur impossibile; tamen qui historica volunt obligare fide, quique posteris prodesse cupiunt, hanc tanquam vnicam historiae notam amplectantur. Adsint reliqua, quae adesse possunt, vel debent: hac sola sublata, totus historiae contextus in partes dissiliet. *Quis enim nescit, primam esse historiae legem, ne quid falsi dicere audeat, ne quid veri non audeat?* Cicer. lib. 2. de orat. Quis ignorat legitimam eam demum historiam, cuius norma praecipua, vt res, euentusque sincere, atque ex veritate narrentur: nec quicquam, quo nimis inclinant scribentium animi, hauriatur ex vano, vt alibi loquitur Lipsius. Quae omnia si non seruentur, nulla amplius relinquitur historiae vtilitas, sed quicquid additur, inutile erit ac vanum. Hoc verum Polybii judicio, qui praeclare ea de re loquitur, lib. I. ὥσπερ ζῶον τῶν ὄψεων caet. quae ita latine vers. *Vt animal luminibus ademtis prorsus inutile redditur: ita, si veritatem ex historia tollas, quod illius superest, inutile fit.* Quo factum, vt semper notati fuerint scriptores, qui ab hoc tramite deuiarunt. Eos in genere culpat Senec. lib. 4. nat. quaest. c. 3. *Historici*, inquit, *cum multa sunt mentiti ad arbitrium suum, tandem adiiciunt illud: PENES AVCTOREM FIDES ESTO.* Graecos satis dure perstringit Iuuen. libr. 4. satyr. I.

Et quicquid Graecia mendax
Audet in historia.

A Polybio reprehenduntur Plinius et Fabius Pictor, quod a veritate in fcribendo defluxerint. Errat igitur Patauinus fcriptor in prooem. hift., vbi refert hiftoricos multa veterum falfa, ac *poeticis magis decora fabulis* inferuiffe fuis fcriptis, proxime fubiungens, *haec veni i datur antiquitati.* Eodem modo deuiat Diodor. Sicul., qui vult *in prifcis rebus veritatem non effe ad vnguem quaerendam.* Accurate ergo nofter fcriptor in Hift. prooem. ad illa verba · εἰσὶ δὲ, οἳ caetera. *Sunt qui res humiles ac per fe tenues, fcribendi artificio, longe fupra verum fuftulerunt. Ego vero e contrario fumma fide collectam hiftoriam confcribendam fuscepi.*

I, 1, 2. θαῤῥοῦντες, ὡς, εἴ τι καὶ μυθῶδες λέγοιεν et quae feq.) Idem de Ephoro Senec. natur. quaeft. lib. 7. c. 16. *nec magna molitione detrahenda eft auctoritas Ephoro: hiftoricus eft. Quidam incredibilium relatu commendationem parant, et lectorem aliud acturum, fi per quotidiana duceretur, miraculo excitant. Quidam creduli, quidam negligentes funt: quibusdam mendacium obrepit, quibusdam placet. Illi non euitant, hi appetunt. Et hoc in commune de tota natione: quae approbare opus, et fieri populare non putat poffe, nifi illud mendacio afperfit. Quorum vero non religiofiffimae fidei, faepe decipit.* Rationem huius vitii reddit fcriptor nofter: exiftimant, fi quid falfi rebus immifcetur a fuo faeculo remotiffimis, id refelli non poffe. Multa quippe veterum *incerta et incognita: quod teftantur caudae Tritonum,* fuper aede Saturni, *humi merfae, et abfconditae,* teft. Macrob. I. Saturnal. c. 8. *Ac res cum vetuftate nimia obfcurae, velut quae magno ex interuallo loci vix cernuntur.* Liu. lib. 6. quod vitium, vt affolet, Lucianus falfe ridet libr. prim. verarum hiftor. Cum enim multa narraffet fabulofa de iis rebus, quae in longe diffitis regionibus accidiffent, addit: *tum fi non credis illi, rem exploratum abi.* refpondet alter: *credam tibi potius, quam vt eo eam.*

I, 1, 3. Εἰσὶ δ' οἱ πρὸς ἔχθραν ἢ μῖσος τυράννων et quae feq.) Quicunque ea, qua par eft ratione, confcribendam fufcipit hiftoriam, affectus omnes exuat inordinatos, expers fit ac immunis ab omni cura, quae fcribentis animum aliqua ratione follicitum efficere poffit, *ne qua fit fufpicio gratiae, ne qua fimultatis.* Cicer. 2. de Orat. quo maximis laudibus inimicos exornet, fi actiones id requirant; neceffitudine coniunctos vituperet, fi vitae delicta hoc faciendum oftendant. Secundum Luciani monitum, qui vult hiftorici mentem fpeculo optimo fimilem, quod formas omnes recipit atque exhibet, quales funt. Siquidem enim mens affectibus fit commota, non aliter veritatis fpeciem referet, quam aqua ventis turbata juftam hominis effigiem.. Nouit id Tacit. qui hunc in modum de fe ipfo loquitur Annal. I. *Inde confilium mihi, pauca de Augufto et extrema tradere: mox Tiberii principatum, et caetera, fine ira et ftudio, quorum cauffas procul habeo.* et Hiftor. lib. I. *incorruptam fidem profeffis, nec amore quifquam, et fine odio dicendus eft.* Reprehendendi igitur illi, qui laudes adhibent immodicas, idque vel adulandi gratia, vel amicitiae. Priores notat Tacit. Hiftor. I. *Veritas pluribus modis infracta; primum reipublicae infcitia, vt alienae, mox libidine affentandi, aut rurfus odio aduerfus dominantes.* Poftremos reprehendit Sen. fuafor. libr. c. 6. *Quoties magni alicuius mors ab hiftoricis narrata eft, toties fere totius vitae confummatio, et quafi fu-*

nebris laudatio redditur. Pauſan. lib. I. in Attic. improbat Hieronymum Cardianum Hiſtoriographum, vt familiarem nimium ei, de quo ſcripſerat: quia, qui cum viro Principe familiariter viuit, neceſſe habet ad fauorem eius omnia ſcripta accommodare. Etiam iſti culpandi, qui odio vel priuato, vel publico, iniqui ſunt judices. De quibus Tacit. Hiſtor. lib. I. *Obtrectatio et liuor pronis auribus accipiuntur, quippe malignitati falſa ſpecies libertatis ineſt,* et Diod. Sicul. de Timaeo, quem propter nimias ac longas reprehenſiones vocat Epitimaeum. Aliter hiſtorici, qui fidem apud poſteros mereri volunt. Minus dant amicitiae, minus odio; non mouent affectus, non prouocant, non ſtudent, eos vel ad ſpem, vel metum, vel iram, vel amorem traducere. Ita Diod. Sicul. libr. 15. ſtrictim ſe ac breviter dicit annectere virorum magnorum laudes narrationi de obitu. Xenophon cum de Ageſilao ſcribit, addit prudenter: *Hic Ageſilaum magnanimum ſine controuerſia appellare licet.* Thucydides Hiſtoricus inſignis adeo eſt aſſecutus, quod voluit, vt nulla in Athenienſes indignatione ſua ſcripta aſperſerit, nunquam de auctoribus exilii ſui, Cleone et Braſida, male dixerit: Patriae ſuae hoſtes, Lacedaemonios, ne verbo quidem laeſerit. Falſus igitur Flav. Vopiſ. in Probo, cum inquit: *Omnes omnium virtutes tantae ſunt, quantas videri ii voluerunt, qui vniuscuiusque facta deſcripſerunt.*

I, 1, 4. Ἐγὼ δ' ἱστορίαν ἐ παρ' ἄλλων ἀποδεξάμενος et ſeq.) ita noſter in Seuero: *mihi propoſitum eſt ſeptuaginta annorum res, quas ipſe habeam cognitiſſimas, ſub diuerſis principibus geſtas, in vnum corpus comprehenſas, literarum mandare monumentis.* Fuit enim multorum, quae commemorat, factorum inſpector, multorumque auditor dictorum. Vixit iis temporibus, quibus illi imperatores, quorum vitas ſtylo eleganti eſt proſecutus. Non igitur metuendum, ne parum explorata ſcriptis conſignet, cum ſe contineat intra ea, quae ſuo aut parentum aeuo contigere, quibusque aut ipſe interfuit, aut quae ſaltem a viris fide dignis accepit, qui interfuere.

Quod hiſtorici requiſitum indicat vox Graeca ἱστορία, quae ſtudium cognoſcendi, luſtratio locorum, vnde apud Dioſcor. in praefat. ἐξ ἱστορίας dicuntur, *ex percunctatione audita,* immo quod magis: Verrius Flaccus hiſtoriam definit, quod ſit *narratio rerum geſtarum, quibus interfuerit is, qui narrat.* Apud Gell. Noct. Att. lib. 5. c. 18. Ideo Polybius, ne quid falſi ſcriberet imprudens, in longe ſemotas profectus eſt oras, easque ſuis luſtrauit oculis. Galliam peragrauit, Alpes adiit, Hiſpaniam vidit, multaque alia, aliisque quicquam referret, niſi eſſet exploratum.

Diodor. Sicul. ex teſtimonio Iuſtini Martyris, annos triginta Europam atque Aſiam luſtrauit, et ſuis pleraque contemplatus eſt oculis. De Dione Caſſio idem dicendum, qui ita de ſeipſo l. 27. Λέγω δὲ ταῦτα caetera. Quae ita lat.: *haec autem ego, caeteraque omnia, quae ſequuntur, non ab aliis tradita, ſed a me obſeruata notaui.* Quorum omnium cum negligens eſſet Caeſar, factum, vt ipſius commentarii fuerint reprehenſi. Ita enim in eius vita Suet. c. 56. *Pollio Aſinius, Commentarios Caeſaris parum diligenter, parumque integra veritate compoſitos putat: cum Caeſar pleraque, et quae per alios erant geſta, temere crediderit.*

I, 1, 4. Ἔργων μεγάλων) comparat historiam suam cum aliorum scriptis, qui minutias fuere sectati, quos etiam reprehendit. Nihil etenim curet, quam si vilissima quaeque sectetur, ille, quem officii ratione conuenit altiora indagare, canibus in eo similis, terrae qui assiduo adfixi naso, cum instar aquilarum per negotiorum deberet volare celsitudines. Eleganter Bodin. Meth. Hist. Vt Academici rerum anilium nullas ideas posuerunt, ita futilibus actionibus historia constare non debet.

Lucian. in suo de historia libro hanc rem insigni declarat simili. Εἰσί τινες, οἳ τὰ μεγάλα, caet. *Sunt quidam qui rerum gestarum maximas et memoria dignissimas praetermittunt, aut praetercurrunt, prae imperitia autem, aut ineptia et ignorantia, cum eorum, quae dicenda, tum quae tacenda sunt, res minimas admodum prolixe et laboriose immorando persequuntur. Non aliter ac si quis Iouis Olympici pulchritudinem vniuersam, quae tanta est ac talis, nec videat, nec laudet; neque etiam iis, qui ea nesciunt, quicquam narret: sed subsellii rectitudinem, et expolitionem, et crepidae concinnitatem admiretur, et haec plane magno studio exponat. Magna itaque copiose exponenda sunt, parua autem et minus necessaria percurrenda, ne dicam praetermittenda.* Quae ratio, cur multi historici aliorum incurrerint reprehensionem. Dion (sibi infensus calamum videtur a conatu velle reuocare, quando conqueritur, se comminuere grauitatem historicam, si domesticam Commodi Imperatoris consuetudinem latius attingat. Valerius Maximus censuram incurrit Lampridii in vita Commodi, quod minutiarum imprudens fuerit sectator. Sallustius culpatur a Victor. lib. 2. var. lect. c. 23. quod de Philenorum aris minuta quaedam, graui historico indigna, suis admiscuisset historiis.

I, 1, 5. Εἰ γοῦν τις παραβάλλοι πάντα τὸν ἀπὸ τοῦ Σεβαστοῦ χρόνον, ἐξ οὗπερ ἡ Ῥωμαίων δυναστεία μετέπεσεν εἰς μοναρχίαν.) Existumat scriptor noster hoc in loco, imperium Romanum in Monarchicum statum sub Augusto mutatum fuisse; quum tamen manifestum sit, populi Romani potentiam non solum diminutam sub Iulio Caesare, verum etiam sublatam; non tantum facto, verum etiam iure; neque enim sibi vllam vsurpauit potestatem, antequam haec ei senatus decreto esset delata, siue hoc factum metu, siue voluntarie. Quod vero legiones senatus sententia non dimiserit, nihil iuuat; tum quod iniuste et subdole illas legiones ipsi detractas vellent, et additas Pompeio, qui ei dominaretur, tum quod Senatores quidam cogerentur ire in sententiam a Pompeii amicis latam, additis etiam minis. Cum igitur Senatus potissima pars adeo male de Caesare fuerat merita, vt iuste inclementiam eius, qui alias in inimicissimos satis clemens, metuerent, nouos finxit honores, ac singulares ei decreuit; quo eius captaret gratiam, qua excidisse sese autumabat. Itaque Pater Patriae fuit appellatus; Dictator in perpetuum; Comitia in sua habuit potestate. Quae omnia quid aliud notant, quam populi auctoritatem tralatam in Principem? Senatum solus ex arbitrio suo et beneplacito constituit, honores ac munera solus est elargitus, adeo vt nulla de ambitu lege foret opus. Cum enim ante ciuile bellum tantae fuerit potentiae, multo magis post illud aucta, non diminuta ea dicenda. De Caesare autem, cum in consulatu collegam haberet Bibulum (quod ante bellum ciuile) hoc narrat Suetonius: *Vnus ex eo tempore omnia in Republica, ad arbitrium admi-*

nistrauit: vt nonnulli vrbanorum, cum quid per jocum testandi gratia signarent, non Caesare et Bibulo, sed Iulio et Caesare actum scriberent, bis eundem proponentes, nomine atque cognomine. Vtque vulgo mox ferrentur hi versus:

Non Bibulo quicquam nuper, sed Caesare factum est:
Nam Bibulo fieri consule nil memini.

Adde: *Nouissime, dubium, an ipso volente, oblata pro rostris ab Antonio consule regni insignia.* Flor. lib. 4. c. 2. Patercul. lib. 1. Dion. lib. 44. quod an approbatum fuerit, patescit ex lege regia, in qua Iulii Caesaris sub initium mentio fit: cuius legis fragmentum aerea tabula incisum, adhuc in Laterani Basilica asseruatur. Qua de re vide Georgium Fabricium antiquitatum lib. I.

Verum tamen a nostro scriptore merito videtur exclusus Iulius Caesar, tum quod non diuturno gauisus fuerit principatu, quem vix ad menses protraxit quinque, tum quod sub Augusto demum in vigore extiterit monarchicum regimen; cuius fundamina jecerat Caesar: adeo vt successorem in imperio sibi designauerit, eumque praesidiis ad imperii tutamen muniuerit. Tacit Annal. I. *Caium ac Lucium in familiam Caesarum induxerat; nec dum posita puerili praetexta Principes appellari*, et post, *Drusoque pridem extincto, Nero solus e priuignis erat: illuc cuncta vergere: filius, collega imperii, consors tribuniciae potestatis assumitur, omnisque per exercitus ostentatur.* ac deinceps: *Nunc senem principem, longa potentia, prouisis etiam heredum in rem publicam opibus, auxilio scilicet militari tuendum, vt sepultura eius quieta foret.*

Quod autem nonnulli velint Monarchiam inchoatam post Augustum, mihi non sit verisimile; cum tot scriptorum testimonia contrarium arguant. Tacit. Annal. I. *Cuncta ciuilibus discordiis fessa nomine Principis sub imperium accepit.* et alibi: *Multus hinc ipso de Augusto sermo, plerisque vana mirantibus: quod idem dies accepti quondam imperii Princeps vitae supremus.* Vis me dilucidioribus hoc probare testimoniis, plura subiiciam Dion. l. 53. *Multis eum verbis precati sunt, vt solus imperii summam gereret: omnibusque, quibus id ei persuaderent, argumentis adductis, tandem eo impulerunt, vt principatum solus obtineret.* Tacit. Annal. I. *Non aliud discordantis patriae remedium fuit, quam vt ab vno regeretur.* Histor. I. *Postquam bellatum ad Actium, atque omnium potestatem ad vnum conferri, pacis interfuit.* Neque mouet Taciti dictum, *non regno, nec dictatura, sed principis nomine constitutam rempubl.* Annal. I. hoc enim subdole fecit Augustus, vt omnem a se amoueret populi inuidiam. Caius Caesar dictaturam senatus consulto delatam, cum animo lubente acceptasset, adeo in se plurimorum exacuit animos, vt etiam mucrones. Augustus callidior: omnes tenuit honores, qui vel minimum saperent dominatus: teste Suetonio. *Domini* appellationem horruit, non aliter ac maledictum vel opprobrium, vt et Alexander imperator Romanus dominum se dici vetuit. Dominatio enim et Principatus diuersae sunt naturae, vt docet Plin. Pan. *nec aliis et Princeps gratior, quam qui maxime dominum grauentur.* Videtur hoc designare voluisse Tacit. Annal. 3. *Tiberius tribunitiam Druso petebat. Id summi fastigii vocabulum Augustus repperit, ne regis aut dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua cae-*

tera imperia praemineret. Clarius Dion. l. 53. in vita Augusti: ὁ Καῖσαρ ἐπεθύμει caetera. *Caesar, quamuis Romuli nomen vehementer appetebat, tamen quum sentiret, hinc se suspectum affectati Regni fieri, eo omisso, Augustus, quasi hominis natura amplior ipse cognominatus est.* Et paulo post, de imperatoribus loquitur: καὶ οὕτως ἐκ τούτων caet. *Ad hunc itaque modum ratione eorum nominum, quae in populari ciuitatis statu vsurpantur, omnem totius reipubl. potestatem accipiunt: ac regiam etiam, nisi quod inuidiam nominis vitant: nam Caesaris et Augusti vocabula nihil eis quidem ea potentiae adiiciunt peculiaris, sed alterum successionem stirpis, alterum splendorem dignitatis significat.*

I, 1, 5. Καὶ ἐν πολλοῖς βαρβάροις) Vnde vox barbarorum deducta, varii varie ambigunt. Quidam eos dictos volunt a Barba et rure, quod prolixas eas soleant alere, quodque hispidi sint et pagani, qui nunquam in vrbibus vixerint. Ita vult Cassiodorus: verum vana haec est Etymologia, cum nomen barbari non sit latinae linguae, sed alterius. Alii Barbaros ex eo dictos existumant, vt τραχυστομία tali onomatopoeia irrideretur, ita Strabo lib. 14. Omnes nationes, praeter Graecos, ita fuisse vocatos designat, quod difficulter, aspere, et dure loquerentur, ac non probe sonarent linguam Graecam, et vnaquaeque lingua suam habet in pronunciando difficultatem. Quod ipsum confirmatur testimonio Homeri, qui 2. Iliad. Cares βαρβαροφώνους dixit, tanquam duriloquos et crassilingues, vt qui Graecas dictiones plane expedire non poterant. Ex eadem causa Barbarismus dictus est, vitium eorum, qui male graecissant, et Graeca perperam pronunciant, ita vt sermo iste inconditus minus perciperetur. Quo videtur respexisse Diuus Paulus. I. Corinth. 14. vers. 11. *Nisi sciero vim vocis, ero, qui loquor, Barbarus et qui loquitur, apud me Barbarus fuerit.* Quibus adde v. 19. *Sed in ecclesia malim quinque verba intelligentia loqui, vt et alios informem, quam decem millia verborum lingua.* Et sic intelligendum est illud Ouid. in Ponto Exulantis, Trist. 5.

Barbarus his ego sum, quia non intelligor vlli;
Derident stolidi verba latina Getae.

Alia est sententia Scal. exerc. 51. sub initium, et in Theophrast. de Plant. lib. 3. c. 32. Quam qui volet, amplectatur, quamuis videatur mera fundata coniectura. Qui vero vocati fuerint Barbari, difficile est determinare. Graeci quidem mundum diuiserunt in duas partes, in Graecos seu Pelasgos et Barbaros, adeo vt omnes, exceptis Graecis, fuerint Barbari, neque latini ab hoc nomine probroso excipiebantur, vt Cato et post eum Plinius testatur: *Graeci nos quoque dictant Barbaros, et spurca foedant appellatione.* Quod discrimen spectat Diuus Paul. Rom. I. vers. 11. quum opponit inter se Graecos et Barbaros: *Debitor sum*, inquit, *Graecis simul et Barbaris.*

Verum tamen Romani quoque, aliique populi, ab hoc sese nomine turpi vindicarunt, et quicquid gentium extra imperii sui limites fuit, communi nomine Barbaros appellarunt. De Romanis hoc testatur Herodianus in loco ante citato, vbi vocantur omnes Barbari, qui non sunt in imperio Romano. De Aegyptiis Herodot. lib. 2. τοὺς μὴ σφι ὁμογλώσσους caetera, *Aegyptii appellant omnes Barbaros, qui alia, quam ipsi, lingua vtuntur.* De Scythis Laërt. lib. I. Anacharsis Scytha cuidam obiicienti, quod esset Barbarus, *certe*, in-

quit, *apud Athenienses: sed vicissim Athenienses Barbari sunt apud Scythas.* Praeterea antiquitus Barbarorum nomen proprie de Phrygibus accipiebatur, vt apud Horat. *Graecia Barbariae lento collisa duello.* et Sophocles in Ajace Phrygem vocat, βάρβαρον φεύγα. Hodie vero, vt et olim, nostra lingua, quando dicimus Barbarum, intelligimus hominem ab omni humanitate, et virtute alienum, ferum, latronem, qua tandem cunque terrarum parte vel gente degat. Dixi, vt olim, vocem hanc vsurpari. Quod colligere licet ex Apul. Miles. lib. 3. vbi dicit insidiis latronum impetitus: *At illi Barbari prorsus et immanes homines, neque fugam capessunt, sed audaciter resistunt.* Manifestius testimonium de Alexandro Magno, qui cum a praeceptore Aristotele admoneretur, vt Graecis se tanquam principem, barbaris vt dominum praeberet, respondit, se *Graecum virtute, Barbarum vitiositate* metiri velle, teste Plutarch. orat. I. de Fort. Alex. et Strabon. in fine lib. I. Vt autem propius ad institutum nostrum accedamus, notandum, Romanos omnes vocasse Barbaros, quos deuicerunt et subiugarunt, vel etiam quorum prouincias adierunt. Illustrat et probat hoc Mart. libr. 13. Epigr. 68.

Ansere Romano quamuis satur Hannibal esset,
Ipse suas nunquam Barbarus edit aues.

Imperatorum vero temporibus peculiari nomine Germanos vocarunt Barbaros. Quod testimoniis petitis ex Aug. Hist. Scriptoribus manifestum. Noster autem multis in locis l. 1. Commod. in orat. ad milites τὸ δὲ βάρβαρον et c. *Barbara gens initio noui principatus repressa, non audebit sese efferre.* Et eodem libr. *Barbara gens quauis occasione facile mouetur.* Quibus in locis intelligit Germanos, quos omnes nondum subegerat imperator Marcus, quique metu principis in praesens continebantur, vt loquitur alibi noster scriptor. Quibus adde Vopisc. *sentiendum esse,* dicit, *non videndum, quoties auxiliaribus Barbaris Romanus miles juuatur.* Id est militibus Germanicis, qui consoederati ac socii populi Romani vocati saepissime apud Tacit. aliosque.

I, 1, 9. Κομιδῇ νέοι, ῥᾳθυμότερον βιώσαντες) Senes longo vsu, experientia, ac exercitatione, formatum habent pectus, satis validum ad reipubl. administrationem. *Eorum aetas apposita, peridonea honestis, laudabilibusque actionibus, rectaque a ratione temperatis, et quarum ratio sit magistra, dux vero prudentia.* Iouian. Pont. lib. I. de prud. *Adolescentes vero inhonestas sequuntur plerumque voluptates, quibus capti regendos sese permittunt turpibus cupiditatibus.* Iouian. lib. I. de prud. Ad virtutis studium, probitatis, honestatis non facile inclinant, vtpote laboriosissimum, sed quam facillime eorum ingenia a recta disciplina ad luxum dilabuntur. Molliter et indulgenter habiti vanis oblectamentis tempus transigunt, insueti imperii curae ac administrationi. *Non aliter quam equinis pullis vacationes a ferendis oneribus conceduntur, quod nondum eorum corpus sit deuehendis iis satis idoneum:* ita adolescentibus propter mollitiem corporis ac teneritudinem cessatio ab agendo conceditur, quae administratori reipublicae turpis, nisi spectet animi relaxationem viriumque efocillationem, quo post valentiores redeant ad pulchra et se digna munera obeunda. Vnde Tiberius praecepto insigni, quamuis ille inuidiose, monet senatum: *ne quis mobiles adolescentium animos,*

praematuris honoribus ad superbiam extolleret. Tacit. Annal. 4. huius rei rationem non obscure reddit imperator Marcus in Orat. ad Amicos: καὶ δεόμενον ὥσπερ et c. *ipsi adhuc indigent, quasi in salo et vitae fluctu gubernationibus, ne rerum imperitia de recto quasi cursu ablati, malis artibus impingant.*

I, 1, 9. Πολλὰ ἐκαινοτόμησαν) Nihil magis in iuuene Principe odiosum, quam noua permulta in Republ. designare; et tamen nihil facilius euenire solet, cum adolescentium animi leui vento, arundinis instar, in quamuis partem mobiles. Temeritas enim et calor huic aetati adsitus, vel potius insitus, qui maxima reipubl. naufragia, miserrimaque saepe conciliat. Cicer. dial. de senect. ita *vt legibus annalibus grandiorem aetatem ad consulatum constituerent, quod adolescentiae temeritatem vererentur.* Cic. Philipp. 5. Ratio desumi potest ex eo, quod ista aetas non tam spectet vtilitatem, quam quidem delectationem: cum autem nihil magis delectet, quam quod nouum, fieri, vt ad noua quotidie feratur appetitus, secundum illud Liuianum: *Festinantibus ad noua, primae origines, proximaque originibus minus praebent voluptatis.* Quo cum illud Homeri consonat Od. I. τὴν γὰρ ἀοιδὴν et caet.

Cantio haec hominum longe est celeberrima vulgo,
Et gratissima quae nuperrima venit ad aures ex vers. Eras.

I, 2, 1. Βασιλεύοντι Μάρκῳ) Iul. Capitol. eum vocat *Marcum Antonium Philosophum*, forte studio philosophandi; siquidem *Philosophiae deditus stoicae, quam et per optimos quosque magistros acceperat, et vndique ipse collegerat.* Iul. Capitol. *Quam etiam grauitate morum, vitaeque continentia sanciuit.* Noster lib. I. Verum obseruant commentatores in Hist. August. script. hanc *Philosophi* inscriptionem, quae attribuitur Marco, non esse genuinam. Vir summ. Salmasius hanc inscriptionem non agnoscit, quod vetusti codices ea careant, saxorum inscriptiones; et omnes numi, qui hodie etiam extant, hoc cognomen ignorent. Concedit incomp. Casaub., esse quidem epitheton Marci, sed cognomen esse, id vero negat. Quod paret ex Suida: ὁ ἐπαινετὸς κατὰ πάντα φιλόσοφος, et ex Capitol. *Marco Antonio, in omni vita philosophanti viro.* Idque fit manifestum variis scriptorum testimoniis. Graeci eum solum Marcum appellant, aut Marcum Aurelium Antoninum, sine additamento *Philosophi.*

Ita noster auctor vbiuis locorum, Philostratus in Theodoto, Dion. libr. 71. Zosim. libr. 1. Nicephor. Eccles. histor. libr. 3. cap. 31. et quod certum huius rei est indicium, Athenagoras Philosophus Atheniensis illud cognomen tum non omisisset in inscriptione praefixa legationi, quam suscepit pro Christianis, quae ita se habet: M. Αὐρηλ. Ἀντωνίνῳ καὶ Λ. Αὐρηλ. Κομμόδῳ, postea vero subiungit, τὸ δὲ μέγιστον, φιλοσόφοις, quia non erat hoc nomen proprium, sed appellatiuum, cum vtrisque ex aequo tribuatur. Latini scriptores etiam omiserunt illud cognomentum, vt Aurel. victor, Ammian. Marcellinus, ipse Iul. Capitol. qui eius vitam conscripsit, semel tantum *Philosophi* cognomen addidit, reliquis in locis omisit. Antea vocabatur ab Adriano *Annius verissimus*, diminutiua voce, *post virilem autem togam Annius verus.* Iul. Capitol. *Vocatus* et postea *Aurelius pro Annio, quod in Aureliam, hoc est, Antonini, adoptionis iure transisset.* idem in eius vita. Lubet hic adnotare errorem Suidae,

qui Marco cognomen *Pii* addidit. Μάρκος βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ Εὐσεβὴς ἐπικληθείς. Quod esse nequit, cum *Pii* nomen proprium fuerit Antonini, Adriani successoris, cuius filiam assumsit sibi in vxorem Marcus, et cum ea imperium. Videat tamen, qui volet, Suidam excusatum apud Clarissimum Meric. Casaubon. Isaaci filium in testimoniis Marci Antonini, praefixis eiusdem Antonini de seipso libris, vbi quaedam habet non contemnenda.

1, 2, 2. Κομιδῆ νέος τὸν βίον μετήλλαξε, Βηρίσσιμος δὲ ἦν et c.) Iul. Capitol. parum immutato nomine in vita Marci: *Sub ipsis profectionis diebus in secessu Praenestino agens, filium nomine Verum execto sub aure tubere septennem amisit.* Aelio Lampridio dicitur aliquis *Antoninus, quadrimus elatus.* Quis ille fuerit, non colligitur ex nostro scriptore, qui nullam eius mentionem fecit. Septennem vero, de quo Capitol. Aelius Lampridius in vita Commodi *Seuerum* nominat: *Appellatus est autem Caesar* puer (nempe Commodus) *cum fratre Seuero.*

Existumat vir summ. Cl. Salm. in notis ad Commodum, *Seuerum* perperam irrepsisse pro *verum.* Itaque bene scriptor noster βηρίσσιμος pro βῆρος, cuius est diminutiuum, forte quia κομιδῆ νέος, admodum iuuenis, vt de eo loquitur. Quod ita sese habere, probat illud Capitolini in vita Marci: *Post excessum vero Patris* (Marcus) ab *Adriano Annius verissimus vocatus est: post virilem vero togam Antonius verus.* Ac si diceret, tum diminutiua voce fuit cognominatus, quia pueritiae metas nondum erat egressus, post modum vero nomini ablata diminutio, postquam virilem incepit ingredi aetatem.

1, 2, 2. Βηρίσσιμος δ' ἦν ὄνομα αὐτῷ) Latinis *Verissimus.* Soliti Graeci ponere β, pro v. vt Σεβῆρος pro *Seuerus.* Ratio est, *quod cum digammae illius verum sonum nullum haberent, inopia coacti, ad quamvis potius, quam ad φ, decurrere voluerint,* a quo maxime scilicet, abesset. Lipf. c. 12, de Rect. Pron. ling. lat., immo siue destituantur litteris, siue non destituantur, semper soliti durius quam Latini sua proferre. Vnde eum πυῤῥίαν dicunt, quem Latini, Burhiam, βῆρον, quem Latini, *Verum*, quanquam nunquam tam suauiter sua possent pronunciare, ac quidem Latini per suum v. *Nulla enim suauior littera hac duplici nata videtur, post litteras natas.* Lipf. in not. ad cap. 12. de pron.

1, 2, 2. Κόμμοδον καλούμενον, ὁ πατὴρ μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας) Lamprid. in vita Commodi: *Commodum Marcus et suis praeceptis et etiam magnorum atque optimorum virorum erudire conatus est, habuit litteratorem Graecum Onesicritum; latinum Capellam Antistium: Orator ei Attejus sanctus fuit.* Genuini patris officio fungitur Marcus, dum adolescentem magna cura ac diligentia educare contendit. Magni quidem refert, vt quis nascatur, sed multo maxime, quibus rationibus et exemplis a teneris formetur et instituatur. Quam artem, tanquam difficillimam, fingendi, formandi, educandi puerum, scire oportet omnes parentes. De qua merito dixeris, quod de pronunciatione Demosthenes, isti, primas, alteras, tertias tribuendas, quippe quae naturam ferocientem, et alias renitentem mouet ac flectit in contrarium. Eaque cura eo magis incumbit viro Principi, quod degenerem ex se genitum relicturus est Reipubl. detrimento ac damno. Quod Cicer. 5. Verr. *Qui non recte instituunt atque eru-*

diunt liberos, non solum liberis, sed etiam reipublicae faciunt iniuriam. Nullo attamen in negotio plus delinquunt, quam in hoc viri Principes, dum vel grauioribus intenti minore cura liberos educare solent, vel curam liberorum abiicientes, aliis eam demandant, inque eos reiiciunt, qui saepius in aula pessimi audiant iuuentutis deprauatores, vel etiam, dum simiarum ritu, sobolem complexu necantium, liberorum indolem tenui ac molli corrumpunt educatione, eos ad virtutes non hortantur seuerius, neque alios id facere permittunt, sed potius facientes odio prosequuntur, a vitiis non absterrent acrius, neque nimium absterreri volunt, ne forte supra modum appareant religiosi. Id vitii fuisse in Marco non obscure notat Lamprid. in vit. Commodi: *Adhibitos custodes vitae suae honestiores ferre non potuit, pessimos, quos detinuit, et submotos vsque ad aegritudinem desiderauit: quibus per patris mollitiem restitutis, popinas et ganeas in Palatinis semper aedibus fecit: neque vnquam pepercit vel pudori vel sumptui.*

1, 2, 3. Θυγατέρας ἐν ὥρᾳ γενομένας ἐξέδοτο ἀνδράσι) In filiabus elocandis maxima parentis cura ac diligentia requiritur, praecipua quippe radix, praecipuus fons, vnde potissima pars, vel felicitatis, vel infelicitatis prouenit in vita mortalium, videtur esse matrimonium. Hoc amicitia in priuata vita initur, hoc foedera paciscuntur in publica societate. Vnde qui generum quaerit, sibi quaerit imperii firmamentum ac decus. Hinc veteres Philosophi nulla de re sanctius quid conscripserunt, quam de coniugio, quorum monumenta quaedam etiamnum extant apud Arist. Xenoph. et Plutarch.

1, 2, 3. Οὐ τοῖς γένους μακραῖς διαδοχαῖς et c.) Iul. Capitol. *Proficiscens ad bellum Germanicum, filiam suam non decursu luctus tempore, grandaeuo equitis Romani filio Claudio Pompeiano dedit, genere Antiochensi, nec satis nobili.* Non quod non ille supra vulgus sit collocandus, in quo generis simul et virtutis conuenit nobilitas, et eadem sede locatur, verum quia tot ac tanti saepe deficiunt ab origine, a maiorum virtutibus degeneres, tutius consultiusque iudicatur, primas virtuti tribuere, alteras natalium splendori. Quem ordinem seruauit ille, quisquis fuerit, qui scripsit versiculum in laudem Vlyssis:

Inclyte parua praedite forma,
Nomine celebri, claroque potens
Pectore, Achiuis classibus ductor,
Grauis Dardaniis gentibus vltor,
Laërtiade.

Vbi obseruant ea primo loco esse posita, quae ipsius Vlyssis essent propria: in quibus nihil sibi Laërtes, neque Anticlea, neque Acrisius vindicaret: patris autem nomen in vltimum reiectum esse locum, quod in laudibus magnorum virorum postremum locum generis nobilitas teneat. Et sane ea posteros similes non tantis cumulat honoribus, quippe quae vix ac ne vix quidem per se laudem merceantur. Neque e contrario dissimiles illustrat, sed prodit magis indignos: honorem non tam accommodat, quam quidem maculam iniicit et inquinat. Oraculo illa digna vox: *Optimus quisque nobilissimus.* Quid enim si ex optimo pessimus, vt e vino saepe acetum generatur, an ideo praeferendus omnibus bonis, quia patre bono, ipse nequam? non sane. *Vt enim venator non quaerit, quod tali cane natum sit, sed canem; et eques equum ipsum, non quod ex*

qu o (quid enim simulus ex equo natus sit?) ita vir politicus tota via erraverit, si in pectore non requirat quis, sed e quibus. Plutarch. in Syll Sordidum illud laudis opus ac debile, quod fultum majorum imaginibus ac triumphis auitis. Illi nihil proderit, quod fastos plenos ostentet numeroso consule, cui vita vitiorum plena ostendit naevos. Perit omnis in illo nobilitas, qui quicquid laudis petit, petit ab origine, quam inficit, ac inquinat. Scite Plautus in Trinum. (3, 2, 16. sqq. praeter vss. extremos):

Itane tandem majores famam addiderunt (*tradiderunt*) *tibi tui,*
Vt virtute eorum ante parta per flagitium perderes,
Atque honori posterorum tuorum vt vindex fieres?
Tibi paterque auosque facilem fecit et planam viam
Ad quaerendum honorem: tu fecisti, vt difficilis foret,
Culpa maxime et desidia, tuisque stultis moribus.
Qui bono sunt genere nati, si sunt ingenio malo,
Suapte culpa degeneres abeunt, genus ingenio improbant.

Vanum est illud et vmbraticum a parentibus in filios degeneres translatum, quia non est ipsorum: virtus enim non infunditur posteris, vt reliqua corporis bona, acquisita est, non natiua.

Fortes creantur fortibus et bonis,
Est in juuencis, est in brutis (equis) *patrum*
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilae columbam:
Doctrina sed vim promouet insitam,
Rectique cultus pectora roborant,
Vtcunque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpae.

Vbicunque igitur degener leonis catulus, ibi praeferendus generosus canis, et vbi dama timidior nobilis, ibi promouendus strenuissimus ac probus, etiam in tuguriolo prognatus miles. Huc facit locus Iuuenal. Sat. 8

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Aeacidae similis, vulcaniaque arma capessas,
Quam te Thersitae similem producat Achilles.

Audi Boëtium rem omnem explicantem ac determinantem. *Iam vero quam sit inane, quam futile nobilitatis nomen, quis non videat? Quae si ad claritudinem refertur, aliena est. Videtur namque nobilitas esse, quaedam de meritis veniens laus parentum. Quod si claritudinem praedicatio facit, illi sint clari necesse, qui praedicantur. Quare splendidum te, si tuam non habes, aliena claritudo non efficit. Quod si quid est in nobilitate bonum, id esse arbitror, vt imposita nobilibus necessitudo videatur, ne a majorum virtute degenerent.* Vnde Iuris consf. Ex genere nobilis, tantum praesumptione est nobilis. l. *Quod si nolit*, D. de Aedilit. Edict. Haec quasi ore Epicteti dicta ac dictata. Nimirum nostra non sunt genus, pecuniae, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα οὐχ ἡμέτερα ἔργα. Verum ea nostra sunt, quae potestati nostrae subjacent, quaeque a fortuna nec dari, nec auferri possunt. Ergo

Quid genus, et proauos strepitis?
Si primordia vestra,
Auctoremque Deum spectes:
Nullus degener exstat,

Ni vitiis peiora fouens
Proprium deserat ortum.

1, 2, 4. Ἀρετῆς δὲ πάσης ἔμελεν αὐτῷ) Aurel. Victor. *Iste virtutum omnium, caelestisque ingenii exstitit defensor.* et ipse de se ipso lib. I. c. II. παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ et c. *A fratre Seuero, amorem familiarium, et veritatis et justitiae, didici.* Rara certe auis in terris principis talis, qui magnopere virtutes exercuit: cum in veteri sit verbo, nec auctoritate carente nec euentu, alienam virtutem regibus esse formidolosam, quia ipsi a virtute abhorrent.

1, 2, 4. Λόγων τε ἀρχαιότητος ἦν ἐραστής) Aurel. Victor. *Litterarum Graecarum erat peritissimus.* Athenag. Philosoph. in legatione pro Christianis, ad Marcum et Verum imperatores. οἶδα γάρ, ὅτι ὅσον et c. quae seq. Quae ita latine: *Noui enim vos, quantum prudentia simul et imperio praestatis omnibus, tantum etiam exquisita scientiarum cognitione excellere; ita in singulis pariter sapientiae partibus eximie versatos, vt qui vnam duntaxat aliquam sibi excolendam delegerunt, etiam illos in hac ipsa parte superetis.* Non iniuria hic quisquam quaerere posset, num assiduum illud litterarum ac scientiarum studium non videatur imperanti non solum indecorum, verum etiam circa altiora ac majora reipublicae occupato, illicitum? Ita censet Seneca Epist. 88. *An tu existumas, eum reprehendendum, qui superuacua vsu sibi comparat, et pretiosarum rerum pompam in domo explicat: non putas eum, qui occupatus est in superuacua litterarum supellectile? Plus scire velle, quam sit satis, intemperantiae genus est.* et Epist. 106. *Quemadmodum omnium rerum, sic litterarum quoque intemperantia laboramus, non vitae, sed scholae discimus.* Atque hac ratione reprehensi Imperatores plurimi, quod nimium litteris vacarent. Hadrianus Princeps a nonnullis *Graeculus* dicebatur, quod impensius Graecis studiis esset imbutus, vt scribit Spartianus in eius vita. Ob eandem affectatae supra modum doctrinae culpam Iulianus Apostata *Graecus* audiuit *literis*, teste Ammian. Marcell. libr. 17. Marcus Antoninus per ludibrium a quibusdam vocatus fuit *dialogista*, quod libris et dialogis conscribendis operam daret; ita Vulcat. Gallicanus in vita Auidii Cassii: *Nec defuere, qui illum Catilinam vocarent: quum et ipse se ita gauderet appellari, addens futurum se Sergium, si dialogistam occidisset, Antoninum hoc nomine significans.*

Est igitur eorum, qui Reipubl. curam susceperunt, eruditionem, tanquam animi cultum, quatenus opus, et ad rem, atque vsum pertinet, assumere. Quod fecere Scipio ille posterior, Cornel. Sylla, Pompeius, Lucullus, Caesar, aliique. De Heluid. Prisco testatur Tac. histor. 4. *Ingenium illustre altioribus studiis iuuenis admodum dedit: non vt plerique, vt nomine magnifico segne otium velaret, sed quo firmior aduersus fortuita Rempubl. capesseret.* Exemplar principibus viris ac regula hoc in negotio propositus sit magnus ille Agricola, *qui studio scientiae flagrantem animum coërcuit, tenuitque, quod est difficillimum, ex sapientia modum.*

1, 2, 5. Παρεῖχε δὲ καὶ τοῖς ἀρχομένοις ἑαυτὸν ἐπιεικῆ, καὶ μέτριον βασιλέα et quae seq.) Aurel. Vict. *Hic permisit viris clarioribus, vt conuiuia eodem cultu, quo ipse, et ministris similibus exhiberent.* Eutrop. *Hic cum omnibus Romae aequo jure egit, ad nullam insolentiam*

elatus est imperii fastigio. Ipse de seipso l. I. c. I. quae ita latine: *Ab auo meo Vero didici placidis esse moribus.* c. 6. *A Sexto comitatem.* c. II. *a fratre meo Seuero amorem familiarium.* Idem eleganter de Iuliano testatur Mamertinus in Panegyr. ei dicto: *Quis, oro vos, plura praebuit fidei constantiaeque documenta? omnes, quos priuatus in familiaritatem recepit, eodem habet imperator affectu: nemo gradu pulsus, nemo aditu prohibitus.* Detestandus igitur gentium quarundam odiosus ritus, *apud quos persona Regis, sub specie majestatis occulitur.* Apul. de Deo Socrat.

I, 2, 6. Μόνος τε βασιλέων φιλοσοφίαν et quae seq.) Athenagoras, legatione pro Christianis: Μ. Αὐρηλ. Ἀντωνίνῳ καὶ Λ. Αὐρηλ. Κομμόδῳ, Ἀρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς. τὸ δὲ μέγιστον, φιλοσόφοις.

Iul. Capitol. *Erat enim ipse tantae tranquillitatis, vt vultum nunquam mutauerit ex moerore, vel gaudio, philosophiae deditus Stoicae, quam et per optimos quosdam Magistros acceperat, et vndique ipse collegerat.* Gallicanus in vita Auidii Cassii: *Nec defuere, qui illum Catilinam vocarent: quum et ipse se ita gauderet appellari, addens futurum se Sergium, si dialogistam occidisset, Antoninum hoc nomine significans: qui tantum enituit in Philosophia, vt iturus ad bellum Marcomannicum, timentibus cunctis, ne quid fatale proueniret, rogatus sit non adulatione, sed serio, vt praecepta Philosophiae ederet: nec ille timuit, sed per ordinem paraeneseon, hoc est, praeceptionum, per triduum disputauit.* Aurel. *literarum Graecarum peritissimus.* Ipse de seipso lib. I. c. 3. A Diogneto didici, *libere dicta ferre aequo animo, Philosophiae me addicere.*

ib. Μόνος τε βασιλέων φιλοσοφίαν et quae seq.) Felices subditos, talem qui nacti sunt Principem! Audite Boët. lib. I. de Consol. Phil. pros. 4. *Tu hanc sententiam Platonis ore sanxisti, beatas fore respubl., si eos vel studiosi sapientiae regerent, vel earum rectores studere sapientiae contigisset.* Audite ipsa Platonis verba lib. 5. de Republ. Ἐὰν μὴ οἱ φιλόσοφοι et c. *Nisi philosophi ciuitatibus dominentur, vel hi, qui nunc reges potentesque dicuntur, legitime sufficienterque philosophentur, in idemque ciuilis potentia et philosophia concurrant, neque (quod nunc fit, a diuersis duo haec tractentur ingeniis non erit ciuitati, vel etiam hominum generi requies vlla malorum.* Quam sententiam Prudent. lib. I. contra Symmach. est mutuatus: *Fortunata res erit publica, si aut sapient reges, aut regnauerint sapientes.* Suffragatur Plutarchus in commentario ad Principem indoctum, qui ita latine: *Doctrina,* inquit, *ex Philosophia prompta, quae assessor et custos est domestica imperantis, de potestate sicut bono habitu praescindens, quod lubricum est, relinquit, quod est sanum.*

Si non creditis testimoniis, transeamus ad exempla: Euocatus ad Dionysium Plato, vt capite curato vniuersae laboranti Siciliae adferret medelam, tantum Philosophiae documentis est consecutus, vt verecunda deinceps forent conuiuia, ac vbique in omnibus actionibus moderatio adhiberetur Immo ordo curiae talis fuit, ipsiusque etiam Tyranni in iure dicendo benignitas, vt ciuitati mirifica spes affulserit de hominis, alias pessimi, commutatione. Neque hoc sine ratione: erat enim vnus omnium ad Doctrinam et Philosophiam impetus, teste Plutarch. in Dion. Huius non ignarus Philippus Macedo, qui ab Epaminonda Philosopho institutus, curam

Alexandri filii demandauit Aristoteli, cuius praeceptis decem ferme annis eo informatus est successu, vt majore apparatu a praeceptore, quam a parente Philippo subornatus in Persas traiecerit. Neque recesserunt ab hac opinione, quotcunque viri Principes apud Romanos fuerunt maxime illustres, ne dicam de Graecis, quorum numerus est innumerus. Iulius Caesar Aristonis frequentauit Auditorium, Pompeius Cratippi. Idem bello confecto Mithridatico, fasces Philosophiae submisit; intraturus Posidonii sapientiae professione clari domum, fores percuti de more, idque propter Philosophiae dignitatem, a lictore vetuit. Augustus Caesar Arium et Athenodorum secum habuit; Trajanus, Optimi nomen meritus, Plutarchum. Denique Marcus Antoninus Philosophiam nunquam spreuit. Eius rei luculenta occurrunt testimonia apud Iul. Capitol. in eius vita: *Apud Aegyptios ciuem se egit, et Philosophum, in omnibus studiis, templis, locis*, et paulo post: *Sententia Platonis semper in ore illius fuit, florere ciuitates, si aut Philosophi imperarent, aut Imperatores philosopharentur.* Linquo antiquum illud aeuum, transeo ad exempla, quae aetati nostrae viciniora. Alphonsus Arragoniae rex adeo sapientiae fuit amator, vt exclamauerit, *non hominis, sed bouis esse vocem, eius, qui dixerat, non decere principem tenere litteras.* Ludouicus I. Vngariae ac Poloniae Rex, tantos in sapientiae studio fecit progressus, vt non minus litteris, quam armis praestiterit, teste Cromero in fine lib. 13. de rebus Polon. Neque silentio praetereundum vltimo loco exemplum Matthiae Coruini, qui et doctissimus, et doctorum summus Maecenas, adeo vt in ipsa regia Budae bibliothecam vere regiam instituerit, ex qua aetate superiori plurimi libri vtilissimi prodierunt.

1, 2, 6. Φιλοσοφίαν ȣ̓ λόγοις, ȣ̓δὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δὲ ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι ἐπιςώσατο) Ex Epicteto: Aul. Gell. lib. I. c. 2. *Iuuenes quidam neque frugi, neque operae probae, sed theorematibus tantum nugacibus, et puerilium isagogarum commentationibus dilatrantes.* et paulo post: *qui verborum et argutiarum fuligine ob oculos audientium iacta, sanctissimae disciplinae nomen ementiuntur.* Aliter noster Auctor de Marco imperatore, quem refert non praeceptis, sed praxi sapientiae studium confirmasse. Non autem hoc in loco per Philosophiam intellige omnem humanam sapientiam, et quaecunque ab hominibus sapienter et ingeniose dicta et excogitata, verum eam solum Philosophiae partem, quae vitam, studia, et mores informat, quae ἠθικὴ, hoc est, moralis appellatur, quam respicit Nilus in Paraenesi: ἡ φιλοσοφία χρῆμα τοῖς ἀνθρώποις ἐξαίρετον. ȣ̓σα δὲ μονογενὴς, μόνη μόνῳ συνεῖναι τῷ κεκτημένῳ βȣ́λεται, *Philosophia hominibus res est eximia; vnigenita vero existens, sola soli vult coire possessori.* De eadem parte loquitur Plutarch. in paedagogia: quae verba ita latine: *Animorum aegritudines, atque languores sola est, quae curet atque medeatur, Philosophia. Per hanc enim et cum hac scire licet, quid honestum, quid turpe, quid iustum, quid iniustum: et summatim, quid deligendum, quid fugiendum: quomodo parentibus, quomodo natu grandioribus quomodoe peregrinis, magistratibus, amicis, vxoribus ac seruis vtendum sit: vtque deos veneremur, parentes honoremus, seniores vereamur, legibus obtemperemus: quomodo magistratibus cedere, amicos diligere oporteat, in mulieres seruare modestiam, chares habere liberos, minime seruire cum*

seruis: et, quod maximum est, in prosperis fortunae successibus laetitia non effundi, nec in aduersis casibus tristitia deprimi, nec omnino voluptatibus esse deditos: nec ita per iracundiam affici, vt belluarum animos induamus, quae ex omnibus Philosophiae bonis antiquissima iudicanda. In quam sententiam legitur dictum Musonii, Sapientis Philosophi: ὐ γὰρ δὴ φιλοσοφεῖν ἕτερόν τι φαίνεται ὄν, ἢ τὸ, ἃ προσήκει, λόγῳ μὲν ἀναζητεῖν, ἔργῳ δὲ πράττειν, *Non enim aliud quid videtur esse Philosophia, quam in id, quod conueniens est, verbo inquirere, opereque implere.* Haec est itaque illa Marci Philosophia, quam non verbis, aut decretorum scientia, sed morum grauitate, vitaeque continentia sanciuit. Plura qui volet hac de re, adeat Besoldum in init. tit. pand. De iust. et iur.

1, 2, 7. Πολύ τε πλῆθος ἀνδρῶν σοφῶν) Ea aetate viros plurimos sapientiae studio praeclaros exstitisse, minime mirandum, quum singulos maximo affecerit honore, ipse eximius studiorum cultor ac fautor. Testis est Iul. Capit. in eius vita: *Multum Frontoni detulit, cui et statuam in senatu petiit: Proculum ad proconsulatum prouexit, oneribus in se receptis: Iunium Rusticum Stoicum consulem designauit, eique post obitum a Senatu statuas postulauit.*

1, 2, 8. Φιλεῖ γὰρ πῶς ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ etc.) Isocrat. ad Nicocl. φιλοῖ τὸ πλῆθος ἐν τύτοις τοις ἐπιτηδεύμασι διάγειν τὸν βίον, ἐν οἷς αὐτὺς ἄρχοντας τὺς ἑαυτῶν ὁρῶσι διατρίβοντας, *Solet vulgus in iis studiis viuere, quibus magistratus suos videt esse deditos.* Cui suffragatus pronunciatus Sapientissimus,' Syracides cap. 10. *Qualis rector est ciuitatis, tales et inhabitantes in ea.* Calculum adiicit Plato de leg. lib. 4. Μηδεὶς ἡμᾶς πειθέτω, ὦ φίλοι, ἄλλῃ θᾶττον καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν ἄν ποτε πόλιν τὺς νόμυς, ἢ τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ. Μηδὲ νῦν γε ἄλλῃ γίγνεσθαι μηδ' αὖθις ποτὲ γενήσεσθαι. *Nemo nobis persuadeat, o amici, vlla ratione citius aut facilius ciuitatem leges moresque immutare, quam principum exemplo praeeunte: neque aliter nunc esse, nec in posterum vnquam futurum.* Neque caussae sunt in occulto positae. Principis vita in edito ac praelustri constituta est loco, vnde se veluti tropaeum quoddam conspiciendum praebet omnibus, quo omnes ad se trahat, in suique rapiat exemplum. Subditorum vero mentes et oculi ad alta illa plerumque versi, non aliter ac Heliotropium ad solis motum, in principis mores vertuntur. *Neque tam opus est imperio, quam exemplo.* Plin. Panegyr., quod efficacius vrgebit quam ipsae leges. Verissime enim ille apud Liu. l. 26. *Si quid iniungere inferiori velis, id prius in te ac tuos si ipse iuris statueris, facilius omnes obedientes habeas.* Equidem si quaeras, cur homines imperia tam inuiti patiantur, nihil aliud respondebo, quam quod leges suas ipsi viri Principes parum obseruent. Aeternitati consecrandi sunt versus, ac principibus semper ruminandi, apud Claud. paneg. 7.

In commune iubes siquid censesque tenendum
Primus iussa subi. Tunc obseruantior aequi
Fit populus, nec ferre negat, quum viderit ipsum
Auctorem parere sibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum. Nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, vt vita regentis.

Et ſane vix vlla res eſt, quae magis hominem ad virtutis incitet ſtudium, quam exempla. Cum etenim homo, quicquid intelligit, ſenſu potius intelligat, quam ratione, viu euenire videas, eum potius iis moueri, ac concitari, quam ratione. Quo reſpexiſſe videtur Thraſeas ſenator optimus apud Tacit. An. 16. qui moribundus ita quaeſtori, qui ſupplicium exigebat, eſt locutus: *Specta iuvenis, et omen quidem dii prohibeant; caeterum in ea tempora es natus, quibus firmare animum expedit conſtantibus exemplis.* Magis ſcilicet haec mouent, quam verba; humaniſque minus ſermonibus, quam operibus, creditur. Quemadmodum in verborum ſtrepitu, aut lingua ſonora, non conſiſtit ſapientia, ſed factis exprimitur animique firmitate: ita pariter felicius exemplis factisque maiorum, quam rationibus et dictis inſtruimur eorundem. Pauciſſimos inuenias, qui acumina legum, rationesque edictorum, percipiant, vel ſi percipiunt, admittant: opus eſt aliquo praeceſſore, ac viae duce, ad quem mores exigant, quique ipſis praeluceat.

Quod ſi igitur vir princeps ſuos mores ad imitandum aliis velit proponere, quis non eum, cuius vitae inſtitutum legem autumat, aemulandi more, ac obſequii ſtudio ſequitur, ſi quidem ille velit honeſta, quis non volet; ſi quidem turpia, quis non peccabit? Ab eo, tanquam a capite, omnis vitii ac intemperiei in república origo: rurſus ab eodem e contrario, tanquam a capite virtus ac temperamentum, ad inferiora imperii viſcera diffunduntur. Eius vita, ſi proba, emendat ac corrigit continentia omnes, ſin minus, cupiditatibus inficit. Non aliter ac orbes inferiores ſupero illo abripiuntur, eique obſecundant: ita ſubditi a ſuprema poteſtate trahuntur ſaepe inuiti, volentes nolentes a bona vita ac via deuiant. Vere eloquentiae Parens de leg. 3. *Licet videre, ſi velim replicare memoriam temporum, qualescunque ſummi ciuitatis viri fuerint, talem civitatem fuiſſe: quaecunque mutatio temporum in principibus extiterit, eandem in populo ſecuturam. Quo pernicioſius de re publica merentur vitioſi Principes, quod non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem: neque ſolum obſunt, quod ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo quam peccato nocent.*

1, 2, 10. Εἶδόν τε καὶ ἤκουσα) veritatem hiſtoriae confirmat, ſi quando ſcriptor eorum, quae commemorat, factorum αὐτόπτης, dictorum αὐτήκοος fuit: qua de re ſupra dictum fuit latius, ad illa auctoris verba: ἐγὼ δ' ἱστορίαν. etc.

1, 3, 1. Μὴ μόνον ὑφ' ἡλικίας, ἀλλὰ καμάτοις τε καὶ φροντίσι τετρυχωμένον) Dum ſubditi ſecuri, aſſiduitate curae vir Princeps, ac labore nimio ſaepe obruitur, quo vere ſe populi oſtendat paſtorem. *Neque enim ſpecie tenus ac nomine fortuna imperii conſideranda eſt.* Verum longe aliter. *Admittere in animum totius reipubl. curam, et populi fata ſuſcipere: et oblitum quodammodo ſuae gentis viuere. Accipere innumerabiles vndique nuncios, totidem mandata dimittere, de tot vrbibus, nationibus, prouinciis cogitare, noctes omnes diesque, perpeti ſollicitudine, pro ſalute omnium cogitare.* Plin. Paneg. v. Lpſ. monit. et exempl. pol. c. 7.

1, 3, 6. Διονυσίου τοῦ Σικελιώτου) de cuius ſaeuitia, intemperantia et nimia venere, Iuſt. l. 21. et de eo ita Athenae. l. 10. c. 10. Φιλοπότας δὲ καὶ μεθύσους etc. *Bibaces et vinoſos cum recenſet Theopompus, Dionyſium iuniorem Siciliae tyrannum nominat, qui ob temulentiam corruptus oculis excaecatus ſit. Ariſtoteles in explicanda Syracu-*

ſiorum adminiſtratione publica ait continenter ipſum ad nonageſimum vsque diem ebrium interdum fuiſſe, atque ideo hebetatos illius oculos.

1, 3, 6. Πτολεμαῖος μὲν, καὶ μέχρις ἀδελφῆς ἰδίας ἔρωτος προχωρήσας) Ptolemaeus, de quo noſter ſcriptor, non ſtatim Alexandro ſucceſſit. Primus enim fuit poſt Alexandrum Ptol. Lagi, qui et Soter et Magnus. Poſt hunc Ptolemaeus Philadelphus. Huic ſucceſſit Ptolemaeus, de quo noſter, cognomento Ceraunus. Erat hic filius Ptolem. Magni, alias Soteris, et Eurydices Antipatri filiae. Iuſt. lib. 17. et Appian. Sororem duxit, eiusque filios vita, ipſam regno priuat. Erat illa Arſinoë, quae fuerat matrimonio iuncta Lyſimacho. teſt. Iuſt. lib. 17. et lib. 24.

ib. Παρὰ τοὺς Μακεδόνων καὶ Ἑλλήνων νόμους) Qua ratione dicit noſter ſcriptor Ptolemaeum duxiſſe ſororem ſuam, praeter ſiue contra Macedonum et Graecorum leges: cum hoc ipſum videatur moribus fuiſſe multorum inſtitutum, ac comprobatum? Ita Euſeb. lib. 6. praep. Euang. notat, fas eſſe Perſis coniungi cum ſororibus Adeo etiam vt Lucianus tom. 3. de ſacrific. ludens cum Iouis coniugio cum ſorore ſua Iunone, dicat eum hoc feciſſe ſecundum Perſarum et Aſſyriorum leges. Quinimo Athenienſibus fratrum ac ſororum coniugia legibus permiſſa. Ita enim Octauius apud Minutium: *Aegyptiis et Athenienſibus cum ſororibus legitima connubia.* Num igitur erraſſe dicendus ſcriptor, quod ſcribat Ptolemaeum ſororem duxiſſe in vxorem, idque citra leges Macedonum et Graecorum? Nunc vero dicendum Graecorum, aliorumque leges tales fuiſſe, ne quis ſororem ex eadem matre duceret, ſed quidem eodem prognatam patre, quam leges Romanae appellant conſanguineam. Ita colligitur ex veteri Schol. Ariſtoph. in nebul. Act. 5. Scen. 2. παρὰ Ἀθηναίοις ἔξεστι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφάς. Et apud Demoſthenem occurrit locus in orat., quae inſcribitur appellatio aduerſus Eubulidem, vbi reus hunc in modum loquitur: ἀδελφὴν ὁ πάππος ἐμὸς ἔγημεν οὐχ ὁμομητρίαν. Itaque videtur noſter auctor velle Ptolemaeum duxiſſe germanam ſuam ſororem in vxorem, quod contra leges factum Macedonum ac Graecorum. Plura qui volet hac de re, adeat Muret. in Face Crit. 15. cap. 5. et 7. cap I. Lipſium ad Tacit. p. edit. in 8. 80. Caſt. var. c. 12. Rad. ad Mart. p. in fol. 24.

1, 3, 7. Διόνυσον) Lubet hoc loco, quaedam attingere, quae ſpectant huius nominis originem. Dictus eſt διόνυσος παρὰ τὸ διαίνειν ἡμᾶς ἡδέως, *quod nos iucunde ac ſuauiter irriget*, vt Phurnutus exiſtimat, ſeu vt alii, quaſi διάλυσος quispiam exiſtens, *quod curas ſoluat.* Nobis commoda videtur poſtrema haec ratio, quae talis eſt: vocatus eſt διάλυσος ob linguae ac mentis licentiam nimiam, tum et im lingua ſoluta eſt, cum vini potu hilariores paulo facti ſunt mortales, tum mens ſoluta, recondita non reuelanda deponit e ſuo penu, ac libere nimium vagatur. Similitudinem elegantam ſuggerit Iſocrat. in orat. ad Demon. ὅταν ὁ νοῦς ὑπ' οἴνου διαφθαρῇ, ταυτὰ πάσχει (τοῖς ἅρμασι) τοῖς τοὺς ἡνιόχους ἀποβάλλουσι, *cum mens a vino corrumpitur, idem ei accidit, quod curribus, qui ſuos amiſerunt agitatores.* Vti enim laxatis habenis, equi, velut effrenes, agitatione deiecti, currum in praecipitium trahunt: ita mens intemperantia vini ſoluta, ſuo non fungitur officio, ſed carens rationis moderamine, quaqua vorſum flectatur ſusque deque habet.

ibid. Καὶ κισσὸν μὲν περιτιθεὶς τῇ κεφαλῇ) Antigonus rex Bacchum habitu imitatur, ideoque hederam capiti circumdat. Hedera enim Baccho sacra, qua coronabatur, additis pampinis, et ficulneis frondibus. Hedera forte ideo, quod contra ebrietatem facere putetur, de quo scribit Athenaeus l. 5. veteres solitos in conuiuiis corona myrtea, rosacea, et ex hedera contexta, caput cingere, ne vino nimium madefacti vaporibus ascendentibus laederetur, propterea quod eae coronae adstringendi simul, et refrigerandi potestatem obtinerent. Easque sic monstratas hominibus existumat, vt illis esset adiutor, quibus malorum plurimorum fuerat origo. Vnde Baccho operaturi talibus sese hederaceis corollis cingebant, atque reliquis vtebantur vtensilibus. Anacr.

Ὅταν ὁ Βάκχος ἐσέλθῃ,
Εὕδουσιν αἱ μέριμναι,
Δοκῶν δ' ἔχειν τὰ Κροίσου,
Θέλω καλῶς ἀείδειν
Κισσοστεφὴς δὲ κεῖμαι,
Πατῶ δ' ἅπαντα θυμῷ.

Cuius etiam insigne habet Virg. Eccl. 6. vbi describit hominem a moribus Baccho dicatum.

Silenum pueri somno videre iacentem,
Inflatum hesterno venas vt semper Iaccho.
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

1, 3, 12. Γερμανοὶ γειτνιῶντες, οὓς οὐδέπω πάντας ἐκεχείρωτο) Iul. Capitol. *Amici frequentes suaserunt, vt a bellis discederet, et Romam veniret: sed ille contemsit ac perstitit, nec prius recessit, quam omnia bella finiret.* Verum non absoluit. Ita enim paulo post: *Deinde ad conficiendum bellum conuersus, in administratione eius belli obiit; triennio bellum postea cum Marcomannis, Hermunduris, Sarmatis, Quadis etiam egit: et si anno vno superfuisset, prouincias ex his fecisset.*

Idem testatur Dion. καὶ εἴγε πλέον ἐβεβιώκει, πάντα τὰ ἐκεῖ ἂν ἐκεχείρωτο.

1, 4, 1. Κωφίσας ἐπὶ τοῦ σκίμποδος) nomine σκίμποδος venit communiter lectus humilis, quo accumbebant, quales erant discubitorii illi, aut etiam talis, in quo requiescere solebant, vt videre est in fine huius libri: εἰσδραμὼν εἰς τὸν θάλαμον, ὥσπερ εἰώθει, τὸ γραμματεῖον ἐπὶ τοῦ σκίμποδος κείμενον ἀνελόμενον: dicit in thalamo fuisse σκίμποδα, ibi vero erant lectuli, in quibus lassi quiescebant. Etiam hoc nomine venit κράββατος, in quo cubabant aegri, vt hoc loco dicitur de Marco Imperatore, qui moribundus lectulo incumbit. Hinc illud diminutiuum σκιμπόδιον, quod etiam latina lingua vsitatum. Gell. noct. Att. l. 18. *Ostendimus cubantem in sympodio Graeciensi.* Corrige ex Beroaldo, et lege *Scimpodio*, id est, lectulo, grabbatulo. Lucian. τῷ δὲ παιδὶ τὸ σκιμπόδιον αὐτοῦ παραθήσω, *seruo tuo grabbatulum ipsi conueniens apponam.* Vnde error Suidae manifeste deprehenditur, qui σκίμποδα non de vero grabbato accipit, sed de σκάμπω, vt obseruat Casaub. ad Suet. lib. 2. videbatur autem Suidas ideo motus, quia discipuli in scholis dicuntur reclinare εἰς σκίμποδα, quod non de lectulis accipit, sed scamnis; non enim foret vero simile, nec satis congruum, discipulos audire praeceptorem in scholis recli-

nando vel inclinando. Verum tamen contrarium paret, morem hunc fuiſſe ſeruatum in ſcholis quorundam Philoſophorum, vt diſcipulos ſuos ſtudentes continerent in huiusmodi lectulis, qui ipſis erant inſtar ſcamnorum, non autem erant ſcamna. Quem morem loco ante citato confirmat Caſaub. variis ſcriptorum teſtimoniis.

I, 4, I. συγκαλέσας τοὺς φίλους) Iul. Capitol. *Ante biduum, quum expiraſſet, admiſſis amicis dicitur oſtendiſſe ſententiam de filio eandem, quam Philippus de Alexandro, ſed longe diuerſa mente, cum de hoc male ſentiret.* Filium itaque ſuum hoc loco Marcus imperator commendat amicis, ac genere proximis. Vt etiam hoc refert Commodus imperator in orat. ad milites, et amicos. *Parens*, inquit, *meus et paruulum vobis tradidit, ac veſtrae commendauit fidei.* Falſus igitur Iul. Capit. ad illa verba: *Cum ab eo quaereretur, cui filium commendaret.* Quaſi Marcus defuiſſet inquam ſuo officio, cum noſter auctor dicat, eum curarum ac ſollicitudinum plenum fuiſſe, filii cauſſa, quem poſt ſe peſſimum reipublicae relinquebat.

I, 4, 4. Τά τε δεινὰ ὑπ' ὄψιν πεσόντα, οἶκτον προκαλεῖται μείζονα) ſcil. quorum miſeriae conſpiciuntur ſigna, vel veſtigia quaedam, maiorem vt plurimum promouent miſericordiam. Cuius non ignara maxima natu ſoror Commodi, quae luctu, ſciſſione veſtimenti, aliisque maeroris immoderati indiciis, eius animum in ſuam rapuit ſententiam. Vti enim affectiones ſenſuum ſunt permotiones; ita ea praecipue mouent, quae ſenſibus viciniora. Qua de ratione teſt. Philoſ. neque res vniuerſales vnquam hominis mouerunt voluntatem, neque Philoſophi potuere vnquam elicere affectus, cum plus tribuant intellectui, quam ſenſui. Vt vero inter ſenſus reliquos oculorum eſt acerrimus; ſic quae oculis ſubiiciuntur, validius in animum intrant, quam quae aliis ſenſibus fuere exhibita. Magis, inquit Iuſt. §. 5. iuſt. de Grad Cogn. *Oculata fide, quam per aures, animis hominum aliquid infigitur.* Quod Diophanus apud Apul. Mileſ. lib. 2. ſuo comprobat ſenſu; *Vnicus frater meus ſub iſtis oculis miſer iugulatus eſt*, et illa apud comicum: *Hiſce oculis egomet vidi, Soſtrata.* Vnde in more fuit reis, aliisque, ad inuidiam aduerſario creandam, vel iudicem commouendum, deducere veſtem, nudare corpus, oſtendere cicatrices, aliaque ſigna hominem commouentia. Cicero II. de orat. *Senſi equidem tum magnopere moueri iudices, cum excitaui maeſtum, ac ſordidatum ſenem, et cum iſta feci, quae tu, Craſſe, laudas, non arte, de qua quid loquar, neſcio, ſed motu magno animi, ac dolore, vt diſcinderem tunicam, vt cicatrices oſtenderem, cum C. Marius moerorem orationis meae praeſens multis lacrymis ſuis adiuuaret.* Haec loquitur Antonius. Ac in laudatione Caeſaris, tanta exſtitit in milite commotio, ad illa Verba: *Heu canos ſanguine cruentatos! Heu veſtem laceram! Caeſar inuictiſſime, inuictiſſime Caeſar. Hanc ideo togam ſumſeras, vt in ea morereris?* Refert Quintil. Phyrnem Theſpienſem elegantia formae fuiſſe laudatiſſimam, eamque in iudicium vocatam, non tam oratione Hyperidis fuiſſe abſolutam, quam quidem pulcritudine corporis, quod pulcherrimum denudauit. Quem morem notat Cydonius *de contemnenda morte*: μὴ τοίνυν μηδ' ἡμεῖς ὥσπερ ἐν ταῖς δίκαις τοῖς τῶν φιληδόνων προσέχομεν ὀδυρμοῖς, ὥσπερ γυναῖκας ἢ παιδία τὰ ἑαυτῶν ὀρέξεις ἀναβιβαζομένων, καὶ ταύτῃ διάφορον τὴν δίκην ἐξαιτουμένων περὶ αὐτῶν ἐνεχθῆναι. Et Valerius Maximus li-

bro 8. capit. 1. *Reus pro se iam nihil recusans paruulos liberos suos, et Galli sanguine sibi coniunctum filium flens commendare coepit. Eoque facto mitigata concione, qui omnium consensu periturus erat, pene nullum triste suffragium habuit.* Et Ambrosius de Poenit. lib. 2. c. 10. *An testes precationis, et conscios refugis? cum, si homini satisfaciendum sit, multos necesse ambias, obsecres, vt dignentur interuenire, ad genua te ipse prosternis, oscularis vestigia, filios offers culpae adhuc ignaros, paternae etiam veniae precatores.* Vnde etiam est, vt nihil magis in venerem trahat hominem, quam picturae obscaeniores, quae oculis obiiciantur. Quod insinuat Propert. lib. 2. Eleg. 6.

Quae manus obscaenas depinxit prima tabellas,
Et posuit casta turpia visa domo;
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Nequitiaeque suae noluit esse rudes.

Scilicet Arelius pictor scorta pingebat: crimen appellat Prop. picturam obscaenam habere in pariete, quae caussa solet esse impudicitiae muliebris. Et ille apud Comicum, in Eunuch. suspectans tabulam pictam, in qua Iupiter Danaëm corruperat, et concludens, ait: *Ego humuncio id non facerem: Ego vero ita feci lubens.* Et Tiberius Imperator solitus cubicula adornare tabellis lasciuissimarum picturarum: vt ita aspectu deficientes libidines excitaret, auctor est Suet. in eius vita, hisce verbis: *Cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis lasciuissimarum picturarum et figurarum adornauit, librisque Elephantidis instruxit: ne cui in opera edenda exemplar impetratae schemae deesset.* et deinceps: *Parrhasii quoque tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam sibi sub conditione, vt, si argumento offenderetur, decies pro ea H. S. acciperet, non modo praetulit, sed et in cubiculo dedicauit.*

1, 4, 13. Χαλεπὸν δὲ μετρῆσαι) Quo maior potentia, eo maior vis, et quo fortuna cumulatior, eo plura ab homine exercentur scelera, aduersa qui tulit moderate, saepissime prospera aegre tulit. *Secundae res*, inquit Tac. Hist. I. *acrioribus stimulis animum explorant, quia miseriae tolerantur, felicitate corrumpimur. Quasi*, inquit Sen. *ista inter se contraria sint, bona fortuna, et mens bona; ita melius in malis sapimus, secunda rectum auferunt.* Quod notat Pers. Satyr. 2.

-- -- -- *De magna quod dare lance*
Non possit magni Messalae lippa propago:
Compositum ius fasque animi, sanctosque recessus
Mentis, et incoctum generoso pectus honesto.

Scilicet vix ac ne vix quidem fieri potest, vt mens recta ac pia in magnis seruetur opibus. Sed vt ad imperantes veniam, exemplo nobis erit Magnus ille Alexander. Quamdiu quidem animo eius fortuna se non infuderat, nulla non temperantiae, ac benignitatis praebuit documenta: dum culmen tenere visus est, superbia et ira erupere, inter epulas a caedibus amicorum non abstinuit, egregiosque bello viros, et tot gentium secum domitores, animo iracundo sine caussa non veritus fuit occidere.

Itaque orientem fortunam, moderate, et prudenter tulit, at vltimam magnitudinem eius non cepit. Curt. lib. 3.

1, 4, 14. Τῦτε ἐμῆ μνήμη χαριεῖσθε τὰ μέγιστα) Quo facit illud Symm. l. 2. Ep. 91. *Quotiens parentum beneficiis obligamur, necesse est ad haeredes nexum debiti peruenire,* et paulo post: *Filio opto persoluere, quod de parente contraxi.* et l. 7. Epist. 88. *Amicitiae parentum recte in liberos transferuntur, vt charitas semel inita successoribus eorum velut haereditario iure proficiat.* et l. 9. Epist. 28. *Ad posteros amicorum curam transferre debemus, ne fides cum homine interiisse videatur. Exigit igitur a memoria Petronii Exconsularis, cui lar apud Ariminam fuit, vt eius filios haereditario amore defendam.*

1, 4, 14. ἄριστον ἀποδείξετε βασιλέα) Marcus officii paterni memor monet amicos, monet filium; quem prouida illius mens non temere perniciosissimum augurabatur. Hinc terrebant principem Neronis, Caligulae, Domitiani, et aliorum exempla, quorum plurimi in iuuenili aetate ad imperii fastigium promoti, graue sibi suisque posteris conciliarunt dedecus. Adeoque haec Marci animum subibant exempla, vt maluisset superviuere, filium mortuum, pessimum, quem metuit fore. Capitol. *Fertur illum, nempe filium, mori voluisse, cum eum talem videret futurum, addens se nimium aegre ferre, filium superstitem relinquens.* Vnde Capit. *Qui si felix fuisset, filium non reliquisset.* Et Auson. de Marco

Successore suo moriens, sed principe prauo,
Hoc vno infelix nomine, quod genuit,

Quid Marco felicius fuisset, si Commodum non reliquisset haeredem, inquit Spart. in Seuero. et Dion eleganter, *quod filium,* ait, *a se educatum optime, pessimum reliquerit,* ἓν τῦτο εἰς τὴν ἐκ εὐδαιμονίαν συνηνέχθη. Vere itaque dicere liceat: quanto morientibus parentibus solatio esse solent liberi superstites; tantum doloris Marco adferebat filius illius superstes. Idem etiam euenit Augusto, hunc versum vsurpare solito, dum filiae et neptis detestatur turpitudinem, αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τε μένειν, ἄγονός τε γενέσθαι, *vtinam aut caelebs essem, aut prole carerem.* Quo respicit Boët. in consol. Phil. lib. 3. pros. 7. *Honestissima quidem coniugis foret, liberorumque iucunditas, sed nimium in naturam dictum est, nescio quem filios inuenisse tortores. In quo Euripidis mei sententiam probo, qui carentem liberis, infortunio dixit felicem.*

1, 4, 15. τοσαῦτα εἰπόντα τὸν Μάρκον) multa alia ab eo dicta recenset Iul. Capitol. *Quum aegrotare coepisset, filium aduocauit, atque ab eo primum petiit, vt belli reliquias non contemneret, ne videretur rempubl. prodere,* et ad amicos: *Quid me fletis, et non magis de pestilentia et communi sorte cogitatis.* et porro: *si me dimittitis, vale vobis dico, vos praecedens.*

1, 4, 18. Νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιώσας μιᾶς, ἀνεπαύσατο) Consentit Capitol. *Septimo die grauatus est, amicos admittere, et solum filium admisit. Dimisso filio caput operuit, quasi volens dormire: Sed nocte animam efflauit.* Quo vero morbi genere interierit, variant scriptores. Aurel. Vict. refert *eum ictu sanguinis interiisse, quem morbum Graeci ἀπόπληξιν vocant*; quam sententiam tuetur et explicat Mericus Casaubonus in commentario ad Marci libros 12. in init. Mihi fit verisimile, si Capitolino fides, eum pestilentia correptum naturae cessisse. Ita inquit ille; *quem* (filium) *statim dimisit, ne in eum morbus transiret.* Quicquid sit, fuit saltem morbus contagiosus, si-

quidem verbum *transire* de eiusmodi proprie dicitur. Firmius hoc ipsum licebit colligere ex aliis Capit. locis: *Quid me fletis et non magis de pestilentia et communi sorte cogitatis.* Saeuiit igitur tum temporis pestilentialis morbus. Hinc amici deserunt, veriti forte, ne eodem morbi genere perirent. Marcus apud eundem ita loquitur: *Si iam me dimittitis, vale vobis dico.* Dissentit Dion, qui Marcum refert non vi morbi, quo tunc laborabat, extinctum fuisse, sed consilio et ope medicorum Commodo gratificantium. Clausit vero diem *vltimum, octauo decimo anno imperii sui, sexagesimo et primo vitae.* Ita Capit. Aurel. Victor. Sed hunc errorem irrepsisse, aut auctorum, aut exscriptorum incuria existumat Casaubonus, quia annus integer in hoc numero praetermittitur, et dies amplius decem vel vndecim. Aliter Tert. in Apolog. hoc refert, aliter Dion, quorum sententias iam non examinabimus.

1, 4, 19. Ἐπειδὴ διεφοίτησεν ἡ φήμη πᾶν τε etc. Obiit Marcus Imperator in administratione secundi belli Germanici, sub ipsis profectionis diebus, et quidem in Pannoniis. Inde autem fama Romam delata. Dicit vero noster scriptor: *Exercitum ipsum, plebemque omnem luctum occupasse.* Capitolinus e contrario, *nemo illum plangendum censuit, certis omnibus, quod a diis commodatus, ad deos redisset.* Alteruter ne falsitatis arguendus minime, vterque verus, si ita loca concilientur. Capitolinus ait, die, quo celebratum est imperatorium Marci funus, neminem illum planxisse: tum quippe populus Romanus illum eluxerat. Noster autem scriptor exercitum ac plebem luxisse refert, postquam illius mortem fama vulgauit, id est ad nuntium e Pannonia allatum de eius obitu. *Confusu luctu publico vrbe senatus in curia veste tetra amictus, lacrymans conuenit.* Aurel. Vict.

1, 5, 6. Οὐδὲ πλεονεκτεῖν ὑμῶν ἠξίουν) Ista imperatoris est prudentia, sese subditis non superiorem, sed aequalem, immo inferiorem fateri: *Ita comitate et alloquio affabili officia prouocabit.* Tac. hist. 5. Exempla sunt tot insidiosae imperatorum simulationes, qui cum se aequales profiterentur, militum animos sibi habuere obaeratos. De Othone Tacit. hist. 1. *In itinere, in stationibus, vetustissimum quemque militum nomine vocans, ac memoria Neroniani comitatus, contubernales appellando, alios agnoscere, quosdam requirere.* Et Eumenes ille apud Iustinum singulos milites suppliciter alloquitur, nunc eos appellans commilitones, nunc patronos, et vt non tam ducem se, commilitonem recipiant, vnumque ex corpore suo esse velint. Arcanum hoc regiminis laudat in suo Traiano Plinius, in Paneg. *Quisquis paulo vetustior miles hic te commilitone censetur. Quoties enim quisque, cuius tu non ante commilito, quam imperator? inde est, quod prope omnes nomine appellas; quod singulorum fortia facta commemoras.*

1, 5, 8. Ἔχαιρεν ὢν μᾶλλον συστρατιώτην etc.) Marcus Imperator filium commilitonem appellat, vel quod *profectus cum parente ad Germanicum bellum*, Aelius Lampr., vel quod Patris exstitit collega in imperio: *Congiarium enim pater diuisit populo, et eum ante tempus consulem designauit.* Capitol. in Marco. *Post haec venia legis Annariae impetrata, Consul est factus: et cum Patre imperator est appellatus.* Aelius Lamprid. in Comm., vel quod cum *parente*

triumphauit, quod patres decreuerant. Aelius Lampr. in eius vita: Iul. Capitol. in Marco.

1, 5, 9. Τοῖς ὑμετέροις ἐνεχείρισε.) Morti vicinus Imperator Marcus filium commendauit amicis ac consanguineis, vt colligere licet ex oratione sua, quae tota commendatoria. Quo cum consentit istud Capitol in Marco: *Verbis, commendo, si dignus fuerit, et diis immortalibus.* In vita vero eum parens commendauit militibus, cuius hic Commodus mentionem iniicit, et Aelius Lampr. in eius vita.

1, 5, 17. Ὁ μὲν πατὴρ εἰς οὐρανὸν ἀναπτὰς, ὀπαδὸς etc.) Loquitur Commodus de patris sui apotheosi seu deificatione. Erat enim in deorum relatus numerum, ex sententia senatus, atque militum, vt liquet ex Capit. in Marc. vita. *Nemo illum plangendum censuit, certis omnibus, quod, a Diis commodatus, ad Deos rediisset.* et paullo post: *Senatus populusque non diuisis locis, sed in vna sede propitium Deum dixit. Et parum fuit, quod illi honores diuinos omnis aetas, omnis sexus, omnis conditio, ac dignitas dedit, nisi quod etiam sacrilegus iudicatus est, qui eius imaginem in sua domo non habuit, qui per fortunam vel potuit habere, vel debuit.* Vnde etiam postmodum templum ei constitutum, dati sacerdotes Antoniani, et sodales et flamines, et omnia, *quae de sacratis decreuit antiquitas.* Capit. ex emendat. sum. viri Salmas. Retulit igitur inter coelites parentem Commodus Imperator, non quemadmodum Tiberius, vt diui filius vocaretur, verum quod Marcum vere Deum censerent omnes. Quasi etiam modo de suo Traiano loquitur Panegyrista: *tu sideribus patrem intulisti non ad metum ciuium, non in honorem tuum. Sed quia Deum credis.* Plura qui volet scire, quae de consecratione ac deificatione scripta sunt, leg. nostrum script. l. 2. Dion. l. 56. Virg. Ec. 5. Blond. l. 2. Romae triumph. Onuphr. Panuin. l. 2. Fast. Salm. ad histor. Aug. Script. Heins. ad Theocrit. Casaub. ad Pers. Sat. 1. com. p. 213. Bernegg. q. 45. ad Tacit. Germ. et Agric.

1, 6, 2. ὅσοι τε κόλακες τραπέζης) κόλαξ in vniuersum dicitur omnis adulator, quacunque mercede proposita, proprie tamen qui gulae gratia adulatur, apud Athenae. l. 6. c. 16. vocatus ψωμοκόλαξ, ad cuius vocem mox subiicit: κυρίως δ' ὁ κόλαξ ἐπὶ τούτου κεῖται. Est enim in Graeca lingua idem quod *parasitus*, et explicat Auctor Etymologici magni: κόλαξ σημαίνει τὸν παράσιτον. Qui ideo apud nostrum scriptorem vocatur κόλαξ τραπέζης, quia aliorum mensas et cibaria sequitur, sectatur, et omnia ad nutum conuiuatoirs ventris gratia dicit et facit. Terent. In Phorm. Act. 5. Scen. 9. *Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam, et quod tuo viro oculi doleant? Me ad coenam voca.* Quo faciunt versus Diodori Sinopensis in Epiclero apud Athen. de Parasito, quae ita latinem:

Is enim domos ingreditur omnium,
Nec inopem discernit a diuite:
Sed cuius lectum bene stratum viderit,
Admotamque mensam, omnibus, quae opus sunt,
Instructam, accumbit modestissime.
Vbi prandio se expleuit, potuque ac cibo,
Abit, nec vllum confert Symbolum.

Ea propter iidem ἐπισίτιοι nuncupantur, vt qui cibi gratia quibuslibet inseruiunt, et adulantur. Luciano in Paras. ἀριστογείτονες,

quippe qui prandio *vicini*. Homeri temporibus eos appellarunt φίλυς εἰλαπινάςας, *amicos mensales*, *conuiuales*, qui aliena viuunt quadra, ideo latinis dicti *edaces*, vt apud Horat. Neque mirum: ipsi sibi tale tribuunt nomen, vt colligimus ex Terent. Phormione. *Dices*, inquit ille, *ducent damnatum domum: Alere nolunt hominem edacem*. Quo facit epigramma quoddam graecum in adulatorem, qui, propter buccellam vilem, vultum e vultu comparabat atque ad alterius nutum vel flere vel ridere poterat.

Μή σύγ' ἐπ' ἀλλοτρίης ἄνθρωφ' ἵζοις τραπέζης,
Ψωμὸν ὀνειδίης γαςρὶ χαριζόμενος,
Ἄλλοτε μὲν κλαίοντι, καὶ ἐςυγνωμένῳ ὄμμα
Συγκλαίων, κ' αὖθις συγγελόωντι γελῶν,
Οὔ τε σύγε κλαυθμοῖο κεχρημένος, ὅτε γέλωτος
Καὶ κλαίω μελίη, καὶ γελόω μελίη.

Copiose de hisce vid. l. 6. c. 9. l. 11. c. 4. Athen. ac Casaubon. ibid.

1, 6, 3. Διαβάλλοντες πᾶσαν τῦ Ἴςρυ ὥραν) Loquitur de fluuio Europae longe maximo, qui alio nomine Danubius vocatur. Separat Germaniam a Francia et Pannonia. Tacit. de moribus Germ. *Germania omnis a Galliis Rhaetiisque et Pannoniis, Rheno et Danubio fluminibus separatur*. Igitur dum adulatores vituperant Istri ripas, intelligunt Germaniam, quae tum temporis aspera ac sterilis, si compararetur cum deliciis, quas exhibet Latium. Tacit. de morib. Germ. *Quis Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam peteret, informem terris, asperam coelo, tristem cultu, aspectuque, nisi si patria sit*. et paulo inferius: *Terra in vniuersum, aut syluis horrida, aut paludibus faeda*. Quae omnia a Seneca confirmantur in lib. de prouid. c. 4. *Perpetua illos hiems, triste coelum premit: maligne solum sterile sustentat: imbrem culmo aut fronde defendunt: vilis, et hic quaerendus manu victus: horrenda iniquitas coeli: intecta corpora*.

1, 6, 16. Καὶ σατράπας βαρβάρυς) Commode addit Barbaros, ex eo quod Latinis omnes exteri, exceptis Graecis, hoc nomine venirent; non autem proprio nomine, quasi ex Barbaria parte Africae essent oriundi, verum communi, vtpote quos omnium rerum existimabant ignaros. Idque colligere licet ex Vopisco: *Sentiendum esse*, dicit, *non videndum, quoties auxiliaribus barbaris Romanus iuatur*. Satrapae vocabulum Persicum est, designans *prouinciae praefectum*, seu *praesidem*. Horum erat officium prouincialibus imperare; eorumque vtilitatibus prospicere, tributa cogere, custodibus stipendia exsoluere, Regem de toto prouinciarum statu certiorem facere, et litteris, et per nuncios, vt se res haberent, significare, etiam aliquando monita suggerere Persarum regibus saluberrima, a quibus in consilium adhibebantur. Verbo, in omnibus vice regum fungebantur, vt colligere licet ex Plutarch. in Alex. Aristot. de Mundo. Arrian. lib. 6. Fuerunt homines potentissimi, qui ingentes auri cumularunt aceruos, vt testatur Gell. libr. 10. c. 18. et Comicus: *Satrapes fiet amator, nunquam sufferre eius sumtus queat*.

1, 6, 26. Ὁ Κόμμοδος τὸ ἀμέριμνον ὠνύμενος) quod ita Ael. Lampr. in eius vita: *Bellum etiam, quod pater pene confecerat, regibus hostium* (vel vt alii *legibus*) *addictus, remisit, ac Romam est reuersus*. et

Dion. lib. 72. καὶ τοῖς βαρβάροις σπεισάμενος εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείχθη, μισόπονός τε ὢν καὶ τῆς ἀστικῆς (ῥᾳστώνης) ἐπιθυμῶν.

1, 7, 2. Χρηστὰς εἶχεν ἐλπίδας) quo iure spem optimam populus conceperit de iuuene imperatore, non video, cum Ael. Lampr. in eius vita dicat: *Tot disciplinarum magistri nihil profuerunt.* et deinceps: *A prima statim pueritia, turpis, improbus, crudelis, libidinosus, ore quoque pollutus et constupratus fuit.* Nisi dicatur, eum natura et indole non fuisse malum; ideoque populum optima omnia sperasse. Dion. l. 27. οὗτος πανοῦργος μὲν οὐκ ἔφυ, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἀνθρώπων ἄκακος. neque sine caussa hoc in dubium traxit Lampr. qui ita scribit: *tantum valet aut ingenii vis, aut eorum, qui in aula instifutores habentur.* Culpam ergo fuisse penes praeceptorem hinc colligere est: videtur enim perstringere Pitholaum, qui fuit eius educator et in aula institutor. Et Dion. lib. 27. morum deprauatorum caussam non dicit esse ingenium, verum aulicos assentatores. ὑπὸ δὲ δὴ τῆς πολλῆς ἁπλότητος καὶ ὑπ' αὐτῶν ἀγνοίᾳ τὸ πρῶτον τοῦ κρείττονος ἁμαρτὼν, ἐς ἔθος, καὶ ἐκ τούτου ἐς φύσιν ἀσελγῆ καὶ μιαιφόνον προήχθη.

1, 7, 4. Δαφνηφόροι, καὶ ἐπιφερόμενοι ἄνθη) de lauriferis, ac florum et corollarum sparsionibus, qui volet legere, adeat Casaub. ad Sat. Per. 1. p. 86. Sat. 2. p. 204. Tacit. Lips. in 8. p. 434. Stewech. ad Apul. p. 382. Desid. Herald. ad Mart. in fol. p. 79. Elmenhorst. ad Apul. p. 200.

1, 7, 5. Βασιλέα καὶ εὐπατρίδην ὄντα) Vltimam hanc appellationem vertit Polit. *nobilem*, ac si dicatur Commodum fuisse et imperio insignem, et generis nobilitate; Stephan. vert. *Patritium.* ita enim supra: οὐ τοὺς γένους μακραῖς διαδοχαῖς εὐπατρίδας, *qui longa generis serie essent patritii.* Verum Stephani versio praeferenda, cum secundum nostrum scriptorem, et Plutarchum specialiter εὐπατρίδαι vocentur *Patritii.* Huic interpretationi videtur reclamare Pherecratis versus, quem citat in notis ad Athen. Casaub. a quo restituitur, qui talis lib. 4. πένητας εὐπατρίδας οὐδὲ εἷς ὁρᾷ, sensus hic est, *nemo vnquam vidit pauperem, qui inter nobiles locum suum obtineret.* Vbi poëtam non intelligere patritium virum, vel inde patet, quod patritius in paupertatem incidere possit, vt cuiuis notissimum de Africano, cui ne tantum superfuit, vt honorifice funeraretur. Ast hoc negat poëta, quia, vt ille ait: pauper vbique iacet, nec vnquam pro nobili habetur. Attamen respondeo autoritatem Plutarchi, et Herodiani sufficere ad explicationem vnius vocabuli: neque etiam poeta excludit patritios, etiamsi hoc in versu solos nobiles intelligat.

1, 7, 6. Τὸ μὲν γὰρ πρὸς πατρὸς αὐτῷ γένος etc.) De quo Capitol. in vita Marci: *Pater fuit Marci Annius Verus, qui in praetura discessit: auus Annius Verus, item consul et praefectus vrbi, adscitus in Patritios a Principibus Vespasiano et Tito* etc. et paulo post: *Cuius familia in originem recurrens, a Numa probatur sanguinem trahere, vt Marius Maximus docet, item a Rege Salentino Malennio Dasummi filio, qui lupias condidit.* et Eutropius: *Cum eius origo,* (loquitur de Marco) *paterna a Numa Pompilio, materna a Salentino rege penderet.*

ibid. Ἀδριανοῦ ἔκγονος κατὰ θηλυγονίαν) fuit enim Annia Faustina vxor Antonii Pii, filia Adriani, quae ex ipso suscepit filiam

eiusdem nominis, Marci postea vxorem, Commodi matrem. Capit. in Ant. Pio. Aelius in Spart.

1, 7, 9. Κόμη φύσει ξανθὴ καὶ ὕλη) Negat noster scriptor, Commodum habuisse capillos artificio crispatos, auro vero fuisse tinctos, refert ad vulgi opinionem, non ad veritatem. Aliter Lampr. *fuit capillo semper fucato, et auri ramentis illuminato.* Conciliatio facilis: aut enim dicendum Lampridium locutum fuisse secundum rumores, qui spargebantur, ac si Commodus auri scobe crinem aspersisset: aut Lampridium respexisse crispitudinem capillorum, dum eos vocat fucatos: nostrum vero auctorem, colorem capillorum; atque ita voculam φύσει referendam solum ad ξανθὴν, non vero ad ὕλην. vel, si haec minus placent, dico, Commodi capillos sua natura *crispos*, et *subannulatos* fuisse, qui tamen *fucati*, eo quod non confusi ac turbari et indiscreminatim temereque implexi habebantur, sed per gradus quosdam dispositi, et ordine digesti, adeo vt vnaquaeque annulorum series stationem suam seruaret, et gradatim alia super aliam scanderet. Quales turriti vertices imperatorum conspiciuntur in veteribus nummis. Aliud igitur erit crispos et flauos habere capillos, aliud ordine compositos ac digestos: illud natura poterit esse, hoc vero solum artificio. Ad quod discrimen respicere videtur Mart. l. 2. Epigr. 38.

Flectere te nolim, sed nec turbare capillos, vt vult Ramires. et l. 3. Epigr. 62. *Bellus homo est, flexos qui digerit ordine crines.*

- ibid. Κόμη φύσει ξανθὴ καὶ οὔλη) De capillitio Commodi, variisque fingendi modis, fuse egi in disputatione mea de capillis, quae ordine 8.

1, 7, 10. Ἴουλοι δὲ κατιόντες, ταῖς παρειαῖς ἐπήνθουν) Descriptio non inelegans; similis apud Theodoretum lib. 4. de Prouid. πρότερον μὲν γὰρ ἴουλος ἀνθεῖ, μετὰ δὲ ταῦτα τρίχωσις μετρία καλύπτει, *principio efflorescit lanugo, mox mediocris pilorum sylua genas operit.* Quod aliter paulo Callim. in Lavacr. Pall. de Tiresia: ἄρτι γένεια περκάζων, quod ita Scholiastes Graecus explicat, ὑπὸ τῆς φύσεως τῶν τριχῶν. Etymologia vocis ἴουλος videtur colligi ex Xenoph. in Symp. τούτῳ μὲν παρὰ τὰ ὦτα ἄρτι ἴουλος καθέρπει: quasi dicat ab ἰέναι prouenire. Quae ratio originis notissima probatur ex eo, quod etiam Graecis ἴουλος designet bestiolam aliquam centipedam, vel millipedam ab aliis dictam, quae arcuatim serpit, vt coniicit Iun. animad. lib. 5. c. 15.

1, 7, 12. Εἰς βασίλειον αὐλὴν ἀνεχώρησε) βασίλειος αὐλὴ non est palatium, inquit Casaub., sed domus Vectiliana, quae est in regione secunda, siue Coelimontio. Contrarium videtur verum. Commodus enim non se recipit in domum Vectilianam, sed in Palatium. Biennio demum, antequam interfectus est, de Palatio ad Vectilianas migrauit, quod certo indicio est, eum sub imperii sui initium vixisse in Palatio. Ita Ael. Lampr. in eius vita: *De Palatio ipse*, loquitur de Commodo, *ad Coelium in montem Vectilianas aedes migravit, negans, se in Palatio posse dormire.*

1, 8, 2. Περέννιος τῇ τοῦ μειρακίου ἀποχρώμενος) Aelius Lampr. *Perennis autem Commodi perficiens*, vt legunt Casaub. et Salm., *invenit, quemadmodum ipse potens esset. Nam persuaserat Commodo, vt ipse deliciis vacaret, idem vero Perennis curis incumberet: quod Com-*

modus laetanter accepit. Rationem reddit Dion. l. 72. μισόπονός τε ὢν καὶ τῆς ἀσικῆς ῥᾳσώνης ἐπιθυμῶν.

1, 8, 4. Τὰς δὲ πατρῴας διαβάλλειν ἤρξατο) Aelius Lampr. in Commodo: *Tunc tamen Perennis cuncta sibi vindicauit: quos voluit interemit, spoliauit plurimos, omnia iura subuertit, praedam omnem in sinum contulit,* et mox: *Nonnulli per prouincias a Perenni ob diuitias insimulati, spoliati sunt, vel etiam interemti. His autem, quibus deerat ficti criminis appositio, obiiciebatur, quod scribere voluissent Commodum haeredem.*

ibid. Πλούτου τε ἀκρατήτῳ ἐπιθυμίᾳ) contrarium testatur Dion. lib. 27. ἰδίᾳ μὲν γὰρ οὐδὲν πώποτε οὔτε πρὸς δόξαν, οὔτε πρὸς πλοῦτον περιεβάλετο, ἀλλὰ καὶ ἀδωρότατα καὶ σωφρονέστατα διήγαγε, τοῦ δὲ Κομμόδου τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ πᾶσαν ἀσφάλειαν ἐποιεῖτο. Verum falsus in eo Dion. Pluris erit aestimanda auctoritas nostri scriptoris, cui fauet in loco supra citato Lamprid. in vita Commodi.

1, 8, 5. Βασκάνου τύχης) varia fuere fortunae epitheta, ab iis vocabatur κακὴ τύχη, a quibus ea, quae largita erat, abstulerat, ab aliis appellabatur ἀγαθὴ τύχη, quos diuitiis ac honoribus cumulasset, vt pluribus notatur in tabula Cebetis. Hoc in loco cluit βάσκανος, a βασκαίνω, idem quod φθονῶ. Theocr. Idyll. ε. (v. 12.) τὺ δ' ὦ κακὲ καὶ τότ' ἐτάκευ βασκαίνων, καὶ νῦν με τὰ θοίσθεα γυμνὸν ἔθηκας, ad quem locum Graecus scholiast. ἀντὶ τοῦ φθονῶν, λυπούμενος. Est vero βάσκανος fascinatio, quasi ab inuidendo, quia veteres putarunt, radiis visiuis oculorum inuidorum rem fascinari. Vnde apud Theocritum in Sexto Polyphemus post nimias sui laudationes, quae veluti ex inuidia adhibitae, ne fascinum inde pateretur, ὡς μὴ, inquit, βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον, *vt non fasciner, in gremium ter conspuo nostrum*; quod imitatus Virgil. Eclog. 6.

Baccare frontem
Cingito, ne vati noceat mala lingua futuro.

Explicat autem vocem Graecam Scholiastes Theocrit. ita: κυρίως δὲ βάσκανος ὁ τοῖς ὀφθαλμοῖς κτείνων καὶ φθείρων τὸ ὁραθὲν ὑπ' αὐτοῦ, ἢ ὑπ' αὐτῶν. Vt etiam Virgil. Ecl. 3.

Nescio, quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

1, 8, 6. Λουκίῳ Βήρῳ αὐτοκράτορι συνῴκει, ὃν κοινωνὸν) Iulius Capit. in Vero: *vixit sub Marco* in simili *et pari maiestatis imperio.* et paulo post: *duxit autem vxorem Marci filiam Lucillam.* et alibi: *Filiam Lucillam despondit fratri, quem Lucium Aurelium Verum Commodum appellauit.* Sed quaeritur, quo iure, cum imperator Iust. §. 4. Institut. de Nupt. illicitas dicat nuptias cum fratris vel sororis filia? Respondeo, tempore Iustiniani, hoc quidem vetitum, verum antea non item, vt probat Cuiac. in par. Cod. *De incest. et inut. nup. ex leg. 4. §. hos itaque D. De grad. et Affin.* Et eas nuptias antea fuisse licitas, manifestum est ex his, quae de Claudii edicto scribunt, Sueton. in eius vita, et Tac. Annal. 12. Neque verisimile, alias Titum, optimum principem, filiam voluisse dare in vxorem fratri Domitiano; vel Marcum Principem moratum suam fratri Aurelio Vero, immo, quod magis, videtur hoc in vsu fuisse apud plurimas gentes. De Atheniensibus tale quid testatur Demosthenes oratione in Neaeram. Ambrosius certe Epistol. 66. admittit, nuptias cum sororis filia

lege Dei expreſſim prohibitas non eſſe, et ideo ei fit veriſimile, tales etiam vſitatas in populo iudaico.

1, 8, 7. Πομπηϊανῷ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐξέδωτο) Iul. Capit. in Marco: *Proficiſcens ad bellum Germanicum, filiam ſuam nondum decurſo luctus tempore, grandaeuo equitis Romani filio Claudio Pompeiano dedit, genere Antiochenſi, nec ſatis nobili: quem poſtea conſulem fecit, quum filia eius Auguſta eſſet, et Auguſtae filia.* Vulcat. Gall. in Auidio Caſſ. ex oratione Marci: *Habetis igitur, patres conſcripti, pro gratulatione victoriae generum meum conſulem, Pompeianum dico: cuius aetas olim remuneranda fuit conſulatu, niſi viri fortes interueniſſent.*

1, 8, 8. Καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς) Hic mos ille annotandus, quo imperatores patiebantur, inter reliqua Principatus inſignia, ſibi praeferre ignem. Quod multis in locis docet noſter ſcriptor; neſcio an a quoquam ſcriptorum ita obſeruatum. Niſi quod hoc etiam obſeruare liceat ex Capitolino in duobus Maximinis, vbi Tycum *regio apparatu ornatum* refert, quem eundem noſter lib. 7. appellat Quartinum, ac dicit, ignem illi fuiſſe praelatum; quem morem comprehendit Capitolinus ſub *regio ornatu.*

1, 8, 9. Κόμμοδος γυναῖκα ἠγάγετο Κρισπίναν) de hac mentionem facit Dion in Commodo l. 27. ἀπέκτεινε δὲ καὶ τὴν Κρισπίναν ὁ Κόμμοδος ἐπὶ μοιχείᾳ δή τινι ὀργισθεὶς αὐτῇ.

ibid. Δυσφόρως τοῦτο φέρουσα ἡ Λουκίλλα) Refertur Lucillam natu maximam ſororem Commodi conſilia iniiſſe de eo interficiendo, propter honorem amiſſum, qui tribuebatur Criſpinae vxori Commodi. Aliter Lamprid., qui Lucillam Commodo infenſam ſcribit, propter eius ſaeuitiam ac crudelitatem. Ita ille: *Crudelis vita Commodi Quadratum et Lucillam compulit ad eius interfectionem conſilia inire.* Niſi dicamus, eum inuiſum fuiſſe partim propter honores, quos abſtulerat, partim propter ſaeuitiam, aduerſus vnumquemque.

ibid. Οὐδὲν αὐτῷ περὶ ἐπιθέσεως ἀρχῆς ἀνακοινοῦται) Hic Pompeiano propoſitum Lucillae incognitum ſcribit noſter; e contra Dion. ἡ γὰρ Λουκίλλα οὐδὲ σωφρονεστέρα τοῦ ἀδελφοῦ Κομμόδου ὑπάρχουσα, ἤχθετο μὲν τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς τῷ Πομπηϊανῷ, ὅθεν καὶ ἀνέπεισε τὸν εἰρημένον τρόπον, vt legit Leuncl., ἐπιθέσθαι τῷ Κομμόδῳ.

1, 8, 11. Ἀναπείθει νεανίσκον τινὰ Κυϊντιανὸν ὄνομα) Locus hic ſatis controuerſus. Solus Ammianus lib. 29. noſtro ſcriptori fauet, qui iuuenem quendam Quintianum ſenatorem nominat, quem etiam noſter refert fuiſſe ordinis ſenatorii. Verba Ammiani haec ſunt: *Commodus in amphitheatrali cauea, cum adfuturus ſpectaculis introiret, a Quintiano ſenatore inclytae cupidinis homine, ad debilitatem pene pugione vulneratur.* Quod poſtremum tamen, ſcilicet vulnus, omiſit noſter ſcriptor. Aliter Lampr. *Datum eſt negotium peragendae necis Claudio Pompeiano propinquo.* Fuit hic Claudii Pompeiani filius, vt paret ex Aelii Lampridii loco: *occiſus eſt eo tempore etiam Claudius, quaſi a latronibus: cuius filius cum pugione quondam ad Commodum eſt ingreſſus.* Qui hic ſolo *Claudii* nomine deſignatur, is eſt *Claudius Pompeianus*, qui poſt mortem Lucii duxit ſororem Commodi Lucillam. Huius filium Claudium Pompeianum caedem aggreſſum ſcribit Lampr., quae ſententia ex eo verior videtur, quia ei Dion ſuffragatur, qui haec omnia ſe nouiſſe dicit, οὐκ ἐξ ἀλλοτρίας ἤδη παραδόσεως, ἀλλ' ἐξ οἰκείας ἤδη τηρήσεως, ſub init. libr. τῷ ἰόντι

δὲ αὐτῷ ἐς τὸ θέατρον τὸ κυνηγετικὸν Κλαύδιος Πομπηϊανὸς ἐπεβούλευε. οὗτος ἐνεγγύετο μὲν τὴν θυγατέρα Λουκίλλης.

1, 8, 12. Ὑποστὰς ἐν τῇ τοῦ ἀμφιθεάτρου εἰσόδῳ) Ita Dion. ἐσιόντι αὐτῷ ἐς τὸ θέατρον, et paulo post: ξίφος γάρ τι ἐν αὐτῇ τῇ τῆς εἰσόδου στενοχωρίᾳ ἀνατείνας. Consentit etiam Ammian. Marcell. Falsus itaque Lampr. ad illa verba: *Qui ingressus ad Commodum*, et mox iterum: *quondam ad Commodum ingressus est*: non enim tentata caedes in Palatio, sed in aditu caueae amphitheatralis.

ibid. Μεγάλῃ φωνῇ et c.) Ita Dion: ἰδοὺ, ἔφη, τοῦτό σοι ἡ βουλὴ πέπομφεν. Similis vox eius militis, qui Pertinacem occidit: τοῦτό σοι τὸ ξίφος οἱ στρατιῶται πεπόμφασι.

1, 8, 17. Τήν τε ἀδελφὴν ὁ Κόμμοδος διεχρήσατο) cum nostro scriptore sentit Dion: καὶ αὐτή, intelligit Lucillam, φωραθεῖσα ἐπανηρέθη. Aliter Lamprid. *Mater*, inquit, *Pompeiani Lucilla in exilium exacta.*

1, 9, 7. Ἀνὴρ φιλοσόφου φέρων σχῆμα) Hic Philosophi describit habitum, praesertim Cynici. Quo etiam schemate introduxit loquentes Diogenem et Cratetem de possessionibus Philosophorum Lucian. Dial. Mort. 6. vbi Diogenes: οὔτε πώποτε εὐξάμην Ἀντισθένην ἀποθανεῖν, ὡς κληρονομήσαιμι τῆς βακτηρίας αὐτοῦ (εἶχε δὲ πάνυ καρτερὰν, ἐκ κοτίνου ποιησάμενος), οὔτε, οἶμαι, σὺ, ὦ Κράτης, ἐπιθυμεῖς κληρονομεῖν, ἀποθανόντος ἐμοῦ, τὰ κτήματα καὶ τὸν πίθον καὶ τὴν πήραν, χοίνικας δύο θέρμων ἔχουσαν. Quam Philosophi supellectilem etiam ponit Apul. Milef. II. *Non deerat, qui pallio baculoque et baxeis, et hircino barbitio philosophum simularet.* et in flor. introducit Cratetem ponentem peram cum baculo ac pallium humi. et in Apolog. *Quod regibus diadema, quod Pontificibus galerus, id Cynicis pera et baculus.* Cur autem Cynici tali vestimentorum genere fuerint induti, explicat Sidon. Apol. lib. 9. Epist. Scilicet Hercules, quem sectae Cynicae auctorem ferunt, claua et leonina pelle est vsus, ideoque et illi.

ibid. Τῷ δὲ χειρὸς νεύματι τὸν δῆμον κατασιγάσας) Notat hoc loco morem illum veterum oratorum, qui, verba facturi ad populum, silentium imperabant manus, vel etiam digitorum extensione. Pers. Sat. IV.

Fert animus calidae fecisse silentia turbae
Maiestate manus.

Idem scriptum de Apost. Paulo Act. c. 26. v. 1. ἐκτείνας τὴν χεῖρα, et c. 13. 16. κατασείσω τῇ χειρί. Factum hoc antiquitus, aliquando praetento pollice, medico et auriculari depressis, mediis duobus, indice et infami erectis. Apul. Mil. II. *An sic, instar oratorum, conformat articulum, duobusque infimis conclusis digitis, caeteros eminentes porrigit, et infesto pollice clementer subrigens infit.* Aliquando indicatum fuit silentium concrepitatione digitorum: quo videtur respicere Propert. lib. 4. Eleg. 7. *At illi*

Pollicibus fragiles increpuere manus.

Et Petron. *Retexit superbum pallio caput, et manibus interius in articulorum strepitum constrictis: Quaenam est, inquit, haec audacia?* Quod ex Hieron. ad Rusticum Monachum notat Casaub. *Cum mensa posita librorum exposuisset struem, adducto supercilio, contractisque naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat, hoc signo ad audiendum discipulum prouocans.*

1, 9, 18. Καὶ δείξαντες τῷ Κομμόδῳ τὰ νομίσματα) Occaſionem necis noſter indigitat, quam aliter refert Lampr. *Hic tamen Perennis, qui tantum potuit, ſubito, quod bello Britannico militibus equeſtris loci viros praefecerat, amotis ſenatoribus, prodita re per legatos, exercitus hoſtis eſt declaratus, lacerandusque militibus eſt deductus.* Paulo aliter Dion: Περέννιον δὲ τῶν δορυφόρων μετὰ τὸν Πάτεργον ἄρχοντα, συνέβη διὰ τοὺς στρατιώτας στασιάσαντας ἀναιρεθῆναι. Et mox οἱ οὖν στρατιῶται, ὑπότε τὶ σφίσι μὴ καταθύμιον ἀπαντῆσαι, τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν Περέννιον ἀναφέροντες, ἐμηνίων αὐτῷ καὶ οἱ ἐν Βρεττανίᾳ τοίνυν ὑπάρχοντες Haec quidem Dion, quanquam exiſtumem non ſine iuſta cauſſa interfectum fuiſſe Perennem. Nummos enim imagine eius percuſſos habuerunt milites, quod crimen maximum. Praeterea, *res bene geſtas in Sarmatia per alios duces, in filium ſuum referebat.* Ael. Lampr.

1, 9, 17. Ἐκτετυπωμένα τὴν ἐκείνου εἰκόνα.) Vti antea Perennis ea ſibi vſurpauit, quae ſolius ſunt Principis; veluti largitionibus militum animos ſibi reddere obaeratos: ita et ea auſus eſt tentare, quae ab imperantis dependent diſpoſitione; vt eſt monetam cudere, ſuamque imprimere imaginem. Ael. Lampr. in Seuero: *Et Antonino Diadumeno ad imperium euecto, ſtatim apud Antiochiam moneta Antonini nomine percuſſa eſt.* Vopiſc. in Firmo: *Cum ille diceret, Firmum Latrunculum fuiſſe, non Principem: contra ego illum, et purpurea vſum, et percuſſa moneta Auguſtum eſſe vocitatum; quinque etiam nummos Seuerus Archontius protulit.* Neque ratio eſt in obſcuro: cum etenim nummus nihil aliud ſit, quam lex, quae valorem et aeſtimationem imponat rebus, eius tantum erit nummos cudere, conflare, cuius eſt leges condere, quod ſolius eſt Principis. Adeo quidem, vt, ſi quis monetam iniuſſu Principis cudat, vel ſua ſignet imagine, in crimen incidat laeſae maieſtatis. Hinc tria in nummis deſiderabantur a veteribus, τύπος βασιλέως, στάθμος, καὶ εἶδος καλὸν, *forma Principis,* (quam Paul. Iuriſc. alibi vocat *ſacrum os*;) *Metallum*, et pondus; ſi quid ex illis deeſſet requiſitis, numiſma non erat. Et quicunque tale quid attentauerat, qui magis deeſſet, tenebatur leg. Cornel. vt teſt. Paul. 5. ſent.

1, 9, 19. Νύκτωρ ὁ Κόμμοδος πέμψας ἀποτέμνει τὴν κεφαλὴν,) Alii aliud ab hoc diuerſum ſupplicii genus deſcribunt. Ael. Lampr. *Lacerandus militibus eſt deductus.* Dion: καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον καὶ ᾐκίσαντο καὶ κατέκοψαν, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ καὶ υἱεῖς δύο προσδιεφθάρησαν.

1, 9, 24. Κόμμοδος δύο ἐπάρχους καταστήσας,) intelligit Cleandrum et Nigrum, de quibus Lampr. *Et in potentia quidem Cleander Perenni ſucceſſerat, in praefectura vero Niger.*

ibid. Μερισθεῖσαν δὲ αὐτὴν, ἀσθενεστέραν ἔσεσθαι ἤλπισε) Idque prudenter: enimuero nonnunquam accidere ſolet, vt vnius potentia in republ. vel nomen, propter collegarum deſidiam ac negligentiam, nimium excreſcat. tum frangendae ſunt eius vires, quod non ſine extremo reip. periculo, aut ſaltem concuſſione contingit. Expertus hoc ſuo cum periculo Tiberius, alioqui ſatis callidus, qui vnum Seianum ad tantum fortunae euexit faſtigium, vt de propria actum fuiſſet potentia, ni maxima cum aſtutia eum omnibus reddidiſſet inuiſum. Documento fuit Roma, quae cum ab vno regeretur Caeſare, Bibulo collega excluſo, adeo non amiſit libertatem, vt ille pro arbitrio ſenatum conſtitueret, dignitates ac munera ſolus

elargiretur. Ea propter Maecenas apud Dionem, Augustum monet, binos vt sibi praetorii praefectos constituat, quo dissectam in partes potestatem aduersus Principem reddat infirmiorem, quaesita ex mixtis vtriusque mandatis, auctaque discordia.

1, 10, 3. Ὡς μηκέτι λῃστῶν) hic latrones vocantur, qui vicinos populantur agros, olim omnes illi, qui loca habebant infesta. Ita temporibus Alexandri comprehensus latro, qui intutam per mare redderet nauigationem, roganti Alexandro, qua caussa mare haberet infestum, respondit: Quid tibi, vt orbem terrarum habeas infestum? Sed quia ego exiguo nauigio id facio, Latro vocor: tu quia magna classe, imperator. Immo priscis illis saeculis latronis nomen adeo non dedecori fuit, vt etiam honori foret. Quod iam lubet paulo diffusius adnotare. Minos antiquissimus classem sibi comparavit, maximamque maris potestatem, quod nunc graecum dicitur, tenuit. Latrones insuper, vt solus superesset, sustulit. Sic tandem regnum eius ex latrociniis incrementum habuit, neque tamen proprie regnum dictum, sicuti nec illi reges, sed latrones dicebantur. Thucyd. lib. I. οἱ μὲν γὰρ ἕλληνες ἐτράποντο πρὸς λῃστείαν, ἡγουμένων ἀνδρῶν, οὐ τῶν ἀδυνατωτάτων, et paulo post: οὐκ ἔχοντός πω αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον, et deinceps refert, hoc manifestum fieri ex eo, quod vltro citroque nauigantes, interrogantur a vicinis, num sint latrones, quod neque illi, quos interrogant, factum, vt se indignum, inficiantur, nec illi, quibus curae est, aliquid ex illis scire, hoc vt probrum et crimen illis exprobrant. Ad quae omnia Schol. Graec. Thuc. quod, inquit, dicitur καλῶς, τοῦτ' ἔστιν εὐσεβῶς καὶ φιλανθρώπως. οὔτε γὰρ βοῦν ἀροτῆρα ἐλεηλάτουν, ἢ ἔκλεπτον, οὔτε νυκτὸς, οὔτε μετὰ φόνων ἐποίουν τὴν λῃστείαν. Quibus accedit Iust. dum ait, *Phocenses exiguitate ac macie terrae coacti, studiosius mare, quam terram, exercuerunt: piscando, mercando, plerumque etiam latrocinio maris, (quod illis temporibus gloriae habebatur) vitam tolerabant.* Vnde illa apud Hom. Odyss. γ amica interrogatio, v. 71. ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ; et deinceps: οἷά τε λῃιστῆρες. ex quo loco Hom. Thucydides probauit latrocinium apud Graecos olim probro non fuisse. Idem de Germanis asserit Caesar l. 6. Bell. Gall. *Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque ciuitatis fiunt. Atque ex iuuentutis exercendae, ac desidiae minuendae caussa fieri praedicant.* et Mela: *Ius in viribus habent, adeo vt ne latrocinii quidem pudeat, tantum hospitibus boni.* Rationem huius rei reddit Caesar lib. 6. *Ciuitatibus maxima laus est, quam latissimas circum se vastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium virtutis existumant, expulsos agris finitimos cedere, neque quemquam prope se audere consistere.* Aliam ab hac diuersam rationem notat noster lib. I. δι' ἐπιδρομῆς καὶ ἐφόδου τὸ χρειῶδες πρὸς τὸν βίον πορίζονται. quam eandem olim in Graecis obtinuisse indicio est Thucyd. lib. I. κέρδους τοῦ σφετέρου αὐτῶν ἕνεκα, καὶ τοῖς ἀσθενέσι τροφῆς, ἥρπαζον, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο.

ibid. Μεῖζόν τι πλῆθος ἤθροισε κακούργων,) Ita Sall. de Catil. *In tanta tamque corrupta ciuitate, Catilina, id quod factu facillimum erat, omnium flagitiosorum atque facinorosorum circum se, tanquam stipatorum cateruas habebat.* Scilicet omnes sese adiunxerunt, sacrilegi, *conuicti iudiciis, aut pro factis iudicium timentes*; et omnes, quos *Flagitium, egestas, conscius animus exagitabat.* Id in Catil.

1, 10, 11. ἦρος ἀρχῇ ἑκάστου ἔτους) Liu. l. 29. et Macrob. de die inter se dissentiunt, et vix est vt quid certi statui possit. vid. Casaub. fuse ad Lampr. in Seuero; et nostr. disp. hac de re. Reliquos auctores, qui circa festum Pessinuntiae deae describunt antiquitates, citatos vid. in Disp. ead. histor. 8. ad Herodian. l. 1.

1, 11, 4. Ὡς δὲ παρ' ἑτέροις εὕρωμεν.) Hic discrepat noster scriptor ab aliis historicis, priorem nominis originem geminam tradens, posteriorem reiiciens, pugnam scilicet commissam fuisse isto in loco, et inde ex casu isti loco inditum fuisse nomen, vt volunt Herodot. et Ammian. Marcell. (In Indd. *Herodoti* nihil deprehensum; vt forte Noster intelligatur ex errore perpetuo. *Irm.*)

1, 11, 5. Τὸν Γανυμήδην ἁρπασθέντα) Nota de raptu Ganymedis historia. Caussam inuestigant. communior est, a Ioue puerum assumtum, reiecto Hebes ministerio, poculis vt praeficeretur. Apul. Mil. 6. *Tum primi Iouis regalis auis illa, repente propensis pinnis, affuit rapax aquila: memorque veteris obsequii, quo ductu Cupidinis Ioui Pocillatorem Phrygium sustulerat.* Et post: *Tunc poculum nectaris, quod vinum Deorum est, Ioui quidem suus pocillator, ille rusticus puer, ministrabat.* Aliter Lucian. dial. Neptun. et Merc., qui puerum propter formam raptum dicit Π. συνίημι. ὁ Γανυμήδης ἔνδον. loquitur Nept. et dicit Iouem rem habere cum Ganymede.

1, 11, 8. Εἰ τὴν Πεσσινουντίαν θεὸν) potius legendum censeo Πεσινουντίαν. siue enim haec dea vocata hoc nomine, ab oppido Pesinunte in Phrygia, siue a lapsu simulacri, vt autumat noster scriptor, non tamen per duplex σ. scribendum vocabulum. Ita enim Strabo de oppido: *Pesinus emporium est eorum, qui in hac regione sunt, et templum maximum habet magnae venerationis Matris Deum, quam Agustinam vocant.* et codices Liuiani: *Si matris Idaeae Pesinunte numen Romam translatum esset.* Et Auson. Idyll. de feriis Romanis, *Vis Pesinunte sacrum*, vt restituit illum locum in praelection. quart. Robbertus Titius. Neque etiam, si nominis Etymon desumtum sit a simulacri lapsu, scribi poterit per duplex σσ, quia hoc ipsum foret contra iustam deriuationem; ea enim ratione diceretur, vt ipse auctor, ἀπὸ τοῦ πεσόντος ἀγάλματος, non πεσσόντος.

Lubet hoc in loco nostram addere coniecturam de Pesinuntia matre, de qua multum disputatum, quaenam aut qualis illa veteribus habita. Communior sententia est, eandem esse magnam matrem cum tellure, et exinde turritam conspici, et Matrem dictam, vtpote quae quasi communis omnium mater, vt Caesaris videtur confirmare dictum, qui in terram delapsus exclamauit: *teneo te, mea mater.* Verum haec sententia mihi a vero videtur recedere ex eo, quod *Magna Mater*, alibi vocetur Diana et Luna, quae terrae nomine apud Poetas nunquam venit. Praeterea, si terram designauerit, quae alias dicitur *Ops*, *Ceres*, quo modo conuenienter eam potuere veteres super terra collocare, ibique locum assignare? neque haec ratio contemnenda, quam respicit Lucr. l. 2. tradens Grajos finxisse tellurem in aëre medio pendulam:

Aëris in spatio magnam pendere docentes
Tellurem, neque posse in terra sistere terram.

Et hanc quidem sententiam tenent Commentatores in Apul. qui ex Varrone, Augustino, aliisque colligunt, Magnam Matrem

tantum variis designatam nominibus; quique duos fuisse Deos, et duo rerum principia tradunt, Coelum et terram, quibus omnia numina et nomina conuenirent. Verum quo iure vocabitur, vt ante dixi, Pesinuntia Mater, simulacrum ἀχειροποίητον, διοπετὲς, quod soli Dianae Ephes. tribuitur a Demetrio in Act. c. 19. Vnde existimo dicendum, Philosoph. antiquissimos ac sapientes duo agnouisse Principia constitutionis omnium rerum. quorum vnum et primum vocarunt Deum, alterum et subordinatum naturam, tanquam Deum, non in rigore voce accepta, sed per similitudinem effectuum et operationum, quia vtrumque principium concurrit ad cuiusque rei constitutionem, non aliter ac sol et homo ad generationem hominis; ex quo illud axioma Philosophis frequentatum: *Deus et natura nihil faciunt frustra.* Firmatur haec coniectura ex Apul. lib. II. Miles. *Regina coeli, siue tu Ceres alma frugum parens originalis, quae reperta laetata filiae, vetustae glandis ferino remoto pabulo, miti commonstrato cibo, nunc Eleusinam glebam percolis: seu tu coelestis Venus, quae primis rerum exordiis, sexuum diuersitatem generans, amore sociasti, et aeterna sobole humano genere propagato, nunc circumfluo Paphi Sacrario coleris: seu Phoebi soror, quae partu ferarum medelis lenientibus recreato, populos tantos educasti, praeclarisque nunc veneraris delubris Ephesi: seu nocturnis vlulatibus horrenda Proserpina, triformi facie laruales impetus comprimens, terraeque claustra cohibens, luces diuersas inerrans, vario cultu propitiaris: ista luce foeminea conlustrans cuncta moenia, et vdis ignibus nutriens laeta semina, et Solis ambagibus dispensans incerta lumina: quoquo nomine, quoquo ritu, quaqua facie te fas est inuocare.* Et paulo post: *Cuius numen vnicum multiformi specie, ritu vario, nomine multiiugo totus veneratur orbis.* Ex quibus locis manifestum est, eum naturam ceu digito demonstrare.

1, 11, 7. Ἀφ' ȣ̃ τὴν ἐπωνυμίαν φέρȣσιν οἱ τῇ Θεῷ τομίαι) Galli sacerdotes magnae matris fuere, ita dicti, inquit noster, a flumine Gallo, in quo Dea Cybele, et omnia instrumenta sacrorum quotannis a sacerdote abluebantur. Mart. 91. Ep. lib. 10. Epig. 47. l. 3. Ouid. 4. Fast. Marlian. lib. 4. c. 24. et ex eo factum, vt postmodum homines scalprum experti, vel incisionem passi, vocarentur Galli, quia etiam semiuiri, vt cultores magnae matris: Mart. ad Glyptum epig. 45. l. 3. qui sibi virilia proscindere volebat:

Demens cum ferro quid tibi? gallus eras.

ibid. ἐπὶ τῷ ποταμῷ Γάλλῳ παραῤῥέοντι) Ideo orgia celebrarunt Sacerdotes Magnae Matris apud fluuium Gallum, quia in eo lauabatur ab Archi-gallis, qui veste induebantur purpurea. Ouid. 4. Fast. Caussa vero lotionis incerta, nisi quod probabiliter hic mos a Graecis sit desumtus, vt plura alia. Illi enim quotannis soliti lauare simulacrum Mineruae. Call. εἰς λȣ̃τρα Παλλάδος, (init.)

Ὅσσαι λωτροχόοι τᾶς Παλλάδος, ἔξιτε πᾶσαι, ἔξιτε.

Ad quae verba Schol. Graec. ἔν τινι ἡμέρᾳ ὡρισμένῃ ἔθος εἶχον αἱ Ἀργεῖαι γυναῖκες λαμβάνειν τὸ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τὸ Διομήδȣς, καὶ ἄγειν ἐπὶ τὸν Ἴναχον, κἀκεῖ ἀπολȣ́ειν. Sed quae huius lotionis erit ratio probabilis? ego hanc esse existimo, quod praesumatur Minerua sudare, et ideo opus habere ablutione, quemadmodum ipsa sese abluebat, e proelio reuersa, non sine puluere et sanguine. Ita Callim. (ib. v. 5.)

Οὔ ποκ' Ἀθαναία μεγάλως ἀπενίψατο πάχεις,
Πρὶν κόνιν ἱππείαν ἐξελάσαι λαγόνων.

Ita enim soliti se lauare milites, lassi ab itinere, ac belli molestiis. Veget. lib. I. c. 10. Est Romae campus Martius Tiberi vicinus, *in quo iuuentus post exercitium armorum, sudorem, pulueremque dilueret, et lassitudinem cursus, natandi labore deponeret.*

Vel etiam quod aliquando iucunditatis gratia, cum caeteris Nymphis se lauaret in Hippocrene Heliconide pulchre fluenti, vt occurrit v. 70. 71. apud Callim.

I, 11, 12. Ταύτην ἔδει παρθενεύεσθαι) Historiam refert Liu. lib. 29. castae autem et illibatae pudicitiae fuere mulieres, quae Vestae sacra peragebant. De sacerdotibus feminis occurrit dist. apud Heliod. Gram. in fragm. Alcmaeonis Poëtae.

Νεημόναρχε παρθένοις ἄεῖδεν
Καὶ ναὰς ἀγνὰς εὐπύργω θεραπαίνας.

Idem de Antistitibus Iulius Caesar trag. in Adrasto:

Cum capita viridi lauro velare imperant
Prophetae, sancta caste qui parant sacra.

Quin immo sacerdotes ipsius Veneris, Deae impudicissimae, etiam pudicae fuere, quarum quaedam nuptiarum expertes, quaedam coniugatae, quae viuentibus etiamnum viris suis atque consentientibus, amica separatione viduabantur, vt scribit Pausan. lib. 2. Corinth. et Tertull. libr. de μονογαμίᾳ. Neque mirum; ipsi enim, qui non celebraturi, verum tantum interfuturi essent sacris, monebantur, vt caste adirent. Vnde Pers. Sat. 2.

Dicite, Pontifices, in sancto quid facit aurum?
Quin damus id superis, de magna quod dare Lance
Non possit magni Messalae lippa propago.
Compositum ius fasque animi, sanctosque recessus
Mentis, et incoctum generoso pectus honesto?

Quae ratio fuit eius, quod scribunt historici, Neronem sacris non interfuisse, vtpote qui foret intemperans, et libidinosus, Marcum autem Philosophum adfuisse, quod esset Princeps continentissimus, et a venereis abstineret.

I, 12, I. Συνέβη δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ λοιμώδη νόσον et c.) De hoc contagio mentionem facit Dion, et quidem tum temporis, cum interfectus est Cleander: γέγονε δὲ καὶ νόσος μεγάλη, ὧν ἐγὼ οἶδα δισχίλιοι γοῦν πολλάκις ἡμέρας μιᾶς ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐτελεύτησαν. De simili lue meminit Tranq. in Nerone: *Triginta funerum millia in rationem Libitinae venerunt.* Eusebius et Hieronymus in Chron. de simili pestilentia mentionem faciunt, sub Vespasiano: *Lues ingens Romae facta, ita vt per multos dies in ephemeridem decem millia ferme mortuorum hominum referrentur.* Similia exempla occurrunt apud Liu. lib. 3. Thucyd. lib. 2. et lib. 3. vbi refert, hyeme ineunte morbum iterum Athenienses inuasisse, qui nunquam quidem omnino sedatus fuerat. Vnde colligere licet insignem errorem errasse Plin. lib. 7. c. 50. dum statuit Pestilentiam non ternos excedere menses, nec vnquam fere aliter, nisi hyeme, grassari, quum notissimum sit, saepe annos plurimos hoc morbi genus adeo continuatum, vt integra regna exstinxerit. Praeterea, quis ignorat, pestilentiam vere et

autumno potius grassari, hyeme vero, quando omnes desinunt putredines, minui et aboleri.

1, 12, 2. Πολλὴ φθορὰ ὑποζυγίων,) interitus factus est iumentorum, sub quibus continentur boues, equi, muli, et ita inter se opponuntur πρόβατα καὶ ὑποζύγια, id est, pecora et iumenta, an vero etiam hoc in loco? non putem. Si enim historiam spectemus, non solum iumenta fuere pestilentia correpta, sed etiam pecora, praesertim animalia domestica, vt sunt canes, quod colligitur ex sequentibus: πάντων ζώων τοῖς ἀνθρώποις συνοίκων, supple φθορά. quod etiam de Pestilentia Athen. testatur Thucyd. lib. 2. eam inuasisse canes, quia postea fuere rari.

1, 12, 3. Καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἀέρος φθορὰν ἀντέχειν ἐλέγετο,) Notum, a medicorum filiis inter morborum caussas externas, praecipue referri aërem, quem trahimus, qui nobis cognatus est ac semper adhaeret, er sine quo viuere non licet. Vnde Auicenn. aërem nostrorum corporum et spirituum elementum esse, ac veluti pabulum; ideoque integris et infirmis aëris maximam habendam rationem. Quod Columella monet, in emendo agro aëris salubritatem esse spectandam. Nemo enim sanus sumtus facit in eo agro emendo, qui dominum ad fructus peruenire non sinat. Et ideo omnis pestilentiae caussam noster auctor ad aëris refert impurationem. Eandem tradidit Lucr. l 6. de nat. rer.

— — *fit morbidus aër,*
Atque ea vis omnis morborum, pestilitasque
Aut extrinsecus, vt nubes, nebulaeque, superne
Per coelum veniunt; aut ipsa saepe coortae
De terra surgunt, vbi putorem humida nacta est,
Intempestiuis pluuiisque et solibus icta.

Et post loquitur de aëre infecto:

Et cum spirantes mixtas hinc ducimus auras,
Illa quoque in corpus pariter sorbere necesse est.
Consimili ratione venit Bubus quoque saepe
Pestilitas, etiam pecubus balantibus aegror.

Et Liu. lib. 3. *Auxere vim morbi terrori, populationis pecoribus et agrestibus in vrbem acceptis, et colluuie mistorum omnis generis animantium, et odore insolito vrbanos, et agrestem confertum in arcta tecta, aestu ac vigiliis angebat, ministeriaque inuicem ac contagio ipsa vulgabant morbos.* Aliam pestilentiae caussam reddit Curt. lib. 9. *Famem deinde pestilentia secuta: quippe insalubrium ciborum noui succi, ad hoc itineris labor, et aegritudo animi vulgauerant morbos,* et Flor. lib. 3. de Mithridate: *Mox clade conuersa, quum ex mora obsidentem regem fames, et ex fame pestilentia vrgeret, recedentem Lucullus assequitur.* et sane vt plurimum videmus haec se mutuo comitari, λιμὸς καὶ λοιμός. ita enim noster scriptor, paulo post: ὑπέσχε δὲ κατ' αὐτὸ καὶ λιμὸς τὴν πόλιν. Fortassis huius rei poterit reddi ratio, quod aër venenatus sit contrarius fertilitati, et ideo noxius frumento, quo minus maturescat.

1, 12, 7. Ὑπέσχε δὲ κατ' αὐτὸ καὶ λιμὸς τὴν πόλιν.) Dion. l. 18. ἐγένετο δὲ ἰσχυρὰ σιτοδεία. Lampr. *Per hanc autem negligentiam, quum et annonam vastarent ii, qui tunc rempubl. gerebant, etiam inopia ingens Romae exorta est, quum fruges non deessent.*

1, 12, 8. Κλέανδρος ὑπὸ κήρυκι et c.) Scil. fuit Cleander origine Phryx, Romae de catasta quondam emtus. Dion. lib. 18. ὁ δὲ δὴ Κλέανδρος ὁ μετὰ τὸν Περέννιον μέγιστον δυνηθεὶς, καὶ ἐπράθη μετὰ τῶν ὁμοδούλων, μεθ' ὧν καὶ ἀχθηφορήσων ἐς τὴν Ῥώμην ἐκεκόμιστο.

ibid. Εἰς τοσοῦτον τιμῆς καὶ ἐξουσίας προήχθη,) De Cleandri honore ac potentia Dion. lib. 18. χρόνου δὲ προϊόντος οὕτως ηὐξήθη, ὥστε καὶ τοῦ Κομμόδου προκοιτῆσαι. Et alibi: ὁ γοῦν Κλέανδρος μέγας ὑπὸ τῆς τύχης ἀρθεὶς, καὶ ἐχαρίσατο καὶ ἐπώλησε βουλείας, σατραπείας, ἡγεμονίας, ἐπιτροπείας, πάντα πράγματα. Lampr. *eo vsque est auctus, vt cubicularius Commodi factus sit.*

1, 12, 9. Ἀθροίζων δὲ χρήματα et c.) Cleander ingentem pecuniarum vim collegit, vt ea ratione populum largitionibus, ac omni deliciarum genere ad se alliceret. Docet hoc Lampr. *Ad cuius nutum, etiam libertini in senatum atque in patritios lecti sunt: tumque primum viginti quinque consules in vnum annum, venditaeque omnes prouinciae. Omnia Cleander pecunia venditabat:* Dion. l. 18. ἠργυρολόγει μὲν οὖν πανταχόθεν, καὶ ἐκτήσατο πλεῖστα τῶν πώποτε ὀνομασθέντων προκοίτων, καὶ ἀπ' αὐτῶν πολλὰ μὲν τῷ Κομμόδῳ ταῖς τε παλλακαῖς αὐτοῦ ἐδίδου, πολλὰ δὲ καὶ ἐς οἰκίας, καὶ ἐς βαλανεῖα, ἄλλά τε τινὰ χρήσιμα καὶ ἰδιώταις καὶ πόλεσιν, ἐδαπάνα.

1, 12, 11. Τῶν δεινῶν αἰτίας ἐς αὐτὸν ἀναφέροντες) quaeritur, quid per τὰ δεινὰ noster scriptor velit? praecessit etenim duplex malum, λοιμὸς καὶ λιμός. quod si per δεινὰ intelligamus, quod est intelligendum, falsus est noster, et in eum versio Polit. qui ita: *omnem caussam pestilentiae in eum conferentes.* idque ratione colligitur; non enim potuit Cleander fuisse morbi pestilentialis caussa, nisi si quis illud velit remote, quod aliquando pestilentia oriatur ex fame, cuius mali auctor Cleander. verum etiam facit contra scriptorem nostrum Dionis testimonium, qui odii occasionem refert ad penuriam: γένετο μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ἰσχυρὰ σιτοδεία, ἐπὶ πλεῖστον δ' αὐτὴν Παπίριος Διονύσιος, ἐπὶ τοῦ σίτου τεταγμένος, ἐπηύξησεν, ἵνα ὡς αἰτιώτατον αὐτῆς τὸν Κλέανδρον ἀπὸ τῶν κλεμμάτων ὄντα, καὶ μισήσωσιν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ διαφθείρωσι. In eo tamen fallitur Dion, quod culpae πρόφασιν dicat, quum vera fuerit caussa, non fictitia, quam ante retulit noster scriptor ad illa verba: σίτου πλεῖστον συνωνούμενος καὶ ἀποκλείων. Plurimum quippe frumenti coëmerat, idque occlusum habebat, vt ita populi animos sibi adiungeret, si prius necessariarum rerum penuria laborantem, repente et opportune distributione demereretur.

ibid. —Διάγοντος ἐν προαστείῳ τοῦ Κομμόδου, ἐπελθόντες πανδημεὶ et c.) Dion: καὶ τέλος καταπηδήσας, ὥρμησε πρὸς τὸν Κόμμοδον, ἐν τῷ Κυϊντιλίῳ ἀστείῳ ὄντα, πολλὰ μὲν ἐκείνῳ κἀγαθὰ ἐπευχόμενος, πολλὰ δὲ καὶ κατὰ τοῦ Κλεάνδρου καταρώμενος. Si Dion morem solitum innuat, quo subditi regi praesenti fausta ac felicia multa apprecantur (quemadmodum Daniel Propheta, coram rege, et etiam proceres ibidem) nostro scriptori erit contrarius, qui statuit omnium prorsus, quae gerentur, Commodum fuisse ignarum, nemine ad illum accedere auso. Nisi hanc admittas conciliationem, populum ad Commodum euntem in via publica exclamasse, viuat imperator, dii perduint illum Cleandrum; et ea ratione neuter falsus.

1, 12, 12. Ὁ Κλέανδρος ἀγγέλλεσθαί τι τῶν πραττομένων ἐκώλυεν αὐτῷ) Cleander nuncium a quoquam eo deferre potuit, vt ita im-

peratorem valetudinis caussa in Laurento degentem, otioque ac deliciis vacantem, obsideret. Quam historiam respicit Tert. in Apol. *Vnde qui inter duas Lauros obsident Caesarem?* respicit Cleandrum, qui Commodum obsessum tenebat Laurenti. (Haec de Laurento aliena sunt. Res agitur hic in suburbanis Romae, ex ipsis Nostri verbis. *Irm.*)

1, 13, 2. Ἡ δὲ πρεσβυτάτη ἀδελφῶν etc.) aliter Dion: πληςιαζόντων δὲ αὐτῶν τῷ Κομμόδῳ, καὶ μηδενός οἱ μηνύοντος τὸ γιγνόμενον, Μαρκία ἐκείνη ἡ τοῦ Κουαδράτου, ἐσήγγειλε τὸ πραττόμενον. videtur etiam hic sibi contrarius noster scriptor. hanc Fadillam appellat natu maximam, cum supra Lucillam vocet natu maiorem. nisi dicatur, Fadillam fuisse natu maximam sororum Commodi, quae etiamnum in viuis. Lucilla etenim supra dicitur propter coniurationem interemta.

ibid. Λυσαμένη τὰς τρίχας) scilicet in more veteribus positum, capitis foedatione luctum ac dolorem significare. Apul. lib. 9. Miles. *Et discerptae comae semicanae sordentes inspersu cineris plerumque eius anteuentulae contegebant faciem*, et lib. 10. *Et statim a rogo eius senex infelix ora sua recentibus adhuc rigans lacrymis, trahensque cinere sordentem canitiem, foro se festinus immittit.* quem lugentium modum, et miseriarum insignia, Cicero breuiter comprehendit l. 3. Tusc. quaest. *Ex hac opinione sunt illa varia, et detestabilia genera lugendi, paedores muliebres, lacerationes genarum, pectoris, femorum, capitis persecutiones.*

ibid. Ῥίψασα εἰς τὴν γῆν ἑαυτήν) Ratio, cur sese ante pedes Commodi proiecerit, haec poterit esse, quod genua voluerit amplecti, quemadmodum olim supplices ac deprecatores ea contingebant, quippe quae misericordiae essent consecrata. Plin. *Genibus quaedam religio inest obseruatione gentium: haec supplices attingunt, ad haec manus tendunt; haec vt aras adorant.* Ad quem morem existimo referri posse illud Mariae, quae Christum voluit pedibus prehendere, vel quod eum supplicaret alicuius negotii gratia, in textu non expressi, vel quod eum suspiceret, ac reuereretur. Plura qui volet, vid. Desid. Herald. ad Mart. Iun. aduers. lib. 2. c. 11. comm. Apul. p. 856. 215. Delr. Sen. p. 424.

1, 13, 4. Οἴχεται δέ σοι) exponit hoc Polit. *actum est*; dicitur enim de iis, de quibus actum est, seu quae euanuerunt. Synes. epist. 59. πάντα οἴχεται, πάντα ἀνήρηται. Neque solum designat οἴχεσθαι, res aliquas euanescere, verum etiam a nobis recedere, id est, nos destituere, ac derelinquere. Hom. Iliad. v. ad Diomed. ποῦ τοι ἀπειλαὶ οἴχονται, *quo tibi abeunt minae*, id est, recedunt. Itaque existumo, versionem Politiani huic loco minus aptam, hanc conuenientem, si ita explicentur verba, οἴχεται δέ σοι, *abiit tibi populus*, id est, te derelinquit, deserit, destituit. etiamsi enim aliquando, *actum est*, verbi huius veniat significatione; tum tamen non additur vocula σοὶ, aut simile pronomen in datiuo casu, sed postponitur res in accusatiuo. Immo vero ex historiae circumstantiis nulla alia elici potest interpretatio, quam quae a nobis posita est. Non enim soror Commodi annunciat, populi et exercitus partem, interiisse, sed maximam militum partem adhaerere Cleandro, et ni praeueniat in tempore, fore, vt omnes tandem in partes inclinent Cleandri, adeoque impe-

ratorem deferant. Vnde paulo post subiungit: *ἐκ δὲ διαφόρου καὶ ἐναντίας γνώμης, οἱ μὲν, μισοῦντες αὐτὸν, (ὁ δῆμος) οἱ δὲ στέργοντες.* Scilicet Cleander aduersus Commodum Imperatorem exercitum armauerat et populum, quorum quidem alteris erat charus, alteris inuisus.

I, 13, 9. *Τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν*) De Cleandri mortis genere consentiunt scriptores. Verum dissensus aliquis circa eius interfectores. Noster videtur innuere, eos fuisse milites, vel satellites, qui Commodo aderant. Aliter Lampr. *Sed et Cleandro dignus tandem vitae finis impositus. Nam cum insidiis illius Arrius Antoninus fictis criminibus in Attali gratiam, quem in proconsulatu Asiae damnaverat, esset occisus, nec eam tum inuidiam populo saeuiente Commodus ferre potuisset, plebi ad poenam donatus est.* quae postrema verba si ita explicentur: *plebi ad poenam donatus*, hoc est, in gratiam plebis seditionem, supplicio est affectatus, tum consentit Lampr., cum nostro scriptore. verum si ita explicentur, *plebi ad poenam donatus est*, hoc est, lacerandus plebi est deductus, quasi phrasi supra vtitur Lampr., iam dissentit a scriptore nostro, non autem a Dione, qui ita expressis verbis: *ἀπέκτειναν δὲ αὐτὸν οὐχ οἱ στρατιῶται, ὥσπερ τὸν Περέννιον, ἀλλ᾽ ὁ δῆμος.* nisi ita velimus dicere, Cleandrum in gratiam populi capitali supplicio fuisse affectum, cui postea cadauer dilacerandum est traditum, ac in partes dissecandum.

I, 13, 11. *Προσανεῖλον δὲ καὶ τοὺς παῖδας*) Lex maiestatis seuere exercetur, quia est quasi propugnaculum totius principatus. Ex quo Tiberius, consultante Marco Praetore, an iudicia maiestatis redderentur, respondit, exercendas esse leges. Tac. Ann. I. adeo vt maiestatis accusatio, vel in vitam Principis conspiratio, omnium accusationum sit complementum. quod colligitur ex illo Curt. lib. 10. De Alex. *Cum accusati essent Cleanthes et alii spoliatarum prouinciarum, et per libidines alienatarum, regem, cognita caussa, pronunciasse, ab accusatoribus vnum et idem maximum esse praeteritum, desperationem suae salutis; non enim talia se ausuros, si ipsum ex India sospitem, aut optassent reuerti, aut reuersum credidissent.* Immo tantus fuit huius legis rigor, vt liberi etiam innoxii, et amici quantulacunque suspicione tacti, fuerint supplicio affecti. Insigne exemplum eius suggerit Tacit. Ann. 5. Principio. Seianus summae auctoritatis carnifici viuus porrexisset manus, idque propter affectatum imperium, ni ipse suam praematurasset mortem, dum gladio, quem sinu abdiderat, incumbit. Neque hic solus poenae obnoxius. *Verum placitum, vt in reliquos eius liberos aduerteretur: vanescente quamquam plebis ira. Igitur portantur in carcerem, filius imminentium intelligens, puella adeo nescia, vt crebro interrogaret, quod ob delictum, et quo traheretur? neque facturam vltra.* et, *posse se puerili verbere moneri*, (c. 9.)

Verum iure merito quis roget, qua lege pueri filii Cleandri impuberes dicantur interfecti, cum illicitum olim fuerit impuberes triumuirali adfici iudicio. Dico, nefas quidem, eos capitis mulctari, quamdiu puerili induti toga, vt vero eam exuissent, ac virilem assumsissent, iam poterant interfici, quia fictione iuris inter viros referebantur. Hinc apud Dionem lib. 47. relatum, a Triumuiris in proscriptione ius-

ſum puerum quemdam togam virilem ſumere, vt ſcilicet iure poſſet interimi.

I, 13, 12. Τοιούτῳ μὲν δὴ τέλει Κλέανδρος ἐχρήσατο,) Aulicorum ſemper maxima miſeria, quorum exitus vt plurimum infeliciſſimi. Vti enim principes in loco ſtant lubrico: ita per ignes ſuppoſitos, cineri doloſo, incedunt principum amici, familiares, et miniſtri. *Quid*, inquit Boët. *de regum familiaribus diſſeram, cum regna ipſa tantae imbecillitatis plena demonſtrem? quos quidem regia poteſtas ſaepe incolumis, ſaepe autem lapſa proſternit.* Paruis quidem interuallis homines attolli videmus, rurſumque deiici; maxime tamen eos, qui in aulis verſantur. Abacorum calculi ex voluntate calculatoris, modo minus, modo plus valent. Similes illis ſunt aulici, qui ad arbitrium principis, modo beatiſſimi, modo miſerrimi, et haec quidem ita ſeſe habent, fato potentiae, raro ſempiternae; an forte, quia ſatias capit aut principes, cum omnia tribuerunt, aut miniſtros, cum iam nihil reliquum eſt quod cupiant? Tac. Ann. 3.

ibid. Ὀλίγη ῥοπῇ.) vert. Polit. *momentum.* Eſt deuergentia, vt inquit Bud., qui et pro libramento a Plutarcho poni tradit. eſt proprie inclinatio et momentum lancis ad imum vergentis. Steph. διαστρέφοντας τὴν ῥοπὴν exiſtumat dici, qui inclinationem Lancis peruertunt; id eſt, qui faciunt, vt inclinet non in eam partem, in quam ſponte inclinatura eſt, ſed in alteram. Hinc Metaphor. transfertur per *momentum.* Vt ῥοπὴ χρόνου, χρόνου, momentum temporis, καιροῦ καιροῦ ῥοπή. Baſilius de Iobo ὃς πένης ἐκ πλουσίου, καὶ ἄπαις ἀπὸ καλλίπαιδος ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ γενόμενος, διέμεινεν ὁ αὐτός, vnde Graeci interpretes in iure momenti interdictum appellarunt πρὸς ῥοπήν. Et in Euſtathii libr. περὶ χρονικῶν διαστημ. integerum caput περὶ ῥοπῆς.

ibid. Ὀλίγη τυχῆς ῥοπῇ) ad ſuprema quidem per plures gradus datur adſcenſus, ad praecipitium vnica tantum, eaque breuiſſima via eſt. Hominem primo infantem, deinde puerum, tum adoleſcentem, poſt virum conſpicimus. Florem, dein fructum, fruticem, poſtea arborem. Non vna die ditatus eſt Croeſus, neque momento expugnata ab Alexandro Aſia. verum cum verſis rerum vicibus fortuna ad ruinam vadit, toto venit impetu, quae principio, vt aquila teſtudinem, nos altius et altius alis ſuis euehit, tandem nos omni modo deſtituit. Adeo vt illis portionibus, quibus ad ſummum peruentum, retrogradi minime liceat. Florem quidem plurimos dies exigere, antequam floreat, manifeſtum; hunc tamen vnica noctis hora vermiculus interimit. Saepe nihil mediat inter praecipitia et ſumma, immo nihil intereſt inter infelicem caſum, et maximam fortunam. Sapienter ea de re Seneca: *Noli huic tranquillitati confidere: momento mare euertitur; eodem die, vbi luſerunt nauigia, ſorbentur.* Et alibi: *Quod regnum eſt, cui non parata ſit ruina, et proculcatio, et dominus, et carnifex? nec magnis iſta interuallis diuiſa, ſed horae momentum intereſt inter ſolium et aliena genua.* Quod etiam innuit Tragicus in Thyeſte, v. 612.

Quem dies vidit veniens ſuperbum;
Hunc dies vidit fugiens iacentem.
Nemo confidat nimium ſecundis,
Nemo deſperet meliora lapſis.
Miſcet haec illis, prohibetque Clotho

Stare fortunam: rotat omne fatum
Nemo tam diuos habuit fauentes,
Crastinum vt possit sibi polliceri.
Res Deus nostras celeri citatas
Turbine versat.

I, 13, 16. Γελωτοποιοὶ δὲ καὶ τῶν αἰσχίστων ὑποκριταὶ) Ita in adolescentia adhibitos corporis custodes honestiores ferre non potuit, pessimos quosque detinuit, et submotos vsque ad aegritudinem desiderauit teste Lampr. hinc scurras, et *criminum socios, vel a criminosis commendatos misit ad prouincias regendas. Habuit etiam in deliciis homines appellatos nominibus verendorum vtriusque sexus, quos libentius suis oculis applicabat. Habuit et hominem pene prominente vltra modum animalium, quem Onon appellabat, sibi charissimum, quem et ditauit, et sacerdotio Herculis rustici praeposuit,* et paulo post: *duos gibbos retorridos in lance argentea sibi sinapi perfusos exhibuit eosque statim promouit ac ditauit.* Lampr. adeo vt inter illos iure numerandus, qui voluptatum, ac nequitiarum inuentores, summis affecere praemiis, qualis Dionysius Siciliae Tyrannus, de quo noster auctor supra; quales Persarum Reges, apud quos praemia proposita erant amplissima, nouae alicuius voluptatis primis monstratoribus: homines enim mittebantur, qui peragrato vniuerso terrarum orbe, omnibus praeterea emensis aquis, magno cum studio obseruare iubebantur, quicquid vbique locorum nouarum ac prius incognitarum deliciarum, quicquid denique voluptatum, ad luxum gulamque et ventrem pertinens deprehendissent, quemadmodum de Archestrato refert Athen. lib. 7.

I, 13, 17. Τὸ δὲ ἀπρεπέστερον μετιόντος ἡ βασιλεῖ ἥρμοζεν) Lampr. *Aurigae habitu currus rexit, gladiatoribus conuixit, aquam gessit, vt lenonum minister, vt probris natum magis, quam ei loco eum crederes, ad quem fortuna euexit.*

I, 14, 1. Ἀστέρες ἡμέριοι συνεχῶς ἐβλέποντο.) refert noster scriptor, quae tum temporis extitere prodigia. paulo que aliter Lampr. *Prodigia eius imperio et publice et priuatim haec facta sunt. Crinita stella apparuit. Vestigia Deorum in foro visa sunt exeuntia; tenebrae in circo Cal. Ianuar. oborta: et ante lucem fuerant etiam incendiariae aues, ac dirae.* Aliter Dion: πρὸ δὲ τῆς τοῦ Κομμόδου τελευτῆς, σημεῖα τάδε ἐγένετο· ἀετοί τε γὰρ περὶ τὸ Καπιτώλιον πολλοὶ καὶ ἔξεδροι ἐπλανῶντο, προσεπιφθεγγόμενοι οὐδὲν εἰρηναῖον.

I, 14, 3. Μέγιστον δὲ δεινὸν πάντας ἐτάραξεν) non iniuria quis quaerat, cur populus timore fuerit perculsus incendio exorto, quum Romae incendia frequentissima? vt notat Mart. Epig. 51. lib. 3. ad Tongilian.

Emta domus fuerat tibi, Tongiliane ducentis;
Abstulit hanc nimium casus in vrbe frequens.
Collatum est decies: rogo, non potes ipse videri
Incendisse tuam, Tongiliane, domum?

Nisi dicamus, secundum hunc casum, tanquam pessimum auctorium vniuersos conterruisse; quod existimarent, Deorum voluntate incendium inchoatum fuisse, quibus totum hoc negotium imputerent, teste nostro scriptore, et Dione.

1,14,4. *Πλουσιώτατον δὲ ἦν πάντων ἱερῶν*) Magnificentissimum fuit pacis templum Romae a Claudio inchoatum, a Vespasiano constructum, in quo templo ferunt reposita vasa et donaria templi Hierosol. a Tito Vespas., qui Hierosol. oppugnauit et expugnauit, et ea ratione vocatur omnium templorum ditissimum, nisi quis aliam malit amplecti huius appellationis rationem, quam noster auctor paulo post refert: ibi scil. thesauri priuatorum erant repositi, custodiae caussa.

ib. *Δι' ἀσφάλειαν*) loquitur de templo pacis, quod erat egregie munitum, ex eo, quod omnem supellectilem pretiosissimam, securitatis caussa eo deferrent priuati. Nihil enim iniustius veteribus visum, quam e sacro loco ac diis dicato bona rapere. Qui mos etiamnum nostris in partibus Brabantiae obtinet, si quando castra milites collocant in pagis, aut in vicinia, cum omni sua supellectile agricolae ad templum, veluti ad asylum, confugiunt, tuti a rapinis ac incursibus militum, penes quos pietatis etiam aliquid superest, dum abstinent a locis superstitiose consecratis, vel fortassis ideo templum pacis refert fuisse munitissimum, quod ambitu quodam cingeretur, quo difficilior ad id esset aditus: ita noster auctor paulo inferius: *καταφλέξαν δὲ τὸ πῦρ τόν τε νεὼν καὶ πάντα τὸν περίβολον.*

ibid. *Ἀναθήμασι κεκοσμημένων χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου*) In more fuit antiquis, vt, si quando insigne aliquod euasissent periculum, tabulas ex auro argentove, aliaque materia pretiosa diis consecrarent, ac dedicarent; quae tabulae votiuae appellabantur, quod ex voto suspenderentur in fanis, quo respexit Horat. Od. 5. lib. I.

Me tabula sacer
Votiua paries indicat vuida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

Etiam illi, qui arti renunciabant, instrumenta artis pro anathemate ei diuo suspendere solebant, in cuius essent tutela. Horat.

— — *Veianus armis*
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.

Quod factum quasi in pudorem et contemtum eius Dei, cui haec erant consecrata. Ita enim Corydon ecl. 7. Virg.

Nymphae, noster amor, Libethides, aut mihi carmen,
Quale meo Codro concedite: (proxima Phoebi
Versibus ille facit) aut si non possumus omnes,
Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.

Igitur cum noster auctor dicit *ἀναθήμασι κεκοσμημένον*, respicit illa, quae Deae Paci propter eximium quoddam auxilium fuissent dicata ab hominibus. a quibus gentilium moribus fluxit etiam veterum Christianorum ille mos, qui, postquam e morbo conualuissent illi sancto, cuius auxilio se sanatos autumabant, donaria suspenderent e materia vel pretiosa, vel vili, imaginem habentia partis quae fuerat affecta. Quod narrat Theodoretus octau. Therapeut. Quod institutum etiamnum hodie inter pontificios obtinet, solitos diuae Mariae aut alicui sancto donaria quae promittere; quos salse, vt solet, ridet Erasmus in colloquiis.

1,14,5. *Ἕκαστος δὲ, ἃ εἶχεν, ἐκεῖσε ἐθησαυρίζετο*) Notissimum in templis pecuniam priuatorum fuisse reconditam. Etiam in iu

diciis id vſu veniebat. deponebant enim litigatores apud Pontificem certam pecuniae ſummam pro litis qualitate, quam pecuniam eo, quod in ſacris ponebant, ſacramentum vocabant. Auctor eſt Varro lib. 4. de ling. lat. *Ea*, inquit, *pecunia, quae in iudicium venit in litibus*, ſacramentum *a* ſacro, *qui petebat, et qui inficiebatur*, de *aliis rebus vterque* ; *quingentos aeris ad Pontificem deponebant: de aliis rebus etiam certo alio legitimo numero aſſum. Qui iudicio vicerat, ſuum ſacramentum a ſacro auferebat, victi ad aerarium redibat.* Ex quibus inſtitutis tractum eſt apud Rhetores commune definitiui ſtatus exemplum, quod adducitur ab Hermog. lib. de ſtatibus, hiſce verbis: *Vt priuatas pecunias ex loco ſacro aliquis ſurripuit, cum iubebat lex furem duplo condemnari, ſacrilegus vero reus ſit capitis. Hic vt ſacrilegus fuerit, accuſatur, ille ſe furem eſſe contendit.* Quem caſum, quia apud Rhetores in controuerſiam trahebatur, ſoluit Imperator Iuſtinian. l. 5. D. ad l. *Iuliam, Pecul. Diui Seuerus et Antoninus* [Caſſio] *Feſto reſcripſerunt, res priuatorum, ſi in aedem ſacram depoſitae, ſubreptae fuerint, furti actionem, non ſacrilegii eſſe.*

ibid. Ὠλοφύρετο ἕκαστος τὰ ἴδια αὐτοῦ) ſupra notauimus priuatorum aurum in templis deponi ſolitum; neque hoc ſolum, verum etiam haereditates, de quibus inter ſe litigantes contendebant, in aede ſacra ſequeſtrabantur; etiam tabulae pactionum, foederum, contractuum et teſtamentorum in delubris Deorum cuſtodiebantur, teſt. Vlpian. l. 3. §. 3. D. *de Tabul. Exhib.* l. 77. §. 26. D. *de leg.* 2. Sueton. in Auguſto, 101. Dion. libr. 48. Tacit. Annal. I.

1, 14, 15. Ἀντὶ δὲ Κομμόδου καὶ Μάρκου υἱοῦ, Ἡρακλέα etc.) Dion. αὐτῷ δὲ ἄλλας τε παμπόλλας ἐπωνυμίας καὶ τὴν Ἡρακλέους ἀπήνεγκε. Lamprid. *Appellatus eſt etiam Romanus Hercules, quod feras Lanuuii in amphitheatro occidiſſet.* Et paulo poſt: *ſeipſum Commodum Herculem et Deum appellans.* Athenaeus lib. 12. c. 9. τί οὖν θαυμαστὸν etc. *Quid mirum*, inquit, *ſi Commodus Herculem ſe vocari voluit, cum id fecerit Alexander praeceptis imbutus Ariſtotelis.*

1, 14, 16. λεοντῆν ὑπεστρώννυτο, καὶ ῥόπαλον μετὰ χεῖρας) Lampr. *Claua non ſolum Leones in veſte muliebri et pelle Leonina, ſed etiam multos homines afflixit.* Paulo aliter Dion. qui refert, hoc ſchema ei fuiſſe praegeſtatum. ἡ γὰρ λεοντῆ, τό τε ῥόπαλον ἔν τε ταῖς ὁδοῖς προεφέρετο αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ δίφρου ἐπιχρύσου, εἴτε παρείη, εἴτε καὶ ἀπείη, ἐτίθετο.

ibid. Ἀμφιέννυτό τε ἁλουργεῖς καὶ χρυσοϋφεῖς ἐσθῆτας.) Et Herculis habitu, et feminae induitur Commodus; quia ſimul voluit exhibere viri ſpeciem et feminae; viri, quia ſchemate gaudebat Herculis, quem imitabatur, feminae, quam adamabat, quamque depictam colebat ſub veſte Amazonia. Quod vero noſter ſcriptor Amazonis reiicit indumentum, colligitur vel ex eo, quod *Amazonius* vocari voluerit. Lampr. *Coloſſi caput demſit, quod Neronis eſſet ac ſuum impoſuit: et titulum more ſolito ſubſcripſit, ita vt illum gladiatorium et effeminatum non praetermitteret.* Per *effeminatum* intelligit *Amazonium*, quod ſic vocaretur ex amore Martiae concubinae ſuae, quam pictam in Amazone diligebat, et propter quam ipſe Amazonico habitu in arenam deſcendebat. Hoc enim cognomen Amazonii conſtanter retinuit, cum alia ſubinde mutaret, et deponeret, teſt. Dion. Non igitur Lampr. per *effeminatum* intelligit parum virilem, vt vult Casaub., miſeros homines vincendi modum, quem narrant Dion. et

Victor, sed habitum illum Amazonium, femineum, propter quem dicendus effeminatus. Licebit itaque hoc loco obseruare, Imperatores olim, aliosque viros depictos fuisse, et indutos, eius specie, et habitu, cui se similes haberi volebant. Dion. l. 59. de iis, quae Drusillae Caligulae sorori defunctae decreta sunt: καὶ οἱ τά τε ἄλλα, ὅσα τῇ τε Λιβίᾳ ἐδίδοτο, ἐψηφίσθη, καὶ ἵνα ἀθανατισθῇ, καὶ ἐς τὸ ἐν τῇ ἀγορᾷ Ἀφροδίσιον ἄγαλμα αὐτῆς ἰσομέτρητον τῷ τῆς θεῦ, ἐπὶ ταῖς ὁμοίαις τιμαῖς ἱερωθῇ. Et Apul. Miles 8. *Et imaginem defuncti, quam ad habitum Dei liberi formauerat, affixo seruitio diuinis percolens honoribus ipso sese solatio cruciabat.* Quo refer Mart. Epigr. 65. l. 9. de stat. Domit.

Herculis in magni vultus descendere Caesar
Dignatus latiae dat noua templa viae.

Scil. Domitianus sub nomine Magni Herculis colebatur, cuius effigies erat assimilata Herculis figurae, ex eo quod eum imitaretur.

1, 14, 17. Ἤλλαξε δὲ καὶ τῶν ἐνιαυσιαίων μηνῶν τὰ ὀνόματα) Lampr. *Menses quoque in honorem eius, pro Augusto Commodum, pro Septembri Herculem, pro Octobri Inuictum, pro Nouembri Exuperatorium, pro Decembri Amazonium, ex signo ipsius adulatores vocabant.* Verum haec male recensentur. Dion melius, qui ita: καὶ τέλος καὶ οἱ μῆνες ἀπ' αὐτῦ πάντες ἐπεκλήθησαν, ὥστε καταριθμεῖσθαι αὐτὺς οὕτως, Ἀμαζόνιος, Ἀνίκητος, Εὐτυχὴς, Εὐσεβὴς, Λούκιος, Αἴλιος, Αὐρήλιος, Κόμμοδος, Αὔγυστος, Ἡράκλειος, Ῥωμαῖος, Ὑπεραίρων. Quem ordinem probat Sum. Salmas. in notis ad Lampr., improbat Casaub. in Commodo.

ibid. Ὧν αἱ πλεῖσαι εἰς Ἡρακλέα ἀνεφέροντο.) Dicit noster auctor plerasque mensium appellationes ad Herculem respexisse, quod refellit Dion, qui appellationes nouas recenset, ad Commodum relatas; αὐτὸς μὲν γὰρ ἄλλοτε ἄλλα μετελάμβανε τῶν ὀνομάτων. τὸν δὲ Ἀμαζόνιον καὶ τὸν Ὑπεραίροντα παγίως αὐτῷ ἔθετο, ὡς καὶ ἐν πᾶσιν ἁπλῶς πάντας ἀνθρώπυς καθ' ὑπερβολὴν νικῶν. Quicquid sit, hoc certum est, ex istis duodecim nominibus, quatuor tantum ad Herculem commode referri posse: ἡράκλειος, ὑπεραίρων, Ἀμαζόνιος, Ἀνίκητος.

1, 14, 18. Ἀντικρὺ τῦ συνεδρίυ) Statuam collocasse fertur Commodus e regione curiae, quae qualis fuerit, colligitur ex sequentibus, vbi dicitur, arcum tetendisse statuam, quod refer ad Herculem, qui ita pingitur. quo videtur respicere Lampr. *accepit statuas in Herculis habitu, eique immolatum est, vt Deo*, et Dion: καὶ ἀνδριάντας αὐτοῦ παμπληθεῖς ἐν Ἡρακλέος σχήματι ἔστησαν.

1, 15, 4. Παρθυαίων οἱ τοξικὴν ἀκριβοῦντες.) Tanta pollent in sagittando ac iaculando Parthi peritia, vt omnes superent nationes. Lucan. de Parthis lib. 8.

Nec puer aut senior lethales tendere neruos
Segnis, et a nulla mors est incerta sagitta.

Et Sen. Epist. 36. *Si in Parthia natus esset, arcum infans statim tenderet; si in Germania, protinus puer tenerum hastile vibraret; si auorum nostrorum temporibus fuisset, equitare et hostem communem percutere didicisset. Hoc singulis disciplina gentis suae suadet et imperat.*

1, 15, 6. Ἐλάφυς μὲν οὖν καὶ δορκάδας) Lampr. *Ferarum diuersarum manu sua multa occidit millia, ita vt Elephantos occideret*

Et haec fecit saepe spectante populo Romano. Et paulo post: *Virium ad conficiendas feras tantarum fuit, vt elephantum conto transfigeret, et orygis cornu hasta transmitteret: et singulis ictibus multa millia ferarum ingentium conficeret.* Verum hoc Lamprid. quod incredibile, ...arum minuunt, quae refert noster scriptor, et Dion: καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἄρκτους τε ἑκατὸν αὐτὸς μόνον ἄνωθεν ἀπὸ τῆς περιβολῆς τῆς κρηπῖδος ἀκοντίζων, ἀπέκτεινε, et c. Similes narrationes vid. apud Dion. l. 18. Amm. Marcell. lib. 31.

1,15,8. Καὶ οὐδέποτε σκοπὸν ἄλλον ἔσχεν et c.) Peritia iaculandi, quae summa fuit in Commodo, adeo vt Parthos Numidasque sagittiferos superarit, hoc loco ab auctore describitur: quod scilicet ne quidem telum vllum ab eo fuerit emissum, (cuius) vulnus non esset lethale, idque tanta cum velocitate, vt collum transisse ut euitasse vix oculis obseruare liceret. Simile quid de Parthis Luc. 28.

-- -- *Et a nulla mors est incerta sagitta.*

...ualem etiam iaculandi peritiam et emittendi sagittam eleganter describit Senec. in Herc. Fur. v. 990.

-- -- *quo se secus inuergit furor*
Vastum coactis flexit arcum cornibus,
Pharetramque soluit, stridet emissa impetu
Arundo, medio spiculum collo fugit vulnere relicto.

Eius dexteritatis in iaculando etiam fuit Domitianus, test. ...uct. l. 12. c. 19. *Armorum nullo, sagittarum vel praecipuo tenebatur. Centenas varii generis feras saepe in Albano secessu conficientem spectauere plerique, atque ita ex industria quarundam capita figentem, ut duobus* (ictibus) *quasi cornua effingeret. Nonnunquam in pueri procul stantis praebentisque pro scopo dispensam dextrae manus palmam, sagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocue ...aderent.* Quod etiam Aurel. Sextus in hanc sententiam: *sagittarum tam doctus fuit Domitianus, vt inter patentes digitos extentae manus viri procul positi iacula transuolarent.* Simile quid audiui a ...le dignis et αὐτόπταις factum de duce Brundevvizensi, qui suis pedissequis ac pueris honorariis imperauit: inter digitorum extensorum ...interualla retinerent dalerum Imperialem, quem sumto sclopo mi...ore, e patentibus digitis globulo innoxie exemit. Quod vero no...er hoc loco σκοπὸν vocat, in Domitiano apud Sueton. vocatur *scopulum*, verum mendose, vt autumant comment. ibid. estque signum ...gittarii, seu propositum, ad quod collimare solet. Videtur Veget. ...nc vocem sumere tanquam origine latinam, lib. 2. vbi refert, sa...ttariis, funditoresue ponere solitos pro scopo, hoc est signo, sco...os, id est, fruticum seu straminum fasces. Scaliger autem lib. I. ...: Plaut. hanc vocem deducit a Graeca: *Graecum verbum,* inquit, ...έπειν (vnde scopus dicitur) *primo suo significatu nihil aliud quam ...gere denotauit. Periti enim sagittarii, postquam intenderunt, haud ...ius amittunt, quam teli mucrone punctum obtexerint, cuius mucronis ...tectu scilicet inumbrauerint puncti visionem. Idcirco ad eam primum ...ercitationem vox est deducta.*

1,15,9. Τότε εἴδομεν, ὅσα ἐν γραφαῖς ἐθαυμάσαμεν) Potest hu...s sententiae duplex esse sensus. Vidimus ea, quae in *scripturis* ...irabamur, id est, quae in libris et historiis obseruabamus. Quae

significatio apud Lucian. de hist. conscrib. (T. 2. p. 671. vlt.) πρὸ τοὺς ἔπειτα μᾶλλον σύγγραφε, καὶ παρ' ἐκείνων ἀπαίτει μισθὸν τῆς γραφῆς. vel vt vult Politianus, tum temporis vidimus, quae in *picturis* mirabamur. Scilicet depicta fuere, vt etiamnum hodie fera animalia, aulaeis intextae tales commissiones, quas ex relatu aliorum tantum habebant cognitas, non ex inspectione oculari, quemadmodum tale quid de gladiatorum decertationibus Plin. lib. 37. c. 7. *Pingi autem gladiatoris munera, et in publico exponi coepta, a C. Terentio Lucano, isque auo suo, a quo adoptatus fuerat, triginta paria in foro per triduum dedit, tabulamque pictam in nemore Dianae posuit.*

ibid. Εἴ τι πρότερον ἄγνωστον ἦν φονεύων) In vanum hoc videtur ab auctore nostro adduci, talia fuisse edita, quae antea nunquam audita, vel visa: cum Mart. lib. 8. Epigr. 26.

Quod tua Roma nouas vidit Germanice tigres?
Delicias potuit nec numerare suas.

Et Capitolinus de Antonino Pio referat, qui ante Commodum, *eum omnia ex toto terrarum orbe cum tigribus exhibuisse.*

1, 15, 11. Ἀκμαὶ μηνοειδεῖς) describitur figura cuspidum sagittarum. erant μηνοειδεῖς, id est, lunae figuram habebant, erant corniculatae, instar lunae, in cornua flexae ac falcatae. mutuata est significatio a lunae specie, quae tum dicitur μηνοειδὴς, quando triduana exilia extendit cornua, seu in cornua curuatur. dicitur autem sagittae cuspis corniculata, falcata, vel, vt cornua sunt auersa ab hastili respicientia feras versus, qualibus etiamnum vtuntur venatores, qui damas conficiunt, vel vt teli acies in conuexum protenditur, non in concauum vel sinum, quae figura huic loco conveniens, vt colligere licet ex sequentibus, vbi narratur Commodum istiusmodi telis resecasse ceruices ferarum, quod minus commode per priorem fit figuram, commodius per hanc postremam, cum facilius haec penetret, et ad motum velocem aptior.

ibid. Ἔτι περιθεῖν αὐτάς.) Ferae concitatae celeres ictus vix sentientes, quibus collum transierant sagittae lunatiles, cursum continuabant. neque haec superant veri fidem, cum instrumenta motus, spiritus scilicet vitales, aliquamdiu motum continuare possint, non exhausti vno temporis momento. quod colligunt medici e motu cordis anguillae exsecti. Simile quid memini inter historias a nonnullis narratum, de quodam pirata, qui interceptus cum suis sociis naualibus hoc vnum suppliciter petiit, vt sociorum singuli vitae redonarentur, quos capite truncus cursu praeteriisset. Largitum hoc supremis eius votis: stans capite truncatur, cursum intendit, quem vsque ad postremos ἀκέφαλος continuasset, nisi a carnifice ac lictoribus adstantibus in terram fuisset detractus.

1, 15, 14. Εἶχεν χάριν ἀνδρείας) Re vera nullam prae se ferebant fortitudinem, quum Commodus homo foret ignauissimus, et si quisquam alius timidus. ei enim pleno amphitheatro peridromus fuit exaedificatus, per quem in orbem decurrere posset, ne cominus cum bestiis pugnans periclitaretur, sed superne et de tuto loco tela iaciendo, iaculandi potius peritiam quam fortitudinem ostentaret, vt inquit noster scriptor supra. Nisi in gratiam scriptoris dicamus illa, quae a Commodo gerebantur, non quidem profecta fuisse ab

animo forti, sed tamen prae se tulisse aliquod simulacrum, aliquam speciem fortitudinis.

I, 15, 15. Ὅπλα τε ἀναλαβὼν ἐμονομάχει) Lampr. *Gladiatorum etiam certamen subiit, et nomina gladiatorum recepit eo gaudio, quasi acciperet triumphalia. Ludum semper ingressus est: et quoties ingrederetur, publicis monumentis indi iussit*; et alibi: *inter cubicularios gladiatores pugnauit, lucentibus aliquando mucronibus.*

I, 15, 16. Μέχρι τραυμάτων προεχώρει) dissentire videtur hic Dion. qui Imperatorem saepius vltra vulnera processisse narrat, καὶ μέντοι καὶ ἐμονομάχει, οἴκοι μὲν, ὥστε καὶ φονεύειν τινά. ἐν ξυρῷ τε ἑτέρων, ὡς καὶ τὰς τρίχας ἀφαιρῶν, παρέτεμνε τῶν μὲν ῥῖνα, τῶν δὲ οὖς, τῶν δὲ ἄλλό τι. ἐν δὲ τῷ κοινῷ ἄνευ σιδήρου καὶ αἵματος ἀνθρωπείου. Loca facili conciliantur negotio, scilicet noster auctor loquitur de publicis spectaculis, in quibus non vltra vulnera processit, Dion vero de priuatis exercitiis, quae in domo gladiatoria fiebant, vel etiam in aula.

ibid. Ὑπεικόντων ἁπάντων, καὶ τὸν βασιλέα οὐ τὸν μονομάχον ἐννοούντων) Multos interfecit claua, qui spongiis veluti lapidibus cum illo pugnabant, ad modum pugnae Herculis, cuius nomen et schema assumserat. alios pugnata falsa pugna tanquam victor, per galeam, quam gerebat, est exosculatus, vt auctor est Dion. rationem subiicit noster scriptor, potius eum spectabant et verebantur tanquam principem, quam vicissent eum tanquam gladiatorem. Idque prudenter. Quod si enim vt gladiator passus fuisset vel minimum iniuriarum, de hoc ipso vt Imperator postea sumsisset poenam.

I, 15, 19. Τοῦ δὲ μεγίστου ἀγάλματος κολοσσιαίου, ὅπερ σέβουσι Ῥωμαῖοι εἰκόνα φέρον ἡλίου.) Dubium hic occurrit, de quo Colosso loquatur noster scriptor. Videtur illud explicare Lampr. in Comm. *Colossi caput demsit, quod Neronis esset, ac suum imposuit.* Verum sic falsus Lamprid. Fuerat enim aliquando, sed iam non erat, verum Solis, vt paret ex nostro scriptore aliisque. Neronis namque Colossi iam erant combusti et disiecti, vt colligitur ex Plin. lib. 35. c. 7. vbi scribit, Neronem principem iussisse colosseum pingi in linteo 120 pedum incognitum ad hoc vsque tempus. Ea pictura cum peracta esset in Marianis hortis, accensa fulmine cum optima hortorum parte conflagrauit. Hic igitur Neronis colossus, qui ex pictura in linteo constabat, non potuit fuisse temporibus Commodi, vt scilicet capite Neronis demto suum imposuisset, quum idem conflagrauerit Plinio viuente, qui scripsit T. Vespasiano imperante. Deinde alius Neronis Colossus, quem ex aere in Zenodoto illius imaginem repraesentantem fabrefactum tradit Plin. lib. 34. c. 7. non poterit superfuisse. cum enim Nero hostis senatus fuerit iudicatus, qua ratione eius statuae in integrum fuissent reseruatae? Praeterea in Vespasiano solis venerationi dicatum hunc Colossum, septem radiis insignem, quorum singuli pedum 22. et semis tradunt Victor, Torrent. ad Suet. Casaub. in notis ad Spartian. Ab Adriano vero hoc fuisse factum, testis est Spart. in eius vita: *Colossum stantem atque suspensum per Detrianum Architectum transtulit de eo loco, in quo nunc templum vrbis est, ingenti molimine, ita vt operi Elephantes 24 exhiberet. Et quum simulacrum post Neronis vultum, cui antea dicatum fuerat, soli conseruasset, aliud tale Apollodoro architecto auctore facere lunae molitus est.* Si itaque soli ab Adriano huiusmodi Colossus dicatus fuit, demto Neronis vultu, non potuit, qui post Adrianum regnauit, demto

eidem Colosso Neronis capite, suum imposuisse. Nisi cum Marc. Donato existimemus, scriptorum loca optime inter sese conciliari posse, idque hoc pacto. Verba Spartiani de Adriano ita sunt intelligenda, quod non demserit caput Neronis in consecratione, sed tantum radios apposuerit et addiderit, illam soli consecrans. non enim dicit Spart *demsit caput*, vel, aliud imposuit, sed *vultum* mutauit Quod fieri facile posse, radiis additis, cuiuis manifestum: verba autem Lampr. in Commodo tum ita intelligenda forent, quod Commodus caput Neroniani Colossi additis radiis in consecratione soli facta, demserit, et suum imposuerit, idque Dion confirmat lib. 19. καὶ μηδεὶς ἀπιστήσῃ καὶ γὰρ τῷ κολοσσῷ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμών, καὶ ἑτέραν ἑαυτῷ ἀντιτιθεὶς, *idque mihi omnes credent facilius, si intelligant, eum, abscisso Colossi capite, sui capitis imaginem reposuisse.* Videtur autem obstare Victor, qui caput solis a Vespasiano impositum scribit. Igitur non potuit mansisse Neronis caput vsque ad tempora Adriani. Dicimus itaque ad hunc locum, Colossum a Vespas. collocatum fuisse in via sacra, et soli dicatum, effigie solis, non ablato capite, sed tantum parum refecto, cum ante specie figuraque Neronis fuisset. Vnde Suet. in Vesp. c. 18. *Colossi refectorem ait insigni corgia io magnaque mercede a Vespas. donatum* Forte etiam nonnullis placebit haec responsio, si dicamus, post Vespasianum caput Neronis repositum fuisse, itemque post Adrianum, atque ita vera forent Lampridii verba supra cit.

ibid. Ὑπογράψας τῇ βάσει οὐχ ὡς εἰώθασι βασιλικὰς καὶ πατρῴας προσ) emendandi Herodiani codices hac parte corrupti: ac tollenda negatio, vt Casaub. emendat: ὑπογράψας τῇ βάσει αὐτοῦ ὡς εἰώθασι et c. Hoc enim vult Herodianus: basi Colossi omnes titulos fuisse subscriptos a Commodo, quos vel eius pater vsurpasset, vel Imperatores caeteri, illo excepto, *Germanicus*, cuius loco scripsit, *victor mille gladiatorum.* Hanc lectionem confirmat Lampr. in Comm. *Et titulum more solito conscripsit.* Dion. ἐπέγραψε πρὸς τοῖς δηλωθεῖσιν αὐτῷ ἐπωνύμοις καὶ τοῦτο: *adscripsit consuetis cognominibus et hoc.*

ibid Μονομάχους χιλίους νικήσαντος) huc respicit illud Lampr. *Item postea tantum palmarum gladiatoriarum confecisse, vel victis retiariis, vel occisis, vt mille contingeret.* Et paulo post: *Titulum more solito subscripsit, ita vt illum gladiatorium et effoeminatum non praetermitteret.* Hic per *gladiatorium* intelligo, victorem mille gladiatorum. per *effoeminatum*, Amazonium, vt supra demonstrauimus. Dissentit Dion., qui aliter refert eius basis titulum: μόνος νικήσας δωδεκάκις, οἶμαι, χιλίους. ita quidem Xiphilini codices: sed sine dubio vitiose: itaque vox δωδεκάκις vel penitus inducenda; vel scribendum, vt apud nostrum scriptorem, νικήσας μονομάχους οἶμαι χιλίους.

1, 16, 6. Διπρόσωπον δὲ αὐτῷ ἵδρυται τὸ ἄγαλμα et c.) Ianum hic bifrontem, noster describit. Ita Ouid. 1. *Iane biceps anni tacite labentis origo.* Huic Iano gemino templum dicitur aedificasse Numa, Seruio teste, inter Argiletum iuxta theatrum Marcelli, cuius portae duae, belli tempore apertae, in pace clausae. *Erat igitur sacellum totum ex aere constitutum, quadrata quidem dimensione tantaeque amplitudinis, quanta Iani integri statua poterat aenea quinque pedalis capi, capite duntaxat bifrons, portae vtrinque aeneae, quae pacis tempore claudebantur, vocabaturque Ianus geminus.* De hoc Ouid. I.

Fast. *Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes.* Loquitur de prisco illo iam, de quo etiam noster auctor. Hic postea translatus est ad forum transitorium Domitiano coeptum, Neruae perfectum. Quod Seruius docet, cum in haec verba scribit: *Captis Faliscis, ciuitate Thusciae, inuentum est simulacrum Iani cum frontibus quatuor; fuerat enim bifrons apud Theatrum Marcelli. Vnde, quod Numa instituerat, translatum est ad forum transitorium, et quatuor portarum vnum templum institutum.* Fuere et alii Iani quadrifrontes, de quibus Vict. Martian. atque alii. Reddit vero rationem noster auctor, cur Ianus dicatur bifrons, quia scilicet initium et finem anni respicit. Quae ratio similis isti, cur dicatur quadrifrons, quod quatuor anni respiciat tempora, vel quod quatuor contineat elementa. Vtrumque apud Ouid.

Quicquid vbique vides, coelum, mare, nubila, terras,
Omnia sunt nostra clausa, patentque manu.
Me penes est vnum vasta custodia mundi,
Et ius vertendi cardinis omne meum est.

Alia poterit deduci ratio ex Martiale, Ianum fuisse varium, quod variis linguis loqueretur. Epig. 2. lib. 8.

Fastorum genitor, parensque Ianus,
Victorem modo cum videret Istri,
Tot vultus sibi non satis putauit,
Optauitque oculos habere plures,
Et lingua pariter locutus omni,
Terrarum Domino, Deoque rerum
Promisit Pylias, quater senectam.
Addas, Iane, tuam, pater, rogamus.

Alii putarunt Bifrontis Iani pecuniam ideo impressam, quod post acceptum hospitio Saturnum mitiore viuendi ratione inuenta, hominibusque e feris factis mansuetioribus, duplicis vitae Deus atque auctor habitus sit, cum vtraque sub illa fuisset, vt testatur Plutarchus in vita Numae hoc pacto: ὁ γὰρ Ἰανὸς ἐν τοῖς παλαιοῖς πάνυ εἴτε δαίμων, εἴτε βασιλεὺς γενόμενος πολιτικὸς καὶ κοινωνικὸς, ἐκ τοῦ θηριώδους καὶ ἀγρίου λέγεται μεταβαλεῖν τὴν δίαιταν, καὶ διὰ τοῦτο πλάττουσιν αὐτὸν ἀμφιπρόσωπον, ὡς ἑτέραν ἐξ ἑτέρας τῷ βίῳ περιποιήσαντα τὴν μορφὴν καὶ διάθεσιν. Quandoquidem hic tantum coniecturis agunt scriptores, et nobis liceat quoque rationem notare, cur Ianus fuerit vel bifrons vel quadrifrons. Cum veteribus hic Deus sit antiquissimus, cui prima vota faciunt, et ad quem omnia referunt, necessum est eum Deum omnia scire et intueri, tam praesentia, quam futura, vt suis queat benedicere, neque a nemine decipiatur, vel exsibiletur. Iam quid est aliud omnia scire, quam oculos habere quaquauersum, id est, versus omnem mundi partem. Ita Ianus quadrifrons, respiciens quatuor mundi plagas, ita bifrons intuitus ea simul, quae a fronte et a tergo. quam nostram coniecturam videtur confirmare illud Pers. Sat. I. *O Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit.* Id est laudo tuas fortunas, o Iane, quod etiam a tergo habeas oculos, ne quis te possit pone irridere, vel subsannare, vel etiam alio quoquo modo decipere.

1, 16, 8. Ὁ Κόμμοδος ἐβουλεύετο, οὐκ ἐκ τῆς βασιλείου, ὡς ἔθος, προελθεῖν et c.) Quod etiam in iuuentute fecisse testatur Lamprid. *Aurigae habitu currus rexit, gladiatoribus conuixit.* Dion: ὁ γὰρ Κόμμοδος ἀμφοτέρους ἀνελεῖν ἐβούλετο τοὺς ὑπάτους, Ἐρύκιόν τε Κλάρον καὶ

Σύσσιον Φλάκκον, καὶ ὕπατός τε ἅμα, καὶ Σεκούτωρ ἐν τῇ νυμηνίᾳ ἐκ τοῦ χωρίου, ἐν ᾧ οἱ μονομάχοι τρέφονται, προελθεῖν. καὶ γὰρ τὸν οἶκον τὸν πρῶτον παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ εἷς ἐξ αὐτῶν ὤν, εἶχε.

In eo tamen Dion diſſentit a Lampridio, quod Commodum referat in vicinia gladiatorum habuiſſe domicilium, Lampr. vero dicat, eum cohabitaſſe iis. niſi ita dicamus Commodum iis conuixiſſe, quod maximam temporis partem apud eos eſſet, et iisdem praeceptis et moribus cum eis vteretur. Ita autem Dion conſentit cum noſtro ſcriptore, quod noſter non dicat, eum cohabitaſſe gladiatoribus, verum in animo habuiſſe e ludo gladiatorio prodire, quod non pugnat cum Dione, quum nihilominus aliud potuerit habere domicilium ſeorſim. Eum autem inter gladiatores verſatum, immo ex eorum fuiſſe ordine et numero, vel hinc conſtat, quod ei ſingulis diebus fuerint annumerata de pecunia gladiatorum decies ſeſtertium. Id vero, quod noſter ſcriptor hoc loco vocat μονομάχων καταγώγιον, hoc Dion, τὸ χωρίον, ἐν ᾧ οἱ μονομάχοι τρέφονται, nominat.

1, 16, 9. Ὅσα σεβαστῇ, πλὴν τοῦ πυρὸς) Hoc loco videtur eſſe ellipſis alicuius vocis, quae ſubintelligenda, ne ſententia ſit ſuſpenſa. ſubintellige igitur πλὴν τοῦ πυρὸς προπομπεύοντος, *Excepto igne*, id eſt, ignis praelatione. Ea enim, quae alicui honoris cauſſa praeferebantur, dicebantur προπομπεύειν, vt noſter ſcriptor obſeruat in Feſto Peſſinuntiae Deae: ὕλης τε ἢ τέχνης θαύματα, τῆς θεοῦ προπομπεύει. tali modo inſignia Imperii ſeu principatus dicebantur προπομπεύειν, vt ſupra de ſorore Commodi Lucilla: καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς. Cur vero hoc in loco mentio fit ignis? quia inter ſymbola principatus refertur. ita loco ante citato: μενόντων τῇ Λουκίλλῃ τῶν τῆς βασιλείας συμβόλων. et poſtea ſubiungit: καὶ γὰρ ἐπὶ θρόνου καθῆστο ἐν τοῖς θεάτροις, καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς. Principatus igitur olim fuere inſignia, lictores, faſces laureati, et ſi quid praeterea; poſtmodum vero inter noua principatus inſignia fuere Diadema, Purpura, ignis. Diadema originem ab exteris ſumſit principibus, primo ab Aureliano vſurpatum. Purpurae vſus in quo, vel quando inceperit, etiamnum incertum eſt. Ignis origo multo magis ignoratur: tamen a temporibus Antoninorum vſurpatum, vt colligere eſt ex noſtri ſcriptoris loco. Adde illud de Pertinace lib. 2. οὔτε τὸ πῦρ ἐάσας ἑαυτοῦ προπομπεῦσαι, οὔτε τι ἄλλο τῶν βασιλικῶν συμβόλων εἰς ὕψος ἀρθῆναι, *quum in ſenatum veniret, neque ignem ſibi paſſus praeferri, neque aliud vllum principatus inſigne attolli:* de Nigro paulo poſt: καὶ προπομπεύοντος τοῦ πυρὸς εἰς τὰ ἱερὰ τῆς Ἀντιοχείας τὸν Νίγρον ἄγουσι· lib. 7. de Quartino: καὶ πυρὶ πομπεύοντα ὀλεθρίοις τιμαῖς ἐκόσμησαν. Ad quem morem videtur reſpexiſſe Capitolin. in duobus Maximis. *Deinde*, inquit, *ipſum Tycum ex ſuis ſibi ducem atque imperatorem fecerunt: quem quidem et purpura circumdederunt, regioque apparatu ornarunt.* Hic ſub *regio ornatu* comprehendit *ignis praelationem.* Herod. enim hunc Tycum: Quartinum appellat lib. 7. „*mirum tamen, neminem Latinorum Graecorumque ſcriptorum tam inſignitam rem expreſſiſſe*, inquit Lipſ., *quis igitur ille ignis? non e carbonibus, non e ligno, nec prunae Bathyllus: lampas tantum fuit.* Quod notat Lipſ. ex M. Antonino in libris ſuis vitae: ὅτι δυνατόν ἐστι ἐν αὐλῇ βιοῦντα μήτε δορυφορήσεως χρήζειν, μήτε ἐσθήτων σημειωτῶν, μήτε λαμπάδων καὶ ἀνδριάντων τοιῶνδέ τινων, καὶ τοῦ ὁμοίου κόμπου. Deſcribit ac recenſet inſignia

omnia principatus, et *posse*, ait, *eum*, *qui in aula viuat*, *carere veste insigni purpuraque*, *item lampadibus*, *et certis statuis*, *similique luxu.* Romani igitur, *vt suos imperatores quasi pro Diis habuerunt*, *ita eis quasi Deorum quem cultum exhibere voluerunt*, *nimis sane hac in parte superstitiosi et illi*, *qui deferebant*, *et quibus deferebatur. vt igitur in Deorum cultu adhibitae lucernae*, *fasces*, *sic in Imperatorum pompa. Qui mos a Persis Romam videtur traductus. Illi enim suos reges tanquam arcanum quoddam Vestae venerabantur*, *vnde eos adorabant ac non sine genuflexione salutabant.* Xenoph. lib. 8. paed. huius rei facit mentionem: καὶ πῦρ ὄπισθεν τοῦ ἅρματος ἐπ' ἐσχάρας μεγάλης ἄνδρες εἵποντο φέροντες. post quem ignem secutus est Cyrus. " Si liceat coniecturam instituere, mihi verisimile fit, ignem solitum praegestari, non fuisse flammam quandam in lampade, quae in acerris ponebatur, vt ipsae acerrae praegestabantur. Et cum hic mos videatur desumtus a sacrificiis Deorum, ex eo magis confirmatur, quod in iis acerris vsi sint. Quodque huic sententiae lucem adfert: ignem, quem Persae sacrum et aeternum vocabant, argenteis altaribus praeferri consueuisse ante Persicum agmen, de qua Agath. lib. 2. Hist. et Procop. lib. 2. belli Persici. et Ammianus Marcellinus lib. 23. ignem coelitus lapsum apud Persas sempiternis foculis custodiri, cuius portionem exiguam, vt faustam praeiisse quondam Asiaticis regibus, ex aliorum fide commemorat.

1, 17, 7. Γραμματεῖον ἐπὶ τοῦ σκίμποδος) inuenta tabula interficiendorum forte in lecto Commodi. Simile de Domitiano Dion. l. 67. ἤκουσα δὲ ἔγωγε καὶ ἐκεῖνο, ὅτι πάντας ἅμα αὐτοὺς ὁ Δομιτιανὸς ὑποπτεύσας, ἀποκτεῖναι ἠθέλησε, καὶ σφῶν τὰ ὀνόματα ἐς σανίδιον φιλύρινον δίθυρον ἐσγράψας, ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ἐν τῇ κλίνῃ, ἐν ᾗ ἀνεπαύετο, ὑπέθηκε, καὶ αὐτὸ παιδίον τι τῶν γυμνῶν τῶν ψιθύρων, καθεύδοντος αὐτοῦ μεθ' ἡμέραν, ἀφελόμενον εἶχεν, οὐκ εἰδὸς, ὅ, τι φέροι, et c.

1, 17, 8. Περιπτύξασα καὶ φιλοῦσα) Antiqui isti mores, quibus soliti puerulos formosos, quos habebant in deliciis, exosculari, idque duplici modo: prior est, qui fit prehensis auribus, quam exosculationem Graeci vocant, χύτραν, vt scribit Iul. Pollux. Ratio Delrioni ad Sen. haec videtur, vt pueri tandem ea ratione desuescerent dolore aurium, oscula frequentare, quia saepe turpia, cum libidinis fierent suspicione. Verum falsus in hac coniectura, cum inter blanditias vetustatis hic osculi genus referatur, quo solebant pueri, aut parentes alios, vel amantes sese, alterius auribus prehensis, osculari, quod illi ideo χύτραν vocabant, seu ollam, quia erat similitudo quaedam. vt enim caput ollae, ita aures ansarum formam referre videbantur. ita Pollux l. 10. c. 24. λαβοῦσα τῶν ὤτων, φίλησον τὴν χύτραν, *Ollam prehensis osculator auribus.*

Neque hoc solum inter pueros, verum et meretrices vsitatum. Plaut. Paenul. Act. 1. sc. 2. Milphio seruus meretrici:

Sine te exorem, *sine te prendam auriculis*, *sine dem suauium.*

Et Asin. *Prehende auriculis*: *compara labella cum labellis.*

Etiam pueri vice versa talia parentibus dabant. Tibull. lib. 2. El. 5.

Et foetus matrona dabit, *natusque parenti*
Oscula comprensis auribus eripiet.

Est tale igitur blandimenti genus, quale esse solet bucculas prendere, vel barbam parentis, quod de Diana gremio insidente parentis Iouis notat Callim. in Hymn. Dian. Alter modus est, quando ora leuiter et summatim tangebant, et est illa consuetudo, qua blandientes solebant puerorum maxillas prehendere, deinde manum ad os referre, Virg. lib. I. Aeneid.

Olli subridens hominum sator atque deorum
Oscula libauit natae.

Ad quem locum Seru., vt notat Salm. *Sane multi nolunt ita intelligi, vt summum osculum filiae dederit, id est, non pressim, sed summa labella contingens: sed ita aiunt, tum hilarus Iupiter vultus natae libauit, id est, contigit, scilicet vt nos solemus cum blandimentis quibusdam sinistram maxillam contingere liberorum, ac deinde ad nostram maxillam referre. Ergo libauit merito, quia partem vultus, non totos contingeret, vt oscula dixerit quasi minora et teneriora filiae ora, vt ora diminutiue oscula.* Ad quod blandimenti genus refertur illud Suet. in Galb. c. 14. *constat Augustum, puero adhuc salutanti se inter aequales, apprehensa buccula dixisse, καὶ σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ.* Idem in Augusto c. 94. *Osculum delibatum digitos ad eos retulit.* Scilicet Suauioli loco Iupiter digitos ad os pueri porrectos suo mox ori admouit, vt etiam hodie a nimium officiosis fieri solet, qui manum, qua eius, cui obsequium deferunt, vestimenti partem aliquam attigerunt, admotam labris osculantur. Locus est etiam Apul. miles. 6. *Tunc Iupiter perpressa Cupidinis buccula, manuque ad os relata, consuauiat.* quo refer illud Callimach. in Hym. Dianae. πατὴρ δ' ἐπένευσε γελάσσας, φῆ δὲ καταῤῥέζων, *tunc pater annuit cum risu. Dixitque eam demulcens.*

1, 17, 1. Γράφει, ὅσους χρὴ τῆς νυκτὸς φονευθῆναι.) Lampr. *destinauerat et alios quatuordecim occidere, quum sumtus illius vires Romani imperii sustinere non possent.* Et paulo post: *multos praeterea parauerat interimere, quod per paruulum quendam proditum est, qui tabulam e cubiculo eiecit, in qua occidendorum erant nomina scripta.* Haec omnia eleganter noster scriptor prosequitur.

1, 17, 2. Ὧν πρώτη μὲν ἦν Μαρκία, εἵποντο δὲ Λαῖτος καὶ Ἔκλεκτος.) *Cubicularios suos libenter occidit, quum omnia ex nutu eorum semper fecisset. Electus cubicularius quum videret eum tam facile cubicularios occidere, praeuenit eum, et factioni eius mortis interfuit.* Lamprid.

1, 17, 16. Συντίθενται φθάσαι τι δράσαντες ἢ παθεῖν) ita Dion: ὁ γὰρ Λαῖτος καὶ ὁ Ἔκλεκτος ἀχθόμενοι αὐτῷ δι' ἃ ἐποίει, καὶ προσέτι καὶ φοβηθέντες, (ἠπείλει γὰρ σφίσιν, ὅτι ἐκωλύετο ταῦτα ποιεῖν) ἐπεβούλευσαν αὐτῷ. *Nam Laetus et Electus, qui ei infensi erant, partim quod versaretur in huiusmodi rebus, partim quod ipsum timerent (quippe minabatur eis, quod haec se facere prohiberent) in eum coniurauerunt,* et paulo post: διὰ μὲν δὴ ταῦτα ὅ τε Λαῖτος καὶ ὁ Ἔκλεκτος ἐπέθεντο αὐτῷ, κοινωσάμενοι καὶ τῇ Μαρκίᾳ τὸ βούλευμα. *His permoti rebus Laetus et Electus, in eum coniurant, communicato cum Martia consilio.* Lampr. *His incitati, licet nimis sero, Quintus Aelius Laetus praefectus, et Martia concubina eius, inierunt coniurationem ad occidendum eum.*

Ibid. Ἀρέσκει δὴ δῦναι φάρμακον δηλητήριον τῷ Κομμόδῳ et c.) Lampr. *Primum ei venenum dederunt*, et quidem Martia, quae solita erat porrigere poculum, quod videtur innuere Dion; καὶ ἔπιεν ἐν μέσῃ τῇ ἀγωνίᾳ καμὼν, κύλικι ῥοπαλωτῇ παρὰ γυναικὸς γλυκὺν οἶνον ἐψυγμένον λαβὼν, ἀμυστί *Bibebat defessus in medio certamine, capiebatque poculum vini dulcissimi, refrigerati de manibus mulieris.* Clarius hoc patet ex alio Dionis loco: ἐν γοῦν τῇ τελευταίᾳ τοῦ ἔτους ἡμέρᾳ, ἐν τῇ νυκτὶ, τῶν ἀνθρώπων ἀσχολίαν περὶ τὴν ἑορτὴν ἐχόντων, φάρμακον διὰ τῆς Μαρκίας ἐν κρέασι βοείοις αὐτῷ ἔδωκαν, *Itaque postremo die anni, quum homines in eo die festo celebrando essent occupati, venenum ei noctu per Martiam dant in carnibus bouinis.* In hoc dissentit noster a Dione, quod dicat in calice oblatum venenum, Dion autem in carne bouina, id est, in cibo.

I, 17, 24. Ἀλλὰ πολλοῦ γε ὄντος τοῦ ἐμέτου et c.) Eodem fere modo Dion: Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἠδυνήθη παραχρῆμα ὑπό τε τοῦ οἴνου, ὑπό τε τῶν λουτρῶν, οἷς ἀεὶ ἀπλήστως ἐχρῆτο, φθαρῆναι, ἀλλὰ καὶ ἐξέμεσέ τι, κἀκ τούτου ὑποτοπήσας αὐτὸ, ἠπείλει τινὰ, οὕτω δὴ Νάρκισσόν τινα γυμναστὴν ἔπεμψαν αὐτῷ, καὶ δι' ἐκείνου λουόμενον αὐτὸν ἀπέπνιξαν, *Quum autem subito non posset interire, propter vinum, quod largiter bibere, et propter balneas, quibus vti abunde semper consuerat, iamque vomere inciperet, ac suspicatus, id quod erat, minaretur; Narcissum athletam, ad eum interficiendum mittunt, lauantemque eius opera suffocant.* Lampr. *Primum ei venenum dederant: quod quum minus operaretur, per athletam, cum quo exerceri solebat, eum strangulauerunt.* Aurelius Victor: *Commodum quidem primo occultatius veneno petiuere, anno regni tertio fere atque decimo: cuius vis frustrata per cibum, quo se casu repleuerat; cum tamen alui dolorem causaretur, auctore medico principe factionis in palaestram perrexit, ibi per ministrum vngendi, nam forte is quoque e consilio erat, faucibus quasi arte exercitii brachiorum modo validius pressis, expirauit.* Ita veteres fasti Graeci: Κόμμοδος αἰφνίδιον ἐτελεύτησεν, ἀποπνιγεὶς ἐν οἰκίᾳ Βεστιανοῦ συγγενοῦς αὐτοῦ, *Commodus repente expirauit, suffocatus in domo Bestiani consanguinitate ei iuncti.* Tertull. in Apolog. *Vnde qui faucibus eius exprimendis palaestricam exercent?* Allusit Tertullianus, vt obseruat Herald. in Apolog. commem. et ad artem eius, qui Commodum confecit, et ad artis exercendae rationem, quia fauces premere palaestritarum quoque erat: quod etiam in hoc argumento ἄγχειν Graeci dicunt. Lucian. περὶ γυμνασίων. οἱ μὲν αὐτῶν περιπλεκόμενοι ἀλλήλους ὑποσκελίζουσιν, οἱ δὲ, ἄγχουσι καὶ λυγίζουσιν.

I, 17, 26. Τοιούτῳ μὲν τέλει βίου ὁ Κόμμοδος ἐχρήσατο, βασιλεύσας ἔτη τρισκαίδεκα et c.) Consentit Aurelius Victor: *Commodum veneno petiuere, anno regni tertio fere atque decimo.* Parum dissentiunt veteres fasti Graeci: ἄρξας ἔτη ιβ. *cum regnasset annos duodecim.* et Dion: Κομμόδῳ τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο, ἔτη δώδεκα, καὶ ἡμέρας τεσσαρεσκαίδεκα ἄρξαντι. *Hunc exitum Commodus habuit, quum regnasset annos XII, menses IX. dies XIII.*

ibid. Κάλλει εὐπρεπέστατος) Ita ante noster dixit, τὴν ὄψιν ἦν ἀξιοθέατος, σώματος συμμετρίᾳ. Aliter, immo e contra Lampr. *vultu insubido, vt ebriosi solent.* Fortassis, quia alias formosus, ebrietate nimia vultum sibi contraxit foedum. aut si hoc minus placet, dicendum, scriptorem nostrum, iuuenilem Commodi aetatem respe-

xiſſe, Lampridium, virilem: nihil quippe mutabilius, nihil marceſcit celerius decore. Secundum illud Varronis: *quem puerum vidiſti formoſum, hunc vides deformem in ſenecta.*

Ew. Hochedelgebohrnen haben mich durch einen Ihrer ehemaligen Schüler, deſſen Brief ich nicht gleich finden, dahero auch mich nicht ſogleich auf ſeinen Namen beſinnen kann, (ihm bitte ich aber meine Empfehlung zu verſichern,) den erſten Theil Ihres Herodians überſchickt. Ich danke gehorſamſt für das geneigte Angedenken und vortrefliche Geſchenk: werde auch nächſtens das Werk in unſern gelehrten Zeitungen rühmlichſt anzeigen. Erſtaunt bin ich über Ihren Fleiſs und dabey angewandte Mühe. Ihre ſchon längſt rühmlichſt bekannte Gelehrſamkeit zu loben, wäre wol zu ſpat, da ich noch als Schüler Ihre erſten akademiſchen Schriften mit Nutzen geleſen habe. Nur beſorge ich, es möge manchen die zu gelehrten und weitläuftigen Erläuterungen, ſo nützlich und lehrreich ſie auch den meiſten ſeyn werden, und die beſtändigen Abkürzungen der angeführten Bücher, beſchwerlich fallen. Doch verzeihen Sie meiner Freyheit. Ich hatte ehemals in meinem, wiewol ſehr fehlerhaft gedruckten, Böckler-Scheidiſchen Ex. Strasburg 1694 ein paar flüchtige Gedanken beygeſchrieben. Ietzo habe ich keine Zeit zu prüfen, ſetze ſie aber unverändert hieher, und überlaſſe es Ihnen blos, ſie nur anzuſehen, auch völlig zu verwerfen, weil mir, da ich an Sie ſchreiben wollte, es erſt wieder eingefallen iſt. An Vergleichung, Unterſuchung u. dergl. war alſo gar nicht mehr zu gedenken. Lib. II. c. 1. p. 61. Lin. 4. εἴλις an εἰλ.? cf. Dorville ad Charit. p. 664. (Auch erinnere ich mich, in einer Note ad Ariſtoph. Nubes davon gehandelt zu haben.) — Ib. lin. 12. ἐκραιπαλ. forte ἐγκραιπαλόντες, at pag. 100. kommt das erſte Wort wieder vor. S. 67. II. 2. §. 17. παρατάξ. vertit Politian. *virtutem.* forte reperit πράξεων, vt c. III. §. 4. S. 68. II. 2. fin. περιειλημμ. an περιειλημμένοι. ſic poſtea reperi in edit. Sartorii Ingolſt. v. ad p. 61. — S. 87. II. c. 7. §. 5. ἔς τε τον — ἐβλασφ. conf. Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. p. 456. — S. 90. II. 8. lin. pen. fort. καὶ τί πρακτέον, ἡγ. S. 94. II. 9. §. 3. poſt ἐρπάσαι ſupplet Steph. διενοήθη, quod durum eſt. fort. excid. ἐῤῥίφθαι ἐθέλει ἁρπάσαι. II. 9. S. 96. §. 11. ἐπαμύναι gloſſam redolet, poſitum explicandae cauſſa formulae ἐπὶ — φόνῳ, quod eſt venire ad caedem puniendam, vindicandam: v. Hemſterh. ad Plutum, et mox pag. ſeq. lin. 1. et 18. S. 146. III. 8. lin. vlt. poſt φιλίαν additur Νίγρε in edit. Baſil. S. 169. III. 14. διαλαμπ. v. Morum ad Iſocr. p. 14. — Dieſs mag genug ſeyn, zum Prüfen oder Verwerfen; beſonders aber zur Bezeugung meiner dankbaren Hochachtung, mit der ich verharre

Ew. Hochedelgebohren

Erlangen,
den 13. Oct. 1788.

ergebenſter Diener
Gottlieb Chriſtoph Harleſs.

IRMISCO VIRO DOCTISSIMO ATQVE CELEBERRIMO RECTORI SCHOLAE PLAVIENSIS S. D. P. MESSERSCHMID.

Simulac litteras TVAS inopinas, quibus me muneratus es, acceptas perlegi, ſtatim cum TVVM, tum meum TRILLERVM conueni. Promiſſi ſui optime memor, multa collocutus eſt mecum de fratribus TVIS, et oratore ſacro, et pictore, quos ambo optime noſſe affirmat, TE vero minime. In primis de pictore fratre narrat, ſuum ab eo vultum expreſſum fuiſſe. Poſt tot tantosque ſermones commemorat, permulta ſuper Herodianum promta ac parata eſſe. Ideo de ſella ſurgit, arceſſit Boecleri Herodianum et mihi in manus dat. Peruoluo eum nec vllam paene reperio paginam, annotationibus vacuam, ita vt totum margo deſcriptum eſſet et liber in forma quadruplicata componi poſſet. Tamen ſuam inpraeſens vicem dolet, quoniam, partim propter officia decanatus ordinis ſui, partim propter inſtans rectoratus munus, quod ſuſcipere, quamquam aetate prouectus, qua re ſemper gloriatur, coactus eſt, impeditur, quominus, quod pollicitus eſt, ex voto praeſtare poſſit. Ego vero, quoties inſtrumentum nouum interpretor, ex Herodiano illud, niſi explicare, ſaltem illuſtrare, ſtudeo: quae collegi, ex plagellis meis excerpſi, et mitto ea TIBI conditione, vt quaedam fortaſſe reperturus ſis, quae haud TIBI inſuauia fore ſpero. Quod reliquum munera TVA erudita mente, quam poſſum, veneror grata, in quibus quaedam fuerunt, quae iam habeo, vt, de fiducia, et de oratione concinna, formas concinnitatis, trutina, cet. et, vt Herodianum quam proxime efficias, ex animo opto. Vitembergae apud Saxonas, a. d. I. Octobr. CIↃIↃCCLXXV.

Matth. XXIII. 30. XXVII, 6, 24. *αἷμα*, caedes. cruenta, nex L. II. *βασιλείῳ καὶ ἐμφυλίῳ αἵμασι μιανάντες τὸν ὅρκον*, imperatorum et tribulium caede polluentes ſacramentum. i. e. *ἐπεξελθεῖν τοιούτου βασιλέως αἵματι*, vlciſci talis imperatoris caedem. l. e. *ἐς τὸν ὅρκον ἀσεβήσαντες καὶ ἐμφυλίῳ καὶ βασιλικῷ αἵματι τὰς δεξιὰς μιάναντες* qui iusiurandum violaſtis et ciuili imperatorioque ſanguine polluiſtis dextras. I *ἐμφυλίου αἵματος τὴν Ῥώμην ἐπλήρωσαν*, ciuium caede Romam impleuerunt. II. *ἐπεξελθεῖν τῷ τοῦ βασιλέως αἵματι*, vlciſci imperatoris caedem. VI. *τῆς τῶν ἀρχόντων καταφρονήσεως μέχρις αἵματος αὐξηθείσης*, contemtione principum ad caedem vſque aucra.

Ἀμάρτυρος I. *ἐγὼ δ' ἱστορίαν οὐ παρ' ἄλλων ἀποδεξάμενος ἄγνωστόν τε καὶ ἀμάρτυρον*, rel. ego vero non quidem acceptam ab aliis, aut incognitam aut teſtibus egentem hiſtoriam ſcribendam ſuſcepi.

Ἀμφότεροι graeci libenter de duobus ſingularibus dicunt. Severus apud Herodian. III. de ſe et Albino ita loquitur: *ἔσχε δ' ἄν τι καὶ μεῖζον, εἰ καὶ τὸ πιστὸν ἐτήρει τῆς ἀμφοτέροις ἡμῖν παρ' ὑμῶν μεμερισμένης τιμῆς*, haberet maiorem partem, ſi fidem ſeruaſſet, vbi vos vtrique noſtrum honorem diuiſiſſetis. III *καὶ οὐδενὶ ἀμφότεροι ὁμοίως ἠρέσκοντο. ἀλλὰ πᾶν τὸ τῷ ἑτέρῳ φίλον τῷ ἄλλῳ ἐχθρὸν ἦν.* Numquam

confentiebat vterque, fed id, quod alteri gratum, alteri iniucundum erit. Matth. XV, 14.

Matth. XIV, 22. ἀναγκάζων. Permoueo, perfuadeo, acriter incito, impello. IV. τοιαῦτά τινα παίζειν αὐτῶν δοκούντων, ὀλέθρια καὶ ἐπίβουλα κατ᾽ αὐτῶν σκέψασθαι τὸν Ἀντωνῖνον ἠνάγκασαν, φύσει ὄντα ὀργίλον καὶ φονικώτατον. Dum ludere fe putant, eo impulerunt Antoninum, hominem fua natura iracundum et caedis ftudiofiffimum, vt perniciem illis infidiasque moliretur.

Matth. XI, 28. XVI, 45. Ἀναπαύω, ceffare facio moleftias corporis et animi. VIII. παντοδαπῆς οὖν ἀπορίας καὶ δυσθυμίας τὸν στρατὸν κατεχούσης, αἰφνιδίως ἀναπαυομένου τοῦ Μαξιμίνου, cet. Quum igitur exercitum vbique maeftitia et inopia premeret, repente cum fub tentorio quiefceret Maximinus. Etiam de mortuis vfurpatur. — Ὁ μὲν οὖν (Μάρκος) νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐπιβιώσας μιᾶς, ἀνεπαύσατο, exfpirauit. III. βασιλεύσας δὲ ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν ἐπὶ παισὶ νεανίαις διαδόχοις ἀνεπαύσατο. Poftquam octodecim annos imperium tenuiffet Seuerus, deceffit, fucceflforibus liberis adolefcentibus. Interdum additur vox βίου. III. VII. τοῦ βίου ἀνεπαύσατο, finiit vitam.

Ἀνασταυροῦν non rurfus cruci affigere fignificare, Herodian. III, bis probat.

Ἀνέῳγε. Paffiua fignificatio huius praeteriti afferitur ab Herod. IV. Πυλίδας ἔχων καὶ θύρας ἀνεῳγυίας oftiola habens et ianuas apertas, v. Olearium de Stilo N. T. p. 289, edit. Schwarz.

Ἀνὴρ nomen honoris in allocutionibus. VI. ἐβουλόμην, ὦ ἄνδρες συστρατιῶται, τοὺς συνήθεις πρὸς ὑμᾶς ποιεῖσθαι λόγους, Cuperem, o commilitones, fermonem ad vos facere confuetum. Abundat III. πόλις πλήθει ἀνδρῶν τοξοτῶν ἀκμάζουσα, vrbs multitudine fagittariorum florens. *Maritus* I. τὸν ἑαυτῆς ἄνδρα, maritum fuum. IV. γυναῖκες πᾶσαι, ὅσαις ἀνδρῶν ἢ πατέρων ἀξίωμα mulieres omnes, quas maritorum aut parentum dignitas honeftat. Ioh. IV, 16. 17. 18. 1 Cor. VII. 2. 3. 4. 10. 11.

Ἄνθρωπος Infans Io. VII. 22. 23. XVI. 11. Commodus de fe dicit, I. ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν με ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφυρὶς, ὁμοῦ δέ με εἶδεν ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα. Quum primum prodiiffem ex vtero, regia me excepit purpura, et fol infantem me fimul et regem vidit.

Ἀντικεῖσθαι dicuntur res quoquo modo oppofitae. VI. Afia Europae ex aduerfo fita. IV. Chorus feminarum ex aduerfo puerorum generoforum ftans. Caftra ipfa inter fe oppofita ἀντικείμενα ἀλλήλοις τὰ στρατόπεδα.

Ἄνωθεν II. — ἀπὸ προγόνων ἄνωθεν ἀρχὴν μὴ περιϊδεῖν αἰσχρῶς ἐῤῥιμμένην — a maioribus relictum imperium, turpem in modum defpiciam. IV. ἐθάῤῥει δὲ αὐτῷ, θεραπεύοντί τε αὐτὸν ἄνωθεν καὶ πολλὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ εὐεργεθέντι. Confidebat vero ei, quia eum inde a multis annis coluerat, multisque ab eo beneficiis cumulatus erat. Ἄνωθεν V. οἱ μὲν γὰρ ὥσπερ ὄφλημα κληρονομίας εἰληφότες, ἀποχρῶνταί τε καὶ ἐνυβρίζουσιν, ὡς ἄνωθεν ἰδίῳ κτήματι. Hi fcilicet homines tamquam debitam haereditatem adepti abutuntur ea, et conuiciantur, tamquam proprie a multis iam annis (a maioribus) poffeffo patrimonio. VIII. ἀφῖκτο δὲ αὐτῷ Γερμανῶν οὐκ ὀλίγη συμμαχία πεμφθεῖσα ὑπ᾽ αὐτῶν κατ᾽ εὔνοιαν, ἣν εἶχον πρὸς αὐτὸν ἄνωθεν. Venit vero ad eum Ger-

EXCVRSVS SVPER LVSV VERBORVM AD VARIA HERODIANI LOCA.

(Vid. Tom. I. Excurf. ad 1, 4, 7, pag. 836.)

Is lufus vniuerfe cernitur in vocabulorum, vicine ftantium, imilitudine qualicunque, vel quoad litteras, vel quoad fonum, vel quoad fententiam, tenetur que, apud Noftrum naxime, rebus tribus, *primum* figuris quibusdam f. fchemafi rhetoricis, *deinde* fyntaxi et compofitione aliqua in unctis verbis, *denique* concinnitate.

Ac primum genus, e rhetorum figuris, et ipfum eft uplex, tum fimplex, tum mixtum, quorum illud conftat na figura tali, hoc multis fimul, quod poftremum confit tiam fimul e concinnitate. Exempla, quae fubiicimus, em hanc et diuifionem confirmabunt.

Simplicis quidem generis eft hoc in fimiliter finiente, ὸ σχῆμα καὶ τὸ ὄνομα τῆς βασιλείας 6, 1, 2. cf. Ern. rhetor. . 345.

E mixto autem genere funt ifta. Nam a) paronomafiam Ern. rhet. §. 344. e.) habent fimplicem quidem illa καιρὸς καιρος 1, 4, 7., addita in adiectiuo vna fyllaba, — fed oncinnitatem etiam, membra que fimilia et compar illud, arte nominatum, φθάσας τῇ τοῦ δόρατος αἰχμῇ τὴν τῶν ὀδόντων ἀκμὴν 1, 15, 12, e., mutatis in αἰχμῇ et ἀκμὴν litteris, — τούτῳ - τῷ τέλει Πλαυτιανὸς ἐχρήσατο, ἀπλήστῳ τε ζήσας πάντων ἐπιθυμίᾳ, καὶ χρησάμενος — ἀπίστῳ ὑπηρεσίᾳ 3, 12, 26. praeter concinnitatem, tum paronomafiam in adi. ἀπλήστῳ et πίστῳ, ademta littera et mutata vocali in poftr. adi., tum fuper polyptoton in verbi modo, ἐχρήσατο et χρησάμενος.

b) polyptoton (Ern. rhet. §. 343.) autem fimplex faunt, in fubft. ἀνθρώπων — τοῖς ἀνθρώποις 1, 12, 6. it. τὴν χην ὁμοίαν τῆς τύχης 3, 4, 7. e.

in pron. αὐτῶν αὐτὴν τὴν εὐγένειαν 8, 8, 2. — fed, per fpicionem, αὐτοῦ καὶ Κρόνον αὐτὸν 1, 16, 3. p. 678. m.

in verborum genere et modo, συγγέγραπται —, συνέγραψα 1, 2, 9. c. 10. e. it. ἐγίνετο —, γενομένης λ. 1, 16, 16. fq. ἐγίνετο —, γενέσθαι 3, 4, 18. it. βούλεσθαι —, ἐβούλετο 15, 17. it. σώζεσθαι —, σώζειν 8, 3, 5.

fed polyptoton vna cum dilogia f. πλοκῇ f. antanaclafi, Ern. rhet. §. 341.) in fubft. γένους — τῷ ὑστέρῳ γένει 5, 1, . p. 30. m. it. τὸ — ὄνομα — τῷ — ὀνόματι 7, 10, 12

it. in fubft. et verbo, οὐκ ἀνασχετὰ ἡγούμενος — τῶν ἑκάστοτε ρυμένων 6, 3, 1.

it. in verbis duobus, ὃν κοινωνὸν — ποιησάμενος —, δεσμὸν — ἐποιήσατο 1, 8, 6.

at ſimul e concinnitate, νοῆσαί τε ὀξὺς, καὶ τὸ νοηθὲν ἐπιτελέσαι ταχὺς 2, 9, 2. e.

c) paregmenon (Ern. rhet. §. 344.) porro ſimplex videas in his, in ſubſt., δυσπραγίαν (ἐν) τοῖς πράγμασιν 2, 9, 3. e.

it. in ſubſt. et verbo, τὸ ἔργον κατέργασαι 3, 12, 12. it. συσκευὴν — ἐσκευάσθαι ib. 21. it. στρατηγοί τε — κατελέγοντο, ἔκ τε — Ἰταλίας λογάδες 7, 12, 2. it. τῷ τε κεράμῳ βάλλοντες — καὶ λίθων βολαῖς λ. ib. 11.

it. in adv. et verbo, δυσφόρως — φέρουσα 1, 8, 9. it. φοράδην φερόμενος 3, 14, 6.

it. in verbis duobus, ἃ — τινὲς ἐκ τῶν φυγόντων κατέφευγον 3, 2, 18.

at mixtam parecheſin, (Ern. rhet. §. 344.) e ſimilibus quidem initiis, in ſubſt., ᾄδομεν — θέας — θεαμάτων ἐν πᾶσι θεάτροις 3, 8, 17.

it. in ſubſt. et verbo, γράψας — γραμματεῖον 1, 17, 4. θύσας — θυσίας 2, 6, 18. it. ἐν ἀρχῇ ἄρξαι 8, 8, 17.

it. in verbis duobus, ἀνεῴχθη ſ. ἀνῴχθη —, ἀνοίξας 3, 3, 11. e. it. ἀπαγαγεῖν —, ἀπαχθέντες 3, 14, 4.

tum e ſimilibus mediis vel ſolis, vel ſimul cum initiis, in adi. et ſubſt. ἐξ ἰσοτίμου φιλοτιμίας 3, 6, 10. e.

it. in ſubſt. et verbo, περιτετάχισο — τάχα 3, 1, 14. it. καμάτων —, οὓς ἐκάμετε 3, 6, 7. e. it. τιμῇ — ἐτιμήσαμεν ib. 12.

it. in verbis duobus, ſimul et e concinnitate, δυσφόρως μὲν πάντες ἤκουσαν, ὑπήκουον δὲ ἀνάγκῃ 5, 5, 2.

* προσποιούμενος — ἀντιποιεῖσθαι 2, 9, 14. in quo et paronomaſian ſumas.

Ad hanc e rhetoricis figuris partem retulerim etiam,

a) οὔσῃ φύσει e Codd. lectione 1, 12, 1. e. pro quodam ſimiliter finiente,

b) ἔπατ᾽ ἐπιδόσεσι e Cod. lectione ib. 9. p. 495. m. pro parecheſi aliqua,

c) πλεῖστον δὲ πλῆθος — ἤθροιστο 4, 11, 7. pro eadem parecheſi et ſimul paronomaſia,

d) οὐκ ἄλλος, ἀλλ᾽ αὐτὸς αὐτῷ λ. 2, 2, 12. pro parecheſi et paregmeno aut polyptoto, it. οὐκ ἄλλον, ἀλλ᾽ ἢ αὐτὸν ἑαυτῷ λ. 5, 5, 2.

* ἑνὸν αὐτοῖς αὐτοὺς σώζεσθαι 8, 3, 5. e. Bg. Vs. p. 951. m.

e) πλεῖστα πάντων ἐγχαρισθεὶς, πάντων οὐσίαν εἶχεν ἐλάττονα 2, 1. 11. pro epanodi forma, cf. Ern. rhet. §. 343., quanquam per me hoc poſtremum referetur et ad *tertium* deinde genus.

Alterum genus, e ſyntaxi, complectitur copulata inter ſe per internam coniunctionem, h. e. notionem ac ſententiam, ſiue iuncta affinia ſibi, quoad ſenſum. Habet id genus prodit que vel nullam copiam, vt in ſubſt. cum verbo, μᾶλλον ἐπολυπλασιάσθη τὸ πλῆθος 8, 2, 10.

vel aliquam, in adi., ἐν ἡλικίαις — διαφόροις ἐχ ὅμοια — τὰ ἐπιτηδεύματα 1, 1, 10. vbi διάφορα et ἐχ ὅμοια ſunt ſynonyma tamen, quanquam externa ſpecie diuerſa, et locus hic ſimul tenet concinnitatem, atque, e ſuperiori partitione, exemplum hoc pertinet ad formam mixtam.

it. in adi. et ſubſt., πόλις, ἰδίᾳ δήμε πολυάνθρωπος ἦν 8, 2, 6. vbi adi. pars ineſt iam in adiuncto ſubſt., ſufficiebat que pro eo aliquod ex his, πλήρης, εὔπορος, ἄφθονος, ἀκμάζεσα.

it. in ſubſt. et verbo, τὰ μέλλοντα φοβήσεται, δέει τῶν λ. 1, 5, 26. e. it. πλεῖσον — τε δήμε συνέθει δρόμῳ 2, 2, 8. it. καταλαβὼν — οἰμωγήν τε καὶ πένθος — παῖδας — θρηνέντων 3, 4, 13. it. πρὸς βασιλέας τὸ τίμιον, ἐς αἰδεῖσθαι 2, 10, 3.

it. in phraſi et privo verbo, κεχρῆσθαι συμφορᾷ ἐκ τε ὧν πεπόνθεσαν λ. 6, 7, 7.

Referantur huc et illa

a) in verbis duobus, ἐδεδίει τε καὶ ἤλπιζεν 1, 3, 11. it. βαστάσαντες τὴν κλίνην, φέρεσιν λ. 4, 2, 11.

b) in ſubſt. et verbo, ſ. in formula e ſubſt. cum praep. et in verbo privo, μετὰ δέες — διῄει ὁ ςρατὸς, ἐλπίζοντες λ. 8, 1, 15.

* ὑπὸ δέες καὶ ἀγνοίας εκ ᾔδει τὸ λ. 7, 5, 10. e lect. vulg.

Tertium denique genus, e concinnitate, praeter illud exemplum ſupra mixtum paronomaſia 1, 15, 12. φθάσας λ., continet membra paria, in quibus et ipſis, fortuito tamen, excidit ſcriptori aliquid e rhetoricis figuris, vt in ſubſt. τὸ μὲν ἡδὺ τῆς ἀκροάσεως —, τὸ δ' ἀκριβὲς τῆς ἐξετάσεως λ. 1, 1, 2. p. 8. ſq. per ſimiliter finiens, it. ib. 5. p. 19. — 23.

it. in adi. et ſubſt. ἐπιμηκέςερον — τὴν ἀρχὴν, — πρόσκαιρον τὴν δυναςείαν ib. 6. it. θυγατέρες μὲν — πλείες, ἄῤῥενες δὲ δύο 1, 2, 1. it. τὰς πλέτε περιβολαῖς λαμπρὰς, κοσμίες δὲ τὸν τρόπον καὶ σώφρονας τὸν βίον ib. 3. — ἔτε — χρημάτων πλῆθος — ἀνταρκὲς —, ἔτε δορυφόρων φρερὰ ἱκανὴ λ. 1, 4, 10.

it. in ſubſt. cum praep. κισσὸν μὲν — ἀντὶ καυσίας —, θύρσον δὲ ἀντὶ σκήπτρε 1, 3, 7.

it. ſimul cum verbo, οἱ ἐξ ἀνάγκης δελεύοντες, — οἱ μετὰ παθες ὑπακούοντες 1, 4, 13.

it. in ſubſt. cum verb. et adv. θαυμάζειν ἐστὶ καὶ τὴν τέχνην τῶν τὴν ἀρχὴν κατασκευασάντων, καὶ τὴν ἀλκὴν τῶν ὕστερον καθηρηκότων 3, 1, 15. vbi in relatis ad ſe ſubſt. τὴν τέχνην et τὴν ἀλκὴν modo habetur ſimiliter finiens aliquod, ſed in comparatis adv. τὴν ἀρχὴν et ὕστερον nil tale et tantum ſynonymicus ſenſus.

Huius tertii autem generis exempla plura vel ſimilia his, vel alius formae reperientur in Ind. *Obſeruat.* v. *compar.* et *concinnitas.*

TABVLA CHRONOLOGICA IN HISTORIAM HERODIANI.

Anni V. C.	Conſules	Anni Chriſti	Anni Imperator. collecti.	Anni Imperat. expanſi, a Cal. Ian.	Anni LX. Hiſt. Herod.
932	Praeſente et Condiano	180	Commo-	Com- 1	1
933	Commodo Aug. III. et Burro	181	dus impe-	modi 2	2
934	Mamertino et Rufo	182	rav. poſt	3	3
935	Com. Aug. IV. et Victorino II.	183	Marcum	4	4
936	Marullo et Aeliano	184	an. 13.	5	5
937	Materno et Bradua	185		6	6
938	Com. Aug. V. et Glabrione II.	186		7	7
939	Criſpino et Aeliano	187		8	8
940	Fuſciano II. et Silano II.	188		9	9
941	Silano et Silano	189		10	10
942	Com. Aug. VI. et Septimiano	190		11	11
943	Aproniano et Bradua	191		12	12
944	Comm. Aug. VII. et Pertinace	192		13	13
945	Falcone et Claro	193	Seuerus	Seueri 1	14
946	Seuero Aug. II. et Albino Caeſ.	194	poſt Per-	2	15
947	Tertullo et Clemente	195	tinacem,	3	16
948	Dextro II. et Priſco	196	et Did.	4	17
949	Laterano et Rufino	197	Iulianum	5	18
950	Saturnino et Gallo	198	ann. 18.	6	19
951	Anullino II. et Frontone	199		7	20
952	Seuero et Victorino	200		8	21
953	Fabiano et Muciano	201		9	22
954	Seuero Aug. III. et Ant. Aug.	202		10	23

Anni V. C.	Confules	Anni Chrifti	Anni Imperator. collecti.	Anni Imperat. expanfi, a Cal. Ian.	Anni LX. Hift. Herod.
955	Geta et Plautiano II.	203		11	24
956	Cilone et Libone	204		12	25
957	Anton. Aug. II. et Geta Caef.	205		13	26
958	Albino et Aemiliano	206		14	27
959	Apro et Maximo	207		15	28
960	Ant. Aug. III. et Geta Caef. II.	208		16	29
961	Pompeiano et Auito	209		17	30
962	Fauftino et Rufino	210		18	31
963	Gentiano et Baffo	211	Antoni-	Antoni- 1	32
964	Afpro et Afpro	212	nus Cara-	ni Ca- 2	33
965	Anton. Aug. IV. et Balbino II.	213	calla poft	racallae 3	34
966	Meffalla et Sabino	214	Severum	4	35
967	Laeto II. et Cereali	215	ann. 6.	5	36
968	Sabino II. et Anullino	216		6	37
969	Praefente et Extricato	217	Macr. a. 1.	Macrini 1	38
970	Macrino Aug. II. et Aduento	218	Elagaba-	Elaga- 1	39
971	Antonino Aug. II. et Sacerdote	219	lus ann. 6.	bali 2	40
972	Anton. Aug. III. et Comazonte	220	leg. 4.	3	41
973	Grato et Seleuco	221		4	42
974	Anton. Aug. IV. et Alex. Caef.	222	Alexan-	Alex. 1	43
975	Maximo II. et Aeliano	223	der ann.	2	44
976	Iuliano II. et Crifpino	224	14.	3	45
977	Fufco II. et Dextro	225		4	46
978	Alexand. Aug. II. et Marcello	226		5	47
979	Albino et Maximo	227		6	48
980	Modefto et Probo	228		7	49
981	Alex. Aug. III. et Dione II.	229		8	50
982	Agricola et Clementino	230		9	51
983	Pompeiano et Feliciano	231		10	52
984	Lupo et Maximo	232		11	53
985	Maximo II. et Paterno	233		12	54
986	Maximo III. et Vrbano	234		13	55
987	Seuero et Quintiano	235		14	56
988	Maximino Aug. et Africano	236	Maximi-	Maxi- 1	57
989	Perpetuo et Corneliano	237	nus an. 3.	mini 2	58
990	Crinito et Pontiano	238		3	59
991	Gordiano Aug. et Auiola	239	Gordian.	Gord. 1	60

CHRONOLOGIA IN HERODIANI HISTORIAM, EX EDIT. PATAV. AD SINISTRAM QVIDEM, SED AD DEXTRAM COMPARATA ILLA EX REIMAR. EDIT. DION. CASS.

A. V. C. Ab obitu Marci Aurelii Imperatoris.
933. Decimo fexto Kal. April. M. Au-
Ch. 180. relius Antoninus Philofophus in Pannonia mortuus eft, hominibus ingens fui defiderium relinquens.

Huic fucceffit

Aur. Commodus Antoninus, qui Bruttio Praefente II. et
V. 934. fufcepto in Pannoniis Imperio, reli- Sex. Condiano Coss.
C. 181. cto que Marcomannico bello Romam proficifcitur. Perennium, Italicum hominem, militaris difciplinae peritiffimum, Praetorianis praeficit. Hic, vt erat diuitiarum auidiffimus, omnia in fe trahens, Imperatorem in exitium paternorum amicorum concitat, Lucilla etiam, Commodi forore, faevitiam eius irritante, quae, muliebri aemulatione accenfa, per Quadratum nobiliffimum adolefcentem Senatorios Viros aduerfus Imperatorem folicitat, quorum vnus, ftricto pugione Commodo exitium intentans, deprehenditur.

V. 938. Imperator, odio in Senatum ac-
C. 185. cenfus, facta Perennio poteftate quaeftiones exercendi, tum coniuratos omnes, tum Lucillam ipfam, fororem fuam, fupplicio affici iubet.

V. 940. Perennius, fublatis praecipuis Vi-
C. 187. ris, rebus nouis ftudet, et, Imperium affectans, Commodo parat infidias, fed, iis detectis, iuffu Imperatoris vna cum filio occiditur.

V. 935. Petronio Mamertino et Corn. Rufo Coff.

V. 941. Maternus ex defertore Latronum
C. 188. Dux nouis Imperatorem infidiis petit. Primo enim prouincias vaftat,

deinde consilium init occidendi per fraudem Principis. Sed, proditus a sociis, temeritatis poenas luit.

Per idem tempus pestis Italiam, et praesertim Romam vastabat. Quare Commodus, suadentibus medicis, Laurentum secessit.

Fames quoque Cleandri, Praefecti militum, maleficio oritur, rerum necessariarum penuriam ex consulto inducentis, vt occasionem largiendi captet. Quare a populo ad necem flagitatus, Equites Principis immittit in turbas. Vnde mox in Vrbe tumultus et pugnae. Tandem Cleander accitus ab Imperatore obtruncatur. V. 942. duobus C. 189. Silanis Coss.

V. 942. C. 189. Commodus, tot periculis irritatus, crudelis et suspicax fit, bonosque Viras vitans, vili Assentatorum turbae se dedit.

V. 943. C. 190. Commodus, repudiato paterno cognomine, Herculem se Iouis filium iubet appellari, deposito que Imperatorio cultu leonis pellem substernit, manu que clauam gestat, simul purpureas sibi auro que intextas vestes circumdat, non sine omnium irrisione. Commodo VI. et Petrenio Septimiano Coss.

V. 944. C. 191. Romae conflagrant Palatium atque Aedes Vestae vsque ad Palladium, quod vix seruatum, item Pacis Templum ac magna pars Vrbis.

Commodus iaculandi et pugnandi scientiam publice ostentare instituit. Et insano studio foedis que rationibus amorem et peritiam rei gladiatoriae prostituit. V. 945. Commodo VII. et Pertinace II. Coss.

V. 945. C. 192. Commodus Primores Senatus, conscripto eorum catalogo, parat occidere. Qui fatalis occidendorum catalogus cum in manus Marciae concubinae peruenisset; ea, se quoque neci destinatam videns, adscitis in

consilii societatem Electo cubiculario et Laeto militum Praefecto, venenum in potu offert Commodo, mox Narcissum quendam immittit in cubiculum, qui luctantem adhuc cum veneno Imperatorem suffocat, cum imperasset an. 13.

Successit ipsi Kal. Ianuar.

V. 946. C. 193. Heluius Pertinax ex Praefecto Vrbis ab Electo cubiculario Commodi et Laeto Praetorii Praefecto vocatus ad Imperium, et mox a Senatu confirmatus. Initia Principatus laeta, magna spe futurorum, celebrantur, solis Praetorianis inuidentibus, qui, conspiratione facta, in aulam furentes ingruunt, et ministris Imperatoris perterritis ac dilabentibus, eum obtruncant, cum imperasset menses 2. d. 28.

V. 946. Soss. Falcono et Erucio Claro Coss.

Eo interfecto milites e castris venale Imperium proclamant, donec Iulianus quidam licitatur Principatum, scalis que in castra receptus, Imperator acclamatur, multum detestante et increpante Populo, qui vindicem Imperii Nigrum, tum Syriae Praesidem, optat.

Quo cognito Niger, in spem erectus occupandi Imperii, pro suggestu ad milites disserit casum proiecti opem que implorantis Imperii, statimque Imperator consalutatur.

Sed dum Antiochiae in Syria ludis vacat: Seuerus, genere Afer, Pannoniis Illyricis que exercitibus Praefectus, a militibus (his) Imperator declaratus, faustis que acclamationibus exceptus, Romam festinat. Cuius inopinato aduentu terretur Iulianus, mox que Senatus decreto interficitur, Seuerus autem Imperator declaratur.

Hic itaque rebus in Vrbe ordinatis, et Albino, qui tum Britannicis praeerat exercitibus, communicato in ſpem imperio, aduerſus Nigrum copias educit.

V. 947. Seuerus apud Cyzicum aduerſus
C. 194. Aemilianum, Nigri Ducem, pugnat, mox, expugnata Tauri montis munitione, Ciliciam ingreditur, commiſſo que ad Iſſicum ſinum atroci praelio, Nigrum cum omni exercitu fugat. Qui mox repertus interficitur vna cum propinquis et amicis.

V. 947. Seuero II. et Cl. Albino Coſſ.

V. 948. Rebus Orientis ex ſententia ge-
C. 195. ſtis, Seuerus de bello aduerſus Al-
V. 949. binum cogitat, miſſis que, qui By-
C. 196. zantium expugnarent, ipſe interim profectionem accelerat.

V. 948. Scapulo Tertullo et Tincio Clemente, Coſſ.
V. 949. Domitiano Dextro II. et Val. Meſſala Coſſ.

V. 950. Seuerus Albinum apud Lugdunum
C. 197. Galliae acri praelio adoritur, ac demum vincit, crudeliter que vſus victoria, caput Albini Romam mittit patibulo praefigendum, reditum que maturat.

V. 950. Cl. Laterano et Rufino Coſſ.

V. 951. Romam reuerſus, in amicos Albi-
C. 198. ni et Optimates deſaeuit, populo que interim ludis tum aliis, tum ſaecularibus delinito, ipſe, participato filiis Imperio, Orientale bellum molitur.

V. 952. Bellum in Orientem transfert ad-
C. 199. verſus Barſemium Atrenorum Regem.

V. 952. Corn. Anullino et Auf. Frontone Coſſ.

V. 953. Armeniam ingreditur Seuerus;
C. 200. eiusque fidei Armeniorum Rex et Abgarus Osroënorum vltro ſe permittunt, muneribus, auxiliis et obſidibus miſſis. Inde Seuerus Arabiam Felicem vaſtat.

V. 953. Seuero et Auf. Victorino Coſſ.

V. 967. Inde in Thraciam venit, progreſ- V. 968.
C. 214. ſus que Pergamum et Ilium, Achil-
lis memoriam veneratur. Hinc Aſia
omni Bithynia que et reliquis regio-
nibus pertranſitis, atque vbique re-
bus compoſitis, deuenit Antiochiam,
vbi aliquamdiu moratus, Alexan-
driam contendit.

V. 968. Alexandriae tumulum Alexandri Laeto
C. 215. donis ornat; mox conuocatam in II. et Cerea-
campum Iuuentutem omnem exercitu li Coſſ.
que circumdatam ex improuiſo hor-
ribili ſtrage contrucidat. Cui cau- V. 969.
ſam dedere dicteria et ſcommata, ab
Alexandrinis in Antoninum, Romae
agentem, iacta.

V. 969. Antoninus, Parthici cognomen af- C. At-
C. 216. fectans, mirifica fraude Artabanum, tio Sabino et
Parthorum Regem, circumueniens, Corn. Anelli-
eius Regnum populatur; mox in Me- no Coſſ.
ſopotamiam reuertitur, territus que V. 970. Brut-
praeſagiis de ſui morte ad magicas tio Praeſente
artes conuertitur. et Meſſio Ex-
tricato Coſſ.

V. 970. Antoninus Imperator prope Carras,
C. 217. Meſopotamiae vrbem, occiditur a
Martiali Centurione, iuſſu Opilii
Macrini.

Ipſe que

Macrinus eligitur Imperator, qui
mox bellum aduerſus Parthos parat.

V. 971. Triduana pugna cum Artabano, V. 971. Ma-
C. 218. Parthorum Rege, feliciter geſta, at- crino et Ad-
que Antonini monte nunciata, foedus uento Coſſ.
cum eodem Rege init, atque Antio-
chiam proficiſcitur; vbi dum luxu
Principis auctoritatem emollit, ex-
ercitus indignari coepit, necem que
eius animo agitare. Quare milites
Romani Baſſianum, ſacerdotem So-
lis in Phoenicia, Antonini, vt puta-
batur, filium, ex Soaemide, Mam-
maeae ſorore, genitum, in caſtra re-
ceptum, Imperatorem acclamarunt.

Igitur Macrinus aduersus rebellantes educit exercitum: sed, segnius pugnantibus suis, ipse fuga elabitur, Romam que, opem imploraturus, iter aggreditur. Verum, Chalcedone repertus, vna cum Diadumeno filio, quem iam Caesarem fecerat, interficitur, cum imperasset an. 1. m. 1. d. 28.

Igitur

M. Aur. Antoninus Heliogabalus, — ita enim deinceps vocatus Bassianus, — rebus in Oriente ordinatis, Romam contendere statuit. Cum que hyemandum esset Nicomediae; insana et muliebri luxuria foedari coepit. V. 971. Antonino Elag. et Coclatino Aduento Coss.

V. 972. C. 219. Heliogabalus Romam venit, et ad Helaeagabali sui, scilicet solis, caeremonias et insanos ritus totam Vrbem conuertit.

V. 974. C. 221. Heliogabalus suasione Maesae, auiae suae, Alexandrum, Mammaeae filium, Caesarem creat, qui Mammaeae matris cura egregiis studiis educatur. Hinc studia militum in eundem Alexandrum, quae matris artibus magis accenduntur, adeo, vt vtrique insidiaretur Heliogabalus et Alexandrum publico arceret. V. 974. Grato et Seleuco Coss.

V. 975. C. 222. Tandem, militibus postulantibus, Heliogabalus Alexandrum adducit in castra; ibi que necem intentans studiosis Alexandri militibus, vna cum Soaemide matre interficitur.

Imperator autem declaratur solus

Alexander Seuerus, Mammaeae filius, cui Maesae auiae et Mammaeae matris studio, 16 ordinis Senatorii Viri Assessores et Consiliarii assignantur, quorum consilio ac suffragio accedente omnia geruntur. finit hic Dio.

V. 978. Alexander ſalutaribus legibus Rempubl. inſtituit,
C. 225. in hoc vno reprehendendus, quod manſuetudine nimia et reuerentia maiore, quam oportuit, etiam contra animi ſui ſententiam matri obſequeretur.

Caeterum incruentum geſſit Imperium, et neminem indemnatum occidi paſſus eſt.

V. 987. Tredecin iam annos imperauerat, cum affertur
C. 234. nuncius de Artaxerxis, Perſarum Regis, molitionibus, qui Artabano, Parthorum Rege, interfecta, regno que Perſis reſtituto, Romanam quoque potentiam laceſſebat.

Itaque Alexander, tentata primum per literas et legatos pace, demum Antiochiam profectus, tripertitum exercitum contra hoſtes immittit: ſed, altera manu, quae Parthis imminebat, internecione deleta, reliquis varia calamitate imminutis, Antiochiam reuertitur, Perſis quoque, victoribus quidem, ſed attritis, domum redeuntibus.

V. 988. Inter haec nuncius adfertur de incurſione Ger-
C. 235. manorum in Illyricum. Ergo, relictis ad Orientem praeſidiis, in Germaniam peruectus, Rhenum ponte iungit, Germanis que Mauros et Orientales ſagittarios opponit; per quos cum ambigue res gereretur: pacem ab hoſtibus emere tentat, indignante exercitu.

Interim Maximinus Thrax, Tyronum Praefectus, votis militum Imperator acclamatur, eductis que aduerſus Alexandrum Tyronibus, et caeteris quoque militibus ad ſuas partes accedentibus, Alexandrum vna cum matre obtruncari iubet.

Imperauit Alexander, iuxta communem ſententiam, an. 13. d. 9. Tamen Herodianus 14 annos ei tribuit.

Caeterum Maximinus initio ſtatim Imperii omnia ad tyrannidem vertit.

Germanis magno exercitu bellum intulit, eos que magna vi adortus, quamuis intra paludes et ſyluas deliteſcentes, profligauit. Inde in Pannoniam reuerſus, Sirmii hyemauit, dire interea per ſuos Praefectos tum in Vrbe, tum alibi, graſſatus.

V. 989. Quare alienatis a Maximino omnium Gentium
C. 236. animis, Afri primum rebellandi occaſionem arripiunt, occiſo que Procuratore Carthaginis, Gordianum, Africae Procons., Imperatorem creant.

Quod vbi Romae vulgatum eſt: vniuerſus Populus, abolitis Maximini honoribus, Gordianum filium que ipſius Auguſtos declarat.

Mox Senatus literas ad Prouinciarum Rectores mittit, vt Gentes ad defectionem impellat.

V. 990. His cognitis Maximinus profectionem in Italiam
C. 237. edicit, vno que tantum die interiecto, iter aggreditur.

Dum in itinere Maximinus eſt: Capellianus, Numidiae Praefectus, inſtructo aduerſus Gordianum exercitu, commiſſoque ad Carthaginem praelio, ambos Gordianos occidit. Cuius rei fama magnopere conſternati Romani, Maximum Pupienum et Clodium Albinum Imperatores creant; cum que huic Senatus electioni aduerſaretur Populus: Gordiani nepote, puerulo adhuc, Caeſare creato mitigatur.

Poſt haec ingens Romae tumultus, ac paulatim ciuile bellum ortum eſt, in quo, confiictantibus inter ſe militibus Praetorianis ac Populo, tandem, eruptione militum facta, omnia incendio ac direptione turbata ſunt.

Inter haec Maximinus cum exercitu Italiae fines attigerat, ſuperatis que nemine reſiſtente Alpibus, Aquileiam obſidebat. Sed Aquileienſes Ducibus Criſpino et Menephilo fortiter reſiſtebant.

Quare oppugnantes doliis, pice refertis, grauiter vexati, ac demum rerum omnium penuria afflicti, repente conſilium occidendi Maximini capiunt. Ingruentes que medio die, ipſum cum filio obtruncant, capitibus Romam miſſis. Qua re cognita obſeſſi, ad amicitiam ab obſidentibus prouocati, omnia liberaliter iis ſuppeditant.

Inde Maximus Pupienus, qui tum Rauennae in apparando bello occupabatur, Aquileiam profectus, exercitum in prouincias caſtra que propria dimiſit. Ipſe vero cum ſtipatoribus ac auxiliaribus Germanis Romam reuerſus eſt.

V. 991. Romae igitur Maximus et Balbinus magna mo-
C. 238. deſtia et grauitate imperabant, cum repente, inter ludos Capitolinos, milites, indigne ferentes, datos ſibi a Senatu Principes, veſano quodam motu ad Regiam concurrunt, ipſos que Imperatores, inter ſe aemulatione poteſtatis diſſidentes, impetu

corripiunt, ludibriis que vexatos ad postremum occidunt, cum imperassent ferme annum vnum.

Mox Gordianum, 13 annorum puerum, Caesarem iam, vt diximus, a Senatu creatum, Imperatorem declararunt.

GENEALOGIAE IN HERODIANI HISTORIAM EX EDIT. PATAV.

Aelii Adriani, ex quibus Adrianus Imperator.

Aelius Marillinus, primus in hac familia Senator.

T. al. P. Aelius. Vxor Vlpia, amita Traiani Imperatoris.

T. P. Aelius Adrianus, Afer, cuius origo, vt aliqui volunt, ab Adria oppido, a quo mare dictum Adriaticum, vnde maiores ipsius in Hispaniam migrarunt, Scipionum tempore. Senator et Praetor Romanus; obiit A. C. 87. Vxor Domitia Paulina, Gadibus orta et Romam traducta.

P. Aelius T. F. T. N. Adrianus, Rom. Imperator, natus Romae nono Kal. Februarii A. C. 77. Tutores habuit Vlpium Traianum Imperatorem consobrinum eius patris et Caelium Tacianum. Vxor Iulia Sabina Augusta, neptis Traiani ex sorore.

Paulina Augusta, nupta C. Iulio Seruilio Vrso Seruiliano, qui fuit Cos. ex Kal. Iulii A. V. 859. cum Surano II. Cos., — Cos. II. cum L. Fabio Iusto ex Kal. Iul. A. V. 863. — III. Cos. cum C. Vibio Iuuentio Vero A. V. 866. — Legatus Pannoniae sub Traiano.

Seruiana, Fusco Salinatori nupta.

Seruianus Fuscus Iunior, interfectus ab Adriano auunculo magno cum auo nonaginta annorum, ipso existente annorum 18. A. C. 136. Dion in Adriano et Spartianus.

Aur. Anton., ex quibus Anton. Pius Imper.

T. Aurelius Fuluus e Gallia Transalpina Nemausensi oriundus.

⋮

T. Aurelius T. F. Fuluus Cos. cum Imp. Domitiano XI. A. V. 837. — Cos. II. cum A. Sempronio Atratino A. V. 841. Fuit etiam Praefectus Vrbis, homo tristis et aeger.

⋮

T. Aurel. Fuluus Consularis, cuius vxor fuit - - -

⋮

T. Aurelius T. F. T. N. Fuluius Boionius, adoptatus ab Aelio Adriano Imp. dictus que Imp. Caes. T. Aelius Adrianus Antoninus Aug. Pius.

Vxor Annia Galeria Faustina Augusta, Annii Veri filia, amita M. Aurelii Antonini Philosophi. Vide Annios Veros.

Arrii Antonini.

T. Arrius Antoninus Cos. cum P. Mario Celso II. ex Kal. Iulii A. V. 821.

T. Arrius T. F. Antoninus Cos. cum T. Flauio Sabino II. A. V. 848. vir bonus et qui Neruam miseratus fuit, quod imperare coepisset. Scripsit epigrammata arguta et Graeca. Plin. epistolarum 4. — Vxor Bouina Procilla.

⋮

Arria Fadilla, quae secundum nupsit Iulio Lupo, Consulari viro, ex quo nata est

⋮

p. 159. 16. num. 2. p. 53. extat, cuius quam lacera ſit interpretatio, vbi Graeco cum Textu eam contulerimus, manifeſtum fiet. Ita tamen nos comparabimus, vt a Politiano omiſſa, id quod ante factum eſt, circello ſemper includamus. Graeca ita ſonant: *σέβουσί τε τὴν ἑορτὴν Ῥωμαῖοι, εἰς Θεὸν ἀρχαιότατον τῆς Ἰταλίας (ἐπιχώριον) ἀναφέροντες· φασὶ γὰρ αὐτοῦ καὶ Κρόνον, ὑπὸ Διὸς ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς, (κατελθόντα εἰς γῆν) γενέσθαι ξένον· (δεδιότα δὲ τὴν τοῦ παιδὸς δυναστείαν), παρ᾽ αὐτῷ κρυπτόμενον λαθεῖν, (ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα δοθῆναι τῷ χώρῳ τῆς Ἰταλίας), Λάτιόν τε κληθῆναι, (ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος φωνῆς εἰς τὴν ἐπιχώριον παραχθέν.)* Haec Politianus ita: *Hunc*

diem Romani feſtum agunt, ad Ianum, vetuſtiſſimum Italiae Deum, referentes: cuius etiam Saturnum ipſum, ab Ioue filio pulſum, fuiſſe hoſpitem praedicant, et quod ibi latuiſſet, nomen Latio inditum. Quis, niſi hoſpes in Graeca lingua, crediderit, Graeco Herodiani factum eſſe ſatis? Et Boeclero tamen ita haec interpretatio placuit, vt ne verbulo quidem inſignes eius defectus notauerit. Neque, quod mirum eſt, Editio Scheldoniana, quae Oxoniae 1699. Boecleriana in reliquis paulo accuratior prodiit, hunc locum emendauit. Hoc autem modo reddendus erit locus: *Hunc diem Romani feſtum agunt, ad vetuſtiſſimum Deum,* Italiae *indigenam,* referentes: *cuius etiam Saturnum ipſum,* ab Ioue *imperio* pulſum, *cum in terram deſcendiſſet,* fuiſſe hoſpitem praedicant: *veritumque filii potentiam,* abſconditum *apud* eum latuiſſe. *Vnde et nomen illi Italiae loco impoſitum,* Latiumque *appellatum* fuiſſe, *Graeco vocabulo in vernaculum deflexo.* Iſtuc ergo aduerte oculum, Lector, et vide, quam bonus etiam Homerus nonnunquam dormitet. Neque proxime ſequentia Politianus ſine apocope praetermiſit: *διὰ ταῦτά τοι καὶ μέχρι νῦν Ἰταλιῶται τὰ μὲν Κρόνια προεορτάζουσι (θεῷ τῷ λαθόντι). Quocirca etiam nunc Romani ſaturnalia prius concelebrant.* Quibus addendum erat *Deo, qui latuit.* At Politianus id neque vidit, neque Boeclerus ſuppleuit. Oſcitante enim vno, oſcitat alter. Quare nec mirum, quod cum Politiano integras p. 160. etiam periodos tranſilire Boeclerus non dubitauerit. Cuius rei ſpecimen videſis in fine Lib. I. cap. 17. num. 25. pag. 60. Ibi enim Narciſſus ad occidendum Commodum mercede conductus, qua ratione caedem patrauerit, oſtenditur. Ὁ δὲ, inquit Herodianus, *εἰσδραμὼν παρειμένον αὐτὸν ὑπὸ τοῦ φαρμάκου καὶ μέθης, ἀποσφίγξας τὸν τράχηλον, φονεύει.* De hoc vero Politianus ne apicem dedit. Facile tamen ſupplere Boeclerus lacunam potuiſſet hoc modo: *Hic irrumpens, illum et veneno et crapula languentem conſtricto gutture interficit.* Haec de Primo Herodiani Libro monuiſſe ſufficiat.

Nunc ad ſecundum pergamus librum, vbi non pauciora fortaſſe deprehendemus, de quibus Politiani interpretatio ſilet. Cap. 4. num. 16. p. 77. Pertinacis in delatores iniquos animaduerſio laudatur, et cui bono id fecerit Imperator, his verbis declaratur: *(τοῦ μηδένα ἐπηρεάζεσθαι, μήτε) ματαίοις ἐγκλήμασι περιπίπτειν, προνοούμενος.* Quae Politianus: *Cauens, ne cui de vanis criminibus periculum conflaretur.* Ita quoque Editio Scheldoniana. At Graeco conuenientius hoc eſt:

Cauens, ne cui *iniuria fieret*, *aut* de vanis delationibus periculum *conflaretur*. Neque Cap. 7. num. 4. p. 86. integra redduntur auctoris verba, Ἐκ δὲ ταύτης τῆς τόλμης καὶ τῆς αἰτίας, οἵτε στρατιῶται (σφαλέντες τῶν ἐλπίδων) ὑπηγανάκτουν etc. Haec Politianus, compendii ſtudioſus, interpretatur: *Quare cum milites habebat infenſos*, tum etc. Pari modo Scheldoniana. Plenius ita: *Huius* vero patrati cauſa, cum milites habebat infenſos, *quippe ſpe ſua fruſtratos*, tum etc. Eodem capite num. 5. p. 87. ita differit Herodianus: ἦν δὲ ὁ Νίγρος τῶν μὲν (πρὸ πολλοῦ) ὑπατευσάντων. (Καθ' ὃν δὲ καιρὸν τὰ προειρημένα ἐν Ῥώμῃ ἐπράττετο,) Συρίας ἡγεῖτο πάσης. Politiano interprete latina ſic habent: *Is Niger conſulatum geſſerat; ac tum Syriae praeerat vniuerſae.* Quae omiſſa ſunt, neque Boecleriana editio neque Scheldoniana compenſauit: quod ita tamen facile peragitur: *Is* Niger *iam pridem* conſulatum geſſerat; *ac tum temporis, cum ante dicta*
p. 161. *Romae gererentur*, Syriae praeerat *vniuerſae*. Sub fine eiusd. Capitis num. 16. vbi Niger editis aſſidue ſpectaculis Antiochenum vulgus ſibi adiunxiſſe dicitur, haec verba negligit interpres: περὶ ἃς (θέας) μάλιστα ἐσπουδάκασι, i. e. *quorum* (ſpectaculorum) *ſummo ſtudio tenentur.* Eadem praetermiſit Scheldoniana. Cap. 8. num. 15. p. 92. iſta leguntur Herodiani verba: Ὁ δὲ (Νίγρος) δώροις τε αὐτοὺς μεγαλοπρεπῶς ἠμείβετο καὶ (ἐπὶ τῇ σπουδῇ καὶ ὑποσχέσει) χάριν γιγνώσκων, ἔλεγε etc. Quae interpres ita: *Quos ille ampliſſimis affectos muneribus gratiisque actis dimittebat.* Quidni ita potius: *quos* ille ampliſſimis affectos muneribus gratiisque *de ſua propenſa voluntate*, *de que iis*, *quae pollicerentur*, actis, *dimittebat.* Sed de his cum in Boecleriana, tum in Oxonienſi altum eſt ſilentium. Cap. 14. num. 7. p. 114. Seuerus in Oratione ad ſenatum Romanum inter alia pollicetur, βαθυτάτην εὐδαιμονίαν τοῖς ἀρχομένοις παρέξειν, *ſe ſummam felicitatem ciuibus exhibiturum.* Quod cum Politiano neglexit Boeclerus, et Scheldoniana Editio, quae meliora tamen ſperaro iuſſerat, omiſit. Cap. 15. Quod vltimo capite, num. 10. verba πρὸς τὸν Ἀλβῖνον, *aduerſus Albinum*, omiſſa ſint, id vero, ad Tertium progreſſurus Librum, ne quidem moror. Varia autem in Tertio, quem dixi, libro rurſum deprehendimus, quorum cognitinoe Politiani interpretatio lectorem fraudat. Sic Cap. 3. num. 11. p. 128. vbi de expugnatione munimenti, quod in Tauromonte extitit, ſermo eſt, ratio ſubiicitur, cur munitio aquarum impetum ſuſtinere haud potuerit. Ὑποχωρούντων τῶν θεμελίων τοῦ ῥεέθρου, (ἅτε διὰ σπουδῆς καὶ οὐ μετ' ἐπιμελείας κατασκευασθέντων, πᾶν ὤφθη·)

τὸν δὲ τόπον ὁ χειμάῤῥους ἀνοίξας, ὡδοποίησεν. Haec Politianus hoc modo: *fundamentis loco emotis, iter ſibi torrens patefecit.* Ecce, lector, quanta verborum compendia! quam rotundum latium! quae enim duorum viginti verborum ambitu complectitur Herodianus, ea Politianus ad ſeptem vocabulorum redigit paucitatem. Quam Boeclerus ſilentio approbat. Sed ne diſpendio ſit hoc loco compendium, vereor. Malim itaque ſic reddere: *Fundamentis* fluuio cedentibus, *quippe quae feſtinanter ac minime accurate extructa eſſent, totum oculis patuit* (np. propugnaculum) factaque torrens apertura peruium fecit *locum.* Politiani verſionem etiam hic Editio Scheldoniana ſequitur, id quod deinceps monere ſuperſedeo. Cap. 6. num. 9. p. 137. ita loquitur Seuerus: καὶ Νίγρῳ μὲν πολεμοῦντες, οὐχ οὕτως εὐλόγους ἄγομεν αἰτίας ἔχθρας, (ὡς ἀναγκαίας.) Quam periodum altero quaſi membro truncat interpretatio Politiani; particulae enim οὕτως reſpondere debebat ὡς, hoc modo: *Nam* cum bellum aduerſus Nigrum geſſimus, non ita ſane ſpecioſas inimicitiarum cauſas habebamus, *vt neceſſarias.* Verum vltima haec Politianus omittit. Cap. 8. num. 4. p. 145. de Seuero ita dicitur: Ἀλβίνου φίλους φονεύσας, (τάς τε οὐσίας αὐτῶν δημεύσας) ἐς τὴν Ῥώμην ἠπείγετο. Politianus: *Supplicio de Albini amicis ſumto continuo Romam proficiſcitur.* Inſerenda fuiſſent: *bonisque ipſorum publicatis.* Capite decimo num. 10. p. 154. qua ratione filium natu maiorem Seuerus corrigere voluerit, indicatur. ἠγάγετό τε αὐτῷ γυναῖκα, *deditque ei vxorem*, (γάμῳ σωφρονίσαι θέλων) *matrimonio eum moderatum redditurus;* quae verba vltima in verſione Politiani deſunt, inſignem matrimonii laudem continentia. Cap. 14. num. 10. p. 169. Seuerus Imperator pontibus occupaſſe fertur paludes Britanniae, eum in finem, ὡς ἂν ἐπ' ἀσφαλοῦς βαίνοντες οἱ στρατιῶται, (ῥᾳδίως τε αὐτὰ διατρέχοιεν,) καὶ ἐπ' ὀχυροῦ βήματος ἑδραίως ἑστῶτες μάχοιντο, vbi, quae circello incluſa ſunt, Politiano videntur πλεονάζειν, revera tamen non ſuperflua, ſi ita reddideris: *vt ſtare in tuto milites facileque per eas diſcurrere poſſent*, atque in ſolido *proeliari.*

Deſcendimus ad quartum Herodiani librum, cuius cap. 2. num. 19. p. 119. verba extant Graeca: ἅρματά τε περιέρχεται (ὁμοίᾳ συνταξίᾳ), quae Politianus: *currus item circumaguntur.* His vero ſubiicienda erant: *Decenti ſimiliter ordine.* Id enim Graeca poſtulant. Capite 3. num. 9. p. 181. Herodianus ſcribit: ὡς στασιάζοντας δὲ τοὺς ἀδελφοὺς (ἐν ἅπασιν οἷς ἔπραττον, μέχρι τῶν εὐτελεστάτων ἔργων,)

p. 162.
p. 163.

ἡ μήτηρ συνάγειν ἐπειρᾶτο. Quae interpres ita vertit: *Sed quum diu fruſtra mater discordantes inter ſe germanos redigere in gratiam ſtuderet* etc. Quis non videt, duo integra commata hic excidere, hunc tamen in modum inſerenda: *ſed* quum diu fruſtra mater discordantes inter ſe germanos, *in omnibus ſuis factis, et quidem leuiſſimis etiam in rebus,* redigere in gratiam *ſtuderet* etc. Eodem Capite num. 15. vbi ſermo eſt de diuiſione prouinciarum, τῶν δὲ ὑπὸ μεσημβρίᾳ ἐθνῶν, Μαυρουσίους μὲν καὶ Νομάδας, (Λιβύης τε τὰ παρακείμενα,) Ἀντωνίνῳ παραδοθῆναι. *Tum ex gentibus ad meridiem habentibus, Mauros, Numidasque,* (adde quae Politianus omittit) *et eam* Libyae partem, quae adiacet, *Antonino concedens.* Cap. 5. num. 10. p. 188. Antoninus de inſidiis a Geta fratre ſibi paratis ita militibus loquitur: Ὅπερ ἐγὼ (προμηθείᾳ πολλῇ καὶ ἀγχινοίᾳ) συνεὶς, ἠμυνάμην (ὡς) πολέμιον. Politianus ita: *Sed ego re praecognita vltus hoſtem ſum;* melius: *ſed* ego *magna prouidentia et ſolertia* re praecognita, vltus *tanquam* hoſtem *ſum.* Neque ex eadem Oratione Baſſiani veretur Politianus notabile momentum praetermittere. Eſt illud num. cit. cap. vbi Graeca ſic habent: Μάρκος αὐτὸς φιλοσοφίαν καὶ ἐπιείκειαν προσποιούμενος, Λουκίου τὴν ὕβριν οὐκ ἤνεγκεν ὄντος γαμβροῦ, quae Politianus: *Marcus ipſe, philoſophiae ſimulator ac manſuetudinis, Lucii, generi ſui, contumeliam non pertulit.* Haec quidem bene: ſed quae ſequuntur, criminationem Baſſiani magis illuſtrantia, ἀλλ' ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτὸν ἀπεσείσατο, *ſed per inſidias eum e medio ſuſtulit,* ea ab interprete negliguntur. Lacuna non minima etiam obſervatur ſub finem capitis noni. Ibi enim, dum crudele in Alexandrinos Caracallae facinus deſcripſit, ita concludit Herodianus: Τοιαῦτα δὴ ἐργασάμενος τὴν πόλιν, ἀπάρας εἰς Ἀντιόχειαν ἀφίκετο, i. e. *Quum autem talia aduerſus illam vrbem perpetraſſet, inde mouit, atque in Antiochiam venit.* p. 164. Quem locum integrum cur absque interpretatione Politianus praetermiſerit, vix diuinando aſſequi poſſum.

Sed haec ſpeciminis loco attuliſſe ſufficiat. De reliquis, qui ſuperſunt, libris, ne huius inſtituti modum excedam, in praeſenti nihil moneo. Poteſt enim Lector ex iis, quae in medium producta ſunt, ſatis perſpicere, quantis defectibus Politiani haec Translatio, caetera tam elegans, abundet. Optandumque adeo eſſet, vt, qui typis poſthac exſcribendum curaturi ſunt egregium auctorem, id ſerio agerent, vt integra Politiani interpretatio, neque tot lacunis oppleta, Graeco Herodiani accederet.

Non alienum ab hoc loco, neque Lectori iniucundum fore exiſtimo, ſi de Editionibus Herodiani variis pauca adiecerim, quippe quod fruſtra de iis Graeca Fabricii Bibliotheca, (cui non recte hoc obiici, patebit volentibus comparare,) Voſſiique hiſtoria ſcriptorum Graecorum, conſulatur. Prodiit 1) Latine tantum, Politiano interprete, Bononiae 1493. in fol. 2) Graece cum eiusdem Politiani interpretatione, Venetiis 1524. in 8. et Baſileae 1549. in 8. 3) Graece et latine cum Stephani Annotationibus, Memmii Animaduerſionibus, Schotti emendationibus ſcripturarumque varietatibus, denique Friderici Sylburgii Annotationibus, tomo III. hiſtoriae Romanae ſcriptorum, quos Sylburgius collegit, Francofurti ad Moenum 1590. in fol. quae Herodiani Editio vna eſt omnium praeſtantiſſima. 4) Sine notis Ingolſtadii 1608. in 8. 5) Cum Stephani annotatiunculis in quosdam locos, et examine interpretationis Politiani, Lugduni 1611. in 8. 6) Cum Danielis Parei, ex Herodiani libris, principum bonorum et malorum ſpeculo, ſiue monitis et exemplis ethico-politicis, quae virtutes et vitia principum ſpectant, Francof. ad Moenum 1630. in 8. 7) Cum Boecleri notis et Animaduerſionibus, Argentorati 1644. in 8. 1662. cum prolixo Balthaſaris Scheidii indice; ac denique 1694. cum eodem indice. 8) Graece et latine cum Notis, Oxoniae, e Theatro Scheldoniano, 1699. in 8. 9) Gallice, cum animaduerſionibus, p. 165. in 12. Paris 1712. 10) Neque praetereunda eſt Translatio Germanica, quae nouiſſime prodiit Halae Magdeburgicae 1719. in 8vo. (cum praef. Chr. Frid. Hunoldi, alias Menantis.)

Addit his Iuglerus aliam, quae iam nota erit, interpretationem Germanicam Ge. Aug. Dethardingii Hafniae et Lipſiae 1747. in 8. prodiiſſe.

In Catal. Bibl. Bunauianae T. I. p. 191. memorantur:

Herodianus Graece, vna cum Xenophontis Omiſſis et Gemiſto Plethone, Venet. ap. Ald. 1503. f.

— — et cum Politiani interpr. et huius partim ſupplemento, partim examine Henr. Stephani, vtroque margini adſcripto. Eiusdem Stephani Emendationes quorundam Graeci textus locorum, et quorundam emendationes. Hiſtoriarum, Herodianicas ſubſequentium, libri II. nunc primum editi Graece, excudebat H. Stephanus 1581. 4.

Pauli Voet, Icti, in Herodiani Marcum et Commodum, Imperatores, Notae, Vltrai. 1645. 12. Libellus plag. 10. olim abs me Hamburgi in auctione quadam librorum visus.

E vernaculis autem hominibus et popularibus sumsimus, etiam in exemplum incuriae, M. Beniam. Hederich's Kenntniſs der vornehmſten Schriftſteller ed. Viteb. 1767. e p. 607. „Herodianus, I. I. C. 238. gel., ſo fälſchlich mit dem Herodianus, dem Grammatiker, vom Sigonius und andern verwechſelt wird, lebte die meiſte Zeit an dem kaiſerlichen Hofe; daher er denn auch eine um ſo viel genauere Erkenntniſs und Einſicht in die Geſchichte dieſer Zeiten leicht erlangen können. — Er hat VIII Bücher von der römiſchen Hiſtorie, nemlich von dem M. Aurelius Antonin an, bis auf den Tod des Balbins und Maximus geſchrieben, welche ediret ſind

griechiſch vom Aldus 1503. fol. ingl. zu Löwen 1525. 4.
griech. u. *lateiniſch* ✝✝ zu Bonon. 1493. f.
zu Florenz 1517. 18.
✝ zu Ven. 1524. 8.
mit Stephans Noten zu Paris 1581. 4.
✝ mit Politians Verſion zu Vened. 1524. 8.
zu Baſel 1549. 8.
mit Stephans, Memmius, Schottus und Sylburgs Anmerkungen T. 3. Hiſtoricorum Sylburgii Frankf. 1590. f.
mit Pareus Speculo bonorum et malorum principum daſ. 1630. 8.
mit Böcklers Anmerk. zu Straſsb. 1644. 8. 1662. u. 1694. 8.
zu Oxf. 1699. 8.
zu Edimb. 1724. 8.
deutſch von Ge. Aug. Dethardíng zu Copenh. u. Leipz. 1747. 8."

Porro Hamberger zuverläſſige Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtell. 2 Th. S. 540. „Herodianus, um das I. 238. Photius Bibl. Cod. 99. Le Nain de Tillemont hiſt. des Emp. T. 3. p. 260. et al. I. A. Fabric. B. G. l. 5. c. 7. Vol. 7. p. 11. Biographia Britannica Vol. 2. p. 88. I. G. de Chaufepié Nouv. Dict. hiſt. et crit. h. v. Allgem. Welthiſt. Th. 13. p. 564. — Leben und Schriften. — Herodianus, ein Griechiſcher Geſchichtſchreiber, wird mit dem Sprachlehrer gleiches Namens von einigen verwechſelt. Dieſer

ſtand bey dem Kaiſer Marcus Antoninus in Gnaden, und der Geſchichtſchreiber lebte noch nach dem I. 238. Iener war ein bloſser Sprachlehrer, und dieſer bekleidete öffentliche Ehrenämter, wie er ſelbſt von ſich ſaget. Er hat die Geſchichte der Kaiſer von des Marcus Antoninus Tode an bis auf den iüngern Gordianus, ſo wie er ſie ſelbſt geſehen und gehöret, und in ſeinen Aemtern zu erfahren Gelegenheit gehabt hat, in *acht Büchern* beſchrieben. Photius lobt ſie wegen der bezeigten guten Beurtheilung der Dinge und des angenehmen Vortrags: doch wünſchen andere, daſs Herodianus die Zeitrechnung weniger möchte aus der Acht gelaſſen haben. — Ausgaben.

Herodiani a Marci principatu hiſtoriarum libri VIII. Graece, cum Xenophontis Omiſſis. Venet. apud Ald. 1503. fol.

— hiſtoriae libri VIII. Gr. et Lat. ex interpretatione Ang. Politiani. — Florent. per Phil. Iuntam 1517. 8.

— hiſtoriarum libri VIII. Graece pariter et Latine ſeorſim. Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Aſulani ſoceri, menſe Septembri, 1524. 8.

— hiſtoriae. Graece. Louanii, ap. Theodoric. Martinum, 1525. 4.

— hiſtoriae. Gr. et Lat. Baſil. Henr. Petri, 1535. 8.

— hiſtor. lib. VIII. cum Angeli Politiani — Excudebat H. Stephanus, A. D. 1581. 4. — Auſser der Aldiniſchen und andern Ausgaben wird von dem Stephanus auch ein *vet.* — *codex*, ohne Zweifel — angeführt, da er jenen bisweilen entgegen geſetzt wird.

— hiſtor. libri VIII. Gr. et Lat. cum H. Steph. Not. — in Sylburgii ſcriptor. hiſtor. Rom. T. 3. Frf. 1590. fol.

— hiſtor. libri VIII. cum notis et animadu. Io. Henr. Boecleri. Secunda editio — Argent. imp. et typ. Ioſ. Staedel 1662. 8. — Dieſes iſt eine bequeme und gute Ausgabe, wo der Herodianus in Capitel und kleinere Abſchnitte eingetheilet iſt. Die Anmerkungen des Boeclers ſind hiſtoriſch, und mit critiſchen vom Stephanus und Sylburg vermiſchet. In dem Indice iſt ebenſalls Critic mit angebracht. Die Ueberſetzung iſt des Politianus, aber ohne die Aenderungen des Stephanus. Sie iſt 1672 neu gedruckt.

— hiſtor. libri VIII. recogniti et illuſtrati. Oxoniae, e th. Scheld. 1699. 8. — Der Text iſt hier nach des Stephanus Ausgabe gemacht, und deſſelben Verbeſſerungen darein genommen. Die Ueberſetzung iſt Po-

litianus, welche der Herausgeber, wenn ſie ihm zu redneriſch ſchien, etwas abgeändert hat. Unter dem Texte ſtehen einige Anmerkungen des Stephanus, Memmius, Sylburgs und des Herausgebers, worin der Herodianus mit den ſcriptoribus hiſt. auguſtae, dem Dio und Zonaras verglichen wird. Der Herausgeber hat eine andere Eintheilung in Capitel gemacht, als die in der Straſsburgiſchen Ausgabe iſt.

— hiſtoria Gr. et Lat. per Io. Patonum. Edinb. 1724. 8.

— libri octo de imperio poſt Marcum: vel de ſuis temporibus: Angelo Politiano interprete. Am Ende: Quod quidem opus nouum et aureum Plato de Benedictis accuratiſſime A. D. 1493. pridie Kalen. Septembris Bononiae quam pulcherrimis his caracteribus impreſſit. fol. — Von den Bewunderern und Tadlern dieſer Ueberſetzung kann nachgeſehen werden Menkenii hiſtoria vitae Politiani p. 148 — 160.

— Römiſche Hiſtorie in VIII. Büchern — überſetzt von G. Aug. Detharding. Copenhag. u. Leipz. — 1747. 8."

Poſt haec ſuppeditamus, quae ipſi reperimus adſcripta in plagula ante Polit. Vers. Antwerp. a Grimmelio, Conrectore quondam et collega mihi Scholae noſtrae. „Herodianus, ſcriptor Gr., vixit ſec. III. a Chriſto nato. — Editiones.

Herodiani Röm. Hiſt. — 8. Halle.

— — — von Detharding. Copenh. u. Leipz. 1747. 8.

1503. fol. Herodiani a Marci Principatu hiſtoriae, et Enarrationes antiquae in Thucydidem, additae Georg. Gemiſti ſ. Plethonis de pugna Mantinea. Venet. apud Ald.

1517. 8. Herodiani hiſt. lib. VIII. Gr. et Lat. ex interpret. Ang. Polit. Accedunt — Flor. per Phil. Iuntam.

1524. 8. Herodiani hiſtor. libri VIII. Gr. et Lat. — Venet. in Aedibus Aldi.

1581. 4. Herodiani hiſtor. l. VIII. Gr. et Lat. — per H. Steph.

1611. 8. Herod. hiſt. l. VIII. it. Zoſimi hiſt. lib. 2. Gr. et Lat. per H. Steph. Lugd. (ſic in bibl. Menken. P. I. p. 139. Nr. 1474.)

1624. 8. Herod. hiſt. l. VIII. Gr. cum Lat. Ang. Pol. eiusque examine et emend. H. Steph. — Lugd.

1639. 8. Herod. — Gr. et Lat. ex edit. Dan. Parei, Lond.
1662. 8. Herod. — Gr. et Lat. cum Not. I. H. Boecl. Argent.
1678. 8. Herod. hiſt. l. VIII. Gr. et Lat. cum Not. Var. Oxon.
1685. 8. Herod. Gr. et Lat. Patau. c. Tab. Geogr.
1694. 8. Herod. hiſt. l. VIII. Gr. et L. cum Anim. I. H. Boecl. et Ind. Graeco-Lat. Balth. Scheid. Argent.
1704. 8. Herod. — Gr. et Lat. Oxon.
1724. 8. Herod. — Gr. et L. per Io. Paton. Edinb.

Lat. Herod. hiſt. ex interpr. Ang. Pol. Colmar. 1523. 8.
— — — — — — Pariſ. 1539. 8.
— — — — — — — ex offic. Rob. Steph. 1544. 8.
— — — — — — Cordub. 1557. 8. (quo ordine hae Lat. fuerunt et in bibl. Menk. P. 1. p. 139. Nr. 1470. ſqq.)

Herodiani hiſtoriae de Imperio poſt Marcum vel de ſuis temporibus l. VIII. Ang. Polit. interprete, Antwerpiae ex offic. Chriſtoph. Plantini 1566. 12.

Hiſtoire d'Herodien, traduit du Grec en François avec des Remarques Paris. 1700. 12.

Frid. Otton. Menckenii hiſtoria vitae et in litteris meritorum Ang. Pol., ortu Ambrogini, Lipſ. 1736. 4.

Wern. Iac. Clauſii Angelus Politianus. Magd. 1718. 8.

Monita et Exempla Ethico-Politica, ex Herodiani libris excerpta a Dan. Pareo, Lond. 1638. 8. (it. in bibl. Menk. P. 1. p. 139. Nr. 1477.)

Ex Herodiani ſcriptis Excerpta de Magno Verbo Gr. apud Chr. Wechelum 1542. 8. (it. in bibl. Menk. l. l. Nr. 1480.)

Paul. Voet. Notae in Herod. Marc. et Comm. imper. Vltrai. 1645. 12."

Quibus cognitis nondum acquieſcens ego, vbicunque haberem, qui bibliothecas inſpicere poſſent, eos per litteras adii, vt mecum communicarent, quae reperiſſent. Dein etiam efficiebam, vt mihi mitterentur libri ipſi, vt cognoſcerem penitius, per aliquod ſaltem tempus, aut etiam diutius retinerem, ſi operae pretium erat, aut denique per multos annos, quod in primis contigit in libris e bibl., quae Cizae ſeruatur, Scholae cathedralis. Omne hoc negotium fortaſſe non iniucunde cognoſcetur per epiſtolas aliorum, hic ſubiectas.

„Vir Doctiſſime

„Literis Tuis quod non ſtatim reſpondi, ignoſce occupationi meae, quae vix tempus relinquit epiſtolis ſcribendis. Herodiani edendi curam ad Te veniſſe, gaudeo: et recte a Te omnia adminiſtrari video. — Ex editionibus, quas deſideras, nulla Tibi opus eſt, praeter Stephanianam; quam et Tibi ſequendam arbitror maxime et pro baſi novi textus. Nam poſt eam qui edidere, nihil noui dedere, niſi fortaſſe vitia operarum noua. Eam a me accipere potes. Tomum Collectionis Sylburgianae III. habui ipſe, ſed iam non comparet. Forte et ipſum Leiſnero dedi, ſicut editionem Ingolſtadinam; in qua quod ſcriptum eſt de Codice Veneto, id a me eſt: et, ni fallor, varietates, quae ſunt in ſpecimine edito a Teupolo, eo in loco adſcripſi, ad quem pertinent. Editione Parei Tibi opus non eſt. Textus eſt vitioſus, nulla a Pareo correctione, et notae ſunt politicae, quos et Aphoriſmos Politicos ex Herod. exceptos appellat. Editionem Edinburgenſem non vidi. Sed Edinb. edd. vulgo tantum textum Gr. habent, repetitum ex aliqua ſuperiori editione. Voëtianas notulas habui: ſed et ipſae non comparent; nec ſunt tanti. Oxonienſis textus vnde ſit, non memini. Si eſt Stephanicus, id exemplum accommodari operis typogr. poteſt. Si otium eſſet, facile a me impetrares, vt aliquid de meo darem. Sed nullo modo poſſum iam ſcriptorem hunc curioſius tractare: nam iuuenilia, quae ad illum notaui, non ſunt huius aetatis ac temporis. Ceterum fortaſſe aliquid aut plus otii erit, cum Tua erunt abſoluta, licebit que aliquid addere de meo. — Habeo et ed. Aldinam maiorem a. 1503. ſed ab ea nil diſcrepare puto minorem. Itaque ea Te arbitror carere poſſe. Vale. Scr. d. XV. Sept. (1770.) Tui ſtudioſiſſimus I. A. Erneſti."

„Vir Clariſſime atque Doctiſſime

„Quo maiori ſemper deſiderio flagrabam legendi aliquando Herodianum beati Leisneri doctrina emendatum et illuſtratum, dolebam que hoc opus Viri morte eſſe interruptum: eo maiori afficiebar laetitia, cum ab Erneſtio potiſſimum Tibi Viro Graecarum et Latinarum literarum in primis gnaro hoc muneris eſſe traditum ex Te audirem; quem in primis ſpei noſtrae reſponſurum eſſe ſcio. — Quod vero me rogas, vt et ego, ſi poſſim, Te adiuuem mea qualicunque ope, id eſt, monendo de libris Herodiani, qui in Bibliotheca ſenatoria aſſeruantur: Te non latere puto, nil manu exaratorum apud nos latere, alioquin enim eorum

facultatem Leisnero concessam esse credes. Audiui tamen ad nostram Bibliothecam pertinere versionem Bergleri latinam a Leisnero iam vsurpatam, sed mihi nondum, vt suo loco reponerem, redditam. Nec dubito Virum beatum, quae eius erat diligentia, comparasse multos libros typis impressos; sed si hos desideras scito, senatoriam Bibliothecam habere Aldinam 1524. Louaniensem 1525. H. Stephanianam 1581. Dan. Parei 1627. et Lond. 1639., Boecleri Arg. 1644. et cum Indice Scheidii 1694. praeterea reperies apud nos Paulli Voigtii notas in Marc et Comm. 1645. 12. Vltrai. Nihil scribo de libris obseruationum et emendationum variarum, quarum saltem eas, quae ante Leisneri mortem sint scriptae, adhibitas esse credo. — Lipsiae d. X. Noub. 1770. M. Carol. Aug. Thieme."

Cuius amico beneficio, quum vnam Louaniensem missam huc cupiuissem, hanc deinde contuli. Sed audiamus porro.

„Ich bin selbst in der Bibliothec gewesen. Hier sind die Auflagen, die vom Herodian vorhanden seyn. Haben Sie etwas davon nöthig, so schmeichle ich mir, von denen H. H. Consistorialen alles zu bekommen.

Herodianus ex edit. Dan. Parei, Frf. 1627.
— — — I. H Boecleri, Arg. 1644.
— — — Basil. 1549. (8. per Henr. Petri.)
— Hist. fol. Venet. 1503.
— — — Basil. 1533.
Sylburgii T. 3 scriptorum hist. Rom. fol.

Ausser diesen Auflagen habe ich nichts weiter im Catalogo gefunden. — Zeiz, am 29. Sept. 1770. M. G. W Strauss."

Ex quibus, cum ad me venissent, seruaui modo
Ald. f. Ven 1503. fol.
Sylburg. T. 3. 1590. fol.

interea d. 10. Sept. Lipsia missis a Leisneri Filio, praeter Patris Mss. in Herodianum et Bergleri Versionem, quoque Editionibus Herodiani his,

Aldi. Ven. 1524. 8.
Basil. 1549. 8. per Henr. Petri,
— ap. Io. Valderum 12.
Ingolst. 1593. 8.
Lugd. 1624. 8.
Patau. 1685. 8.
Boecleri 1694. 8. et
Oxon. 1704. 8.

Quo ipſo tempore et ab Erneſtio venit Herodianus ex recenſ. H. Steph. 1581. 4., mutuus quidem, et poſt mortem ipſius in auctione redemtus. Non ita multo poſt et a Reiskio binae editiones,

Baſil. 1543. 8. et

— 12. poſt mortem ab vxore doctiſſima d. 10. Dec. a. 1774. dono mihi conceſſae.

Ipſe autem cum tenuiſſem iam, aut comparaſſem vndecunque praeterea has editiones,

Ingolſt. 1608. 8. dono Wunderi, diſcipuli tum e coetu meo,

Parei 1639. ex Erneſtii b. auctione coëmtam,

Boecleri 1662. 8. (vt reperi demum d. 14. Aug. 93., acceptam, dono, an pretio, non adſcripſeram, a Schlottero b. Schleiz. Rect.)

Oxon. 1678. 8. pecunia emtam,

Edinb. 1724. 8. poſtremam quidem hanc per munificentiam Caſparis Fritſchii, bibliopolae Lipſ. aequiſſimi et mihi amiciſſimi: his paratis praeſentibus que copiis vtebar ſic, vt, adhibito ſocio e diſciplinae meae alumnis aliquo, compararem cum Stephaniana Aldinas, Baſileenſes, Parei illam et Boecleri, it. Oxon., excerpens inde Var. L.

Interea tamen, dum haec agebantur et alia ad parandam Herodiani editionem nouam, non deſii cognoſcere, an quid editionum alibi lateret, vel etiam ad explicandum illuſtrandum ve textum ſcriptoris. Hinc epiſtolae, quae ſequuntur.

„Wie ſteht es denn mit Dero Herodian? Faſt hätte ich ein wenig über Dero Beutel diſponirt. Herr Bibliothecar Dasdorf beſitzt handſchriftliche Anmerkungen über ihn, welche er rühmt, und manches, das er mir daraus vorlas, gefiel mir auch ſo, daſs ich wünſchte, E. H. möchten Gebrauch davon machen können. Dasdorf erboth ſich, Ihnen dieſelben zuzuſchicken. — Wollen Sie dieſe im Original, oder Abſchrift? Von wem ſie ſind, wiſſen wir nicht; auch ſind nicht alle Anmerkungen beträchtlich; nur vieles. — Dresden, am 10. Merz 1778. — M. Stemler.“

Quam epiſtolam praemiſi certa de cauſa reliquis his.

„Eine unerwartete Begegniſs veranlaſſet mich E. H. von einer Entdeckung Nachricht zu geben, die Ihnen unbekannt zu ſeyn ſcheint, und doch nicht gleichgültig ſeyn kann. In dem Catalogo der von dem ſel. Hofrath und Geh. Referendario Becker zu Dresden nachgelaſſenen und nunmehr feilgebotenen Bibliothec, einer gar vortreflichen

Sammlung der besten Editionen von Auctoribus classicis, finde ich p. 55. 650. praelectiones in Herodianum manu erudita conscriptae, maximam partem historicae et criticae. Sollte das etwa wohl der berglersche Commentarius seyn? Finden Sie wohl für gut, bey der Witbe um Communication dieses Ms. Ansuchung zu thun? Denn die Auction selbst soll erst zu Ende dieses Jahres vor sich gehen. — Leipz. d. 7. Ian. 1774. — D. Reiske."

„Irmischio S. P. D. Stemler.

„Longe sane iucundissimum est, V. Cl. pietatis Tibi meae declarandae speratam diu nunc offerri occasionem. Omni igitur, qua fieri potest, celeritate — rescribo litteris Tuis, M. scr. Praelect. in Herod. Historicum nullius fere esse pretii. — Dresdae. Id. Oct. 1774."

„Die geschriebenen Anmerkungen über den Herodian im Beckerischen Catalogus habe ich um 12 gl. weggehen lassen. — Alles, was nur auf der hiesigen Churfürstl. Bibl. ist, Versionen, Editionen, will ich Ihnen hier nach einander herschreiben.

I. Ausgaben, wo das griech. u. lat. beysammen steht, sind folgende hier:

a. e Theatro Scheldoniano, Oxon. 1678. gr. 8. 288. S. sauberer, klarer Druck. Die Noten sind sehr sparsam, aber einige geben doch Varianten an, etc. Abbreviaturen sind in ihr, wie in den übrigen, häufig.

b. die bekannte Scheidische von 1662.

c. Herodiani Histor. l. VIII. ab Ang. Politiano quondam latine versi, nunc a variis mendis castigati et notis brevioribus illustrati — ich sehe aber keine — studio Danielis Parei. Frf. ad M. 1627. 266. S. gr. 8.

d. Herodiani l. VIII. hist. cum Aug. Pol. versione et huius partim supplemento — Lugduni 1624. 8. Der Herodian geht bis S. 321.

e. Basileae 1563. per Henr. Petri cum indice et Pol. vers.

f. Herodi. l. VIII. postremum nunc diligentiori cura castigati, per Henr. Petri 1549. kl.8. 647. S. Vt e dedicatione elucet: studio Politiani, a quo etiam sequens,

g. in der Vorr. steht 1493. Vermuthlich durch einen Druckfehler; denn zu Ende folgt: Excussum 1543. Vielleicht herrschte auch damals schon der Kniff, um ein verlegen Buch einen neuen Titel zu machen, damit es nun reissend weggehe. Ausserm Titelblatte ist alles gleich.

h. kl. fol. 1581. excudebat H. Steph. cum emendat. — Die leidige Pol. Verſ. prangt auch hier und Zoſimus iſt mit an. Der Ort iſt nicht genannt.

II. Verſionen

A) lateiniſche, alle von Politian, aber von verſchiedenen Iahren,

1. Herodiani de Romanorum Imp. vita poſt Marcum vsque ad Gordianum Nepotem l. VIII. Ang. Pol. Interprete. Quibus Chronologia, Genealogia et Geographica Imperii Romani deſcriptio adiecta ſunt. Patauii 1585. 8. 278. S. (hic quidem anni numerus per emendationem erat ſcriptus ſupra numerum, primo ſcriptum 1685.)
2. ei. Pol. verſ. 1544. ex offic. Rob. Steph. 8. 181. S. klarer Druck.
3. 1493. fol. a Polit.

B) franzöſiſche

1. L'hiſtoire d'Herodien, Excellent Hiſtoriographe. Translatée du Grec en Francoys de Vintemille Rhodien 1554. à Lyon. gr. fol. 104. S.
2. Hiſtoire Romaine, eſcrite par Herodien, traduit du Grec en françois par Monſ. de Bois Guilbert. Par. 1675. 8. 175. S.
3. Hiſtoire d'Herodien, traduit du grec en françois, avec des remarques ſur la Traduction par Monſ. l'Abbé M . . . . Par. 1712. 2 Bogen Vorrede, Text 325. Remarques von S. 329 - 363. 8.

C) deutſche,

1. von Boner, Augsb. 1532. 77 Blätter, fol. grober Druck.
2. Herodianus, der fürtrefl. griech. Geſchichtſchreiber, — erſtlich durch den Hochgelehrten Angelum Politianum in latein bracht, nachmals durch Hieron. Boner verdeutſcht, Frf. 1569. 163 Blätt. 8.
3. Herodiani Röm. Hiſtorie in 8 Büchern — von Georg. Aug. Detharding, Cop. u. Leipz. 1747. 456 S. 8.

Auſſerdem iſt nichts weiter hier. — Weil ich wöchentlich mit dem H. Bibliothecar Müller zu Wittenb. Briefe wechſelte: ſo erkundigte ich mich, was vom Herodian auf ſeiner Bibl. wäre, und ich will ſeine Nachricht wörtlich hier einrücken."

„Was wir hier auf der Bibl. für Ausg. ben des Herodians haben? Nicht mehr, als folgende fünfe. Die beyden erſten ſind in 4. und die 3 letztern in 8.

1. eine aus dem 16. Jahrh. Da das Exemplar defect ist: so kann man weder locum noch annum davon melden. Sie ist pur griechisch.
2. vom H. Steph. Par. 1581. mit Polit. Vers. u. Steph. Anmerk.
3. Basileae, per Henr. Petri 1549. auch mit Pol. Vers.
4. eadem 1563.
5. die beste des Scheidii cum not. Boecl. et ind. copiosiss. Scheid. Arg. 1662. Auch diese hat dem gr. Texte gegen über Politiani Version, welche nicht schlecht ist, ob er gleich mehrmals etwas ausgelassen.

Ausserdem haben wir auch eine franz. Uebers. von Jaques des Contes de Vintemille, Rhodien, à Lyon, par Guillaume Rouille 1554. Diess Exemplar hat der iüngere Iustus Ionas gehabt." So weit mein Wittenberger Correspondent. — Dresd. d. 15. Febr. 1775. — M. Wilh. Chr. Stemler."

Cui, quondam discipulo meo egregiae indolis ac doctrinae, nunc in Thuringis, opinor, oratori eximio, Dresda digresso, cum alius meorum, Scheibnerus nomine, eandem in vrbem veniens, successisset minus in fortuna, quam in pietate et officio erga me: placuit huic ad superiora Stemleri quaedam adiungere.

„Wo ich die Edd. mit Ihrer Angabe völlig gleichlautend befunden, mach' ich also nach Ihrem Befehl keine weitere Erinnerung, und bemerke blos Abweichungen.

I. a. e Th. Sch. 1678. — Alles nach Ihrer Angabe. Nur steht ferner hinein geschrieben: Ce livre a été aussi inprimé à Offone avec des notes en 1700. mais sans aucune augmentation tant pour le texte, que pour les notes, et l'on n'y a changé, que l'année.

b. die bek. Scheidische.

c. ed. Dan. Par. — Die Anfangsworte der Vorrede: Iocasta — Breuiarium P. I. fängt sich an: Imperator Marcus — est occisus. — Im ganzen Prooemio sind keine marginalia, und die von Ihnen angegebenen: exornatae et compositae orationis: stehen in der ed. Lugd. 1624. In beyden Edd. aber sind die marginalia nach genauer Vergleichung verschieden, z. E.

ed. Fcf. ad init. l. I.	Marci filius Verissimus moritur.
ed. Lugd.	Complures Marci filiae, mares duo.

d. ed. Lugd.

e. ed. II. Petri 1563. klein 8. schlechter Druck. S. 597.
f. und g. beyde sind klein 8. und unstreitig die von 1549. von der 1543 abgedruckt, denn sie treffen Seite auf Seite mit einander überein, und ich habe bey einigen verglichenen Seiten keine Abweichung, weder unter sich, noch von der 1563 gefunden. Die Schrift ist in beyden cursiv, — so wie in der 1563. hingegen grofs. — Die Lettern sind stumpf, und viele Compendia. In der von 1543. ist der Text mit einer rothen dünnen Linie eingefafst, und in der Mitte der gr. Text von der Version unterschieden. — Der Text ist ohne Capp. u. §§., nur tituli Orationum gr. et latini. — Die Unterschrift der Praef. in der 1549: Basil. Calendis Aug. a. Sal. 1549. — in der von 1543: Bas. Cal. Mart. a. S. 1543. — Der in beyden folgende Brief des Angelus Pol. ist allerdings in beyden unterschrieben:

Pridie Nonas Maias a. S. M. CCCC. XCIII.

Nach der ed. von 1563. wo steht M. D. XCIII. halt' ich iene Zahl M. CCCC. XCIII. für Druckfehler.
h. ed. H. Steph. 1581. gr. 4. nicht klein fol.

Nebst diesen habe ich ietzt gefunden
i. ed. Aldi Manutii ab a. 1503. fol. Herodiani a Marci Principatu historiarum libri octo etc. — Am Ende des ganzen Buches: Venetiis in Aldi Neacademia mense Octobri M. D. III. Ald. Man. Rom.
k. Eine Aldinische ed. von 1524. 8. Die Vers. Ang. Pol. ist angehängt. Herodiani historiarum libri VIII graece pariter et lat. — Am Ende: Venetiis in Aedibus Aldi mense Septembri M. D. XXIIII.

II. Versiones

A) 1. Eine lateinische vom Ang. Pol. von 1493. kl. fol. ohne besonders Titelblatt. Die Initialbuchstaben klein in einem leeren Quadrat. Sehr sauber gedruckt, ohne Seitenzahl und nur mit Abtheilung der Bücher und vielen Randglossen. Der Band ist einen Finger stark, und enthält:
   a) Polit. Brief ad Magnanimum: Efflagitaui — Fesulano prid. Nonas Maias a. S. M.CCCCLXXXXIII.
   b) Praefat. ad Innocent. VIII.
   c) den lat. Text, an dessen Ende: Quod quidem opus nouum et aureum Plato de Benedictis accuratissime anno Domini M. CCCCLXXXXIII. pridie Kalen. Sept. Bononiae quam pulcherrimis his

characteribus impressit. Laus Deo — ein Buchdruckerstock.

Diese edit. beweist wohl die Richtigkeit der Zahl MCCCCLXXXIII. in der ed. von 1543 u. 1549. und ist wohl vielmehr in der von 1563. die Zahl M.D.XCIII. ein Fehler.

2. eine lat. des A. Pol. von 1685. kl. 8. Herodiani de Romanor Imp. — quibus Chronolog. — adiecta sunt. Pataui M D.CLXXXV. (Sic claris nec dubiis numeris, vt ap. Stemler. supra.)

3. eine lat. des A. Pol. von 1544. 8. ex offic. Rob. Steph. Paris.

B) 1. L'histoire — de Vindemille (sic) Rhodien — der Text mit Abtheilung der Bücher und Capp. ohne Seitenzahl.

2. Histoire Romaine — par Monf. *du* Bois Guilbert etc.

3. Histoire d'Herod. — Par. 1712. etc.

C) 1. der fürtreffliche Griechische Geschichtschreiber Herodianus den der Hochgelehrt A. Pol. in das Latein, u. Hieronymus Boner in nachvolgendt Teutsch pracht, etc. in fol. — Am Ende: gedruckt in — Augsb. — M.D.XXXII.

2. Diese nämliche edit., Titel und Text unverändert. — Nur ist sie älter, denn am Ende steht: gedruckt in — Augsb. — M.D.XXXI.

3. Herodianus, der fürtreffliche Gr. Geschichtschreyber, — erstlich durch den Hochgel. etc. — durch Hier. Boner verteutscht. gedruckt zu Frf. am M. 1565. 8.

4. Die von Detharding."

Iam, cum in Praefatione editionis meae ad Tom I. professus essem p. XVI. e. deesse mihi adhuc tres editiones, quas libenter cognoscerem: per Suikertum redemtorem operis accepi d. 6. Febr. 1789. scidulam hanc, manu ipsa Illustris Heynii scriptam.

„Herodian. Iunt. 1517. 8. ist blos die lat. Version Politiani.

Boecleri 1640. ist allem Ansehen nach ein Irrthum. Die erste ist 1644. Diese habe ich auch vor mir: und die Dedication selbst ist 1644.

Die in Stephani Scriptt. Rom. 1568. hat nichts voraus. Auf allen Fall will ich sie dem Hr. R. mittheilen."

Fuerunt que alii, qui et ipsi e longinquis terris harum trium aliquam offerrent. Verum, quoniam sumtus cauebam

alios, praeter iam factos, nec vllo restitutos mihi pacto: contentus manu paratis illis superioribus editionibus, ad quarum pleniorem descriptionem et quasi picturam nunc progredior, facturus simul censuram de iisdem. Sequor autem primo quidem seriem annorum, quibus quaeque prodiit. Igitur

1503. fol. Ald. titulus est hic.

,, Ξενοφῶντος παραλειπόμενα, ἅπερ καὶ ἑλληνικὰ ἐκάλεσε.

Γεωργίου γεμιστοῦ καὶ πλήθωνος, ἐκ τῶν Διοδώρου, καὶ Πλουτάρχου, περὶ τῶν μετὰ τὴν ἐν μαντινείᾳ μάχην, ἐν κεφαλαίοις διάληψις.

Ἡρωδιανοῦ τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστοριῶν βιβλία ὀκτώ.

Σχόλια παλαιὰ, καὶ ξυνοπτικὰ ἐς ὅλον τὸν Θουκυδίδην, ὧν χωρὶς οὐκ εὐξύνετος ὁ ξυγγραφεύς.

Xenophontis omissa: quae et graeca gesta appellantur.

Georgii Gemisti: qui et Pletho dicitur: ex Diodori: et Plutarchi historiis de iis: quae post pugnam ad Mantineam gesta sunt: per capita tractatio.

Herodiani a Marci principatu historiarum libri octo: quos Angelus Politianus elegantissime latinos fecit.

Enarratiunculae antiquae: et perbreues in totum Thucydidem: sine quibus auctor intellectu est *quamdifficillimus*. "

Subiectum est signum solenne Aldi, intra figuram quadrati oblongi per duas lineas, anchora circumuoluto delphino, cum mediis his

ALDVS *MA. RO.*

Sequenti pagina Praefatio Aldi Graeca vnius paginae.

Ἄλδος ὁ ῥωμαῖος Γυίδῳ τῷ Φερετρίῳ οὐρβινέων ἡγεμόνι, εὖ πράττειν

Ὦ παῖ πατρὸς ἀγαθοῦ, παρ' ἰουλίου πολυδεύκους ἐγράφη πρὸς κόμμοδον παῖδ' ἔτι ὄντα, περιόντος ἔτι μάρκου τοῦ πατρὸς, ὃς τά τε ἄλλα, καλὸς, κἀγαθὸς ἦν ἀνὴρ, καὶ φιλόσοφος. λ. quod Pollucis dictum tractans deinde amplius, et ad laudem Guidi referens, postremo dono ei offert hos libros, finiens sic: ἔρρωσο. Ἐνετίῃσιν ἀνθεστηριῶνος τετάρτῃ ἐπὶ δέκα α. φ. γ.

Deinceps sine numeris in paginis sequuntur libri nominati Graece modo, in pagina que penultima extremus versiculus hic

,, Venetiis in Aldi Neacademia mense Octobri M.D.III. "

et in paginae tergo ſ. pagina vltima, vacua illa tota, iterum ſuperius ſignum Aldi.

Ibi Herodiani textus (incipiens cum titulo: Ηρωδιανȣ της μετα Μαρκον βασιλειας, βιβλιον πρωτον.) habet 1) elementa bona et acria, in nominibus propriis non ſibi conſtans, modo maiuſculis quippe adhibitis, modo breuibus, vt Λȣκίω βήρῳ — Λȣκίλλῃ — πομπηϊανῷ,

2) compendia ſcribendi multa, in articulis, praepoſitionibus, ſed non omnibus vtrinque, it. in coniunctionibus ſ. adu., vt μὲν et γὰρ, quod et ipſum eſt interdum plene ſcriptum, it. in extremis vocum ſyllabis vel vnis, vel duabus, it. in totis vocibus, vt ἄιον p. ἄνθρωπον ad 3, 12, 22. e.

3) vitia ſua, quae per occaſiones prodidi in opere in Var. L., in quibus haec ſunt maxima, quod omittuntur verſiculi integri et plures,

4) nimis frequentia commata, et ſemper ante copulam καὶ,

5) ſigna („) et ſemel vnius vnci (,) in margine ſiniſtro, in Herodiani ſententiis, orationibus, (in his tamen nec ipſis ſemper.) cum breuioribus, tum longis, (quae et ſeparantur a reliquo textus corpore, ſaltem ab initio, non vero ſemper in extremis, vbi ſeries interdum eadem, vt ſub initium per verſus ſingulares praefigitur orator, veluti Δημηγορια τȣ βασιλεως Μαρκȣ, elementis quidem grandibus, ſine vllo accentu,) porro in deſcribendis moribus populi cuiusdam, vt Syrorum 2, 7, 13. etc. it. vbi nemo deſideret, vt 3, 8, 13. m. ſq. niſi quod ibi Seueri mores pinguntur aliqui,

6) nullas ſectiones minores in capita et §. §. ſed

7) lectiones ſuas bonas, de quibus etiam per totum Herodianum vidimus, hauddubie ducta e quodam Codice Ms., non tamen e Bauaro, quanquam cum hoc ſaepe conuenit numero, nec modo per lectiones, ſed quoque per ſcripturam, diſtinctiones et accentus, v. c. in litteris ſimpl. ἀσχάλων 1, 9, 22. i. it. in ἑτέρα τίς 1, 10, 1. i. — it. in ſerie eadem iunctis, 1, 1, 10. ὁχόμοια, it. ὡσὰν 8, 1, 3. e. etc. contra etiam in ſeiunctis ȣ̓ δὲ 1, 2, 3. p. 41. etc. it. ȣ̓ δὲ πώ ποτε 3, 14, 6. tum ἅ τε 8, 2, 11. vt Ba. 7, 9, 11. ſed ἅτε 8, 8, 3. — etiam adeo in omiſſo articulo 2, 15, 2. i.

1524. 8. Ald. (in b. Erneſtii Catalog. bibl. p. 157. Nr. 2348. malo numero anni, „Ald. 514.") cui titulus:

„Ηρωδιανȣ ιςοριῶν βιβλία. η.

Herodiani hiſtoriarum lib. VIII. graece pariter, et *latine.*“

Subiicitur inſigne Aldi iterum, ſed ſine quadrata figura, et nudum, et modo cum medio vtrinque nomine AL DVS.

A tergo pagina eſt vacua. Sequens pagina habet loco praefationis pauca nec totám paginam complentia.

„Franciscus Aſul. Lectori. S.

„vARIOS caſus, multiplices que fortunae luſus ex antiquorum ſcriptis recognoſcere — contigiſſe. *Vale.*“

A tergo rurſus nil, et duae poſt plagulae inanes. Cum noua, per numeros, non Romanos, ſed vulgares, et modo in aduerſa paginae parte, ad dextram que, ſequitur Gr. textus, (inchoans cum p. 1. et titulo: Ηρωδιανοῦ τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας, βιβλίον πρῶτον.) qui fert

1) litteras minores, quam in Ald. 1., interdum obtuſiores ſordibus que plenas, ac pari inconſtantia in nom. propr.

2) compendia non tot, quot in Ald. 1., ſed tantum in articulis, nec tamen ſemper, it. in γὰρ, δὲ et καὶ, etiam in aliis vocabulis et ſyllabis,

3) eadem ſigna illa („), eosdem titulos Δημηγορία etc.

4) cumulata commata quoque, nec tamen vbique eandem diſtinctionem,

5) nulla capita et §. §. vsque ad p. 92. in cuius tergo extremo, in verſu adhuc, quo finit Gr. textus „τέλος.“ —

„Venetiis in aedibus Aldi menſe Septembri M. D. XXIIII.“

Tum in media pagina ſolum titulum: „Herodiani Hiſtoriarum libri VIII.“ a tergo iterum nihil, ſed in p. 2., loco praefationis rurſus per 9 verſus:

„Franciſcus Aſul. Lectori. S.

„qVoniam ſaepe accidit, — cumulo. Vale.“ in quo indiculo per verba „atque adeo diligenter conferat“ ſeries conſtructionis laborat, pro inf. *conferre.*

Poſt que tergum vacuum cum p. 3. „Angelus Politianus Andreae Magnanimo. S.“ ad paginae tergum vsque medium: „Anno Salutis. M. CCCCXCIII.“ Dein p. 4. „Angeli Politiani ad Innocentium VIII. — praefatio in Herodiani hiſtoriam e graeco in latinum converſam.“ quae finit in paginae tergo extremo. Tum p. 5. „Herodiani Hiſtoriae de Imperio poſt Marcum — liber primus e graeco tralatus, Angelo Pol. inter-

prete, ad Innocentium VIII. Pon. Max. Prooemium" quae Verſio finitur in p. 97. tergo extr. „Finis. — Venetiis in Aedibus Aldi et Andreae Aſulani Soceri, Menſe Septembri. M. D. XXIIII."

6) ſcripturam interdum illam vnius ſeriei, vt μεταπάσης 1, 10, 5. i. Add., ed. Ald. 2. p. 8. e. ſed p. 22. a tergo i. l. 7. ad 2, 7, 6. i. προπολλȣ cum A. 1.

7) vitia ſua alia, quam Ald. 1., in quibus, praeter illud ſupra in fronte tituli et nomine Gr. Herod., et hoc, quod voces vnae diſtrahuntur, vt p. 47. aduerſa med. μέ χρι, it. ib. lin. prr. totae miſcentur ακαὶ᾽παλῶν, pro καὶ ἀπαλ. Quorum vitiorum alia dedimus ſubinde in Var. L. cf. 3, 2, 11. i. vbi p. 32. b. l. 4. quoque καὶ χαθαιρέσα λ. cf. 3, 3, 2. i. 6, 2, 3. p. 313. 6, 6, 5. p. 425. 8, 7, 8. i. tum adeo 7, 5, 8. p. 676. omiſſa pr. ἐξ, etc.

8) lectiones alias, quam Ald. 1., tum per ſcripturam, vt 3, 3, 2. i p. 32. b. l. pen. ῥαδίως ſine iota, it. 3, 4, 2. e. αὐτὴν per lenem, it. 4, 4, 9. p. 854. αὐτὸν, ſed 7, 1, 11. p. 555. in πρȣκαλέσατο cum leni, porro 3, 8, 5. i. addito καὶ ante ὥσπερ,

9) lectiones tamen easdem cum Ald. 1., (quippe ex hac ducta Ald. 2.,) tum alibi, cf. in opere, tum 6, 9, 10. p. 525. omittit duo παρεκάλεσέ τε, ſed 8, 4, 28. p. 1012. conſentit cum lect. Ms. Ve. γυμν.

10) lectiones vitioſas, quae et in Ms. Ba. p. 48. b. e. δύνασθαι p. δύνασθε ad 4, 5, 9. e.

525. 4. Louan. cuius titulus:

„Ηρωδιανȣ τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστοριῶν βιβλία ὀκτώ. Herodiani a Marci principatu hiſtoriarum libri octo. Quos Angelus Politianus elegantiſſime latinos fecit. Louanii apud Theodoricum Martinum Aloſtenſem. An. M. D. XXV. Menſe Februario."

Tunc, ſine praefatione, Lib. I. cum titulo eodem antea, (qui titulus in Ald. alius,) ſine capp. et §. §., modo in pag. ſiniſtra Ηρωδιανȣ et in dextra βιβλίον α. — In fine l. 1. ſubſcripta: „Ηρωδιανȣ τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας βιβλίον πρῶτον" et ſic in rel. libris, (quorum in fine ap. Ald. nil fuit,) vt in l. 8. „Ηρωδιανȣ τ. μ. μάρκον βασιλείας τέλος."

Sequuntur „Index eorum, quae in libris Herodiani continentur — Caeſarum Herodiani breuis vita et Sententiae elegantiores ex hiſtoria Herodiani excerptae."

Textus, ductus ex Ald. 1., habet a) orationes ſep ratas, praefixis illis: δημηγορία τȣ̃ βασιλέως Μα κȣ, ſed

b) ſine ſignis („),

c) compendia quidem, nec tamen magna,

d) nulla ſigna parentheſis, (quae nec in vt Ald.)

e) ſcripturam eandem, ἀρκτῶα, κακᾶθεν, ſin iota, it. ἀσχάλων, per ſimpl. litteram, porro i iunctis τηντάχίστην, οἰακδήποτε, ſed et contra οἵα δή, vt ἐπιπολὺ et ἐπὶ πολὺ,

f) eadem vitia, vt 1, 8, 7. i. μελόντων p. μεν. it. quod omittit quaedam cum Ald. 1., vt 17, 9. p. 718.

g) alia ſua vitia, ȣ̓χ ἐλεγχθησ. 1, 1, 2. e. σώφρο νας 1, 2, 3. e. δώρυσαμ. 1, 5, 2. i. etc.

h) aliam accentuum rationem interdum, vt 1, 2. p. 10. καλκαάν τε, ſine accentu, pro Ald vtr. τὲ, it. 1, 2, 3. e. ἑαυτήν. Ῥασα λ. pro A. 1 ἑαυτὴν, Ῥ.

i) alias quoque diſtinctiones, (v. c. 1, 1, 1. p 5. poſt ἀριθμ. nullum comma, ſed ib. 2. p. 9 poſt καρπ. punctum, pro commate A. 1.) qua interdum communes habet cum Baſ. 1. cf. 1, 1 5. e. p. 24.

k) alias lectiones, vt ab init. textus Gr. „βασι λέας ἱστοριῶν βιβλία ὀκτὼ" pro A. 1. βασιλέας βι βλίον πρῶτον.

††† Baſil. 16. (quam ſine anno nominaui in opere Bs. 1. Leisn.) cui titulus:

„Ηρωδιανȣ̃ ἱστοριῶν βίβλια (ſic) η.

Herodiani a Commodo Marci filio ad Maximum vsque et Albinum Imperatores, hiſtoriarum lib. VIII.

Baſileae apud Ioannem Valderum."

A tergo nihil, ſed p. ſq. textus Gr., per numeros vtriusque paginae a 1 — 441. vbi poſt verſus 7. finito textu, ſeparatim ſtat „Τελος."

Textus, incipiens cum titulo: „Ηρωδιανȣ της μετα Μαρκον βασιλειας, βιβλιον πρωτον." habet

1) nulla capp. et §§. ſed ſub initium noui libri cuiusque elementum maius, quadrato incluſum, tum in fine librorum nil ſubſcriptum, interdum autem vacuum quod ſpatium paginae, vt l. 1. et

2. p. 69. 142. non vero l. 3. p. 210. vbi eadem in pag. infit iterum l. 4.
2) modo ab initio feparatas orationes, non item in fine femper, cf. p. 11. e. 16. m. 20. l. 4. ne quidem ab init. cf. p. 18. e. 31. i. m. fed vtrinque p. 78. m. 80. i. 83. i. 86. e. etc.
3) litteras minores, vt in Ald. 2.
4) pauca compendia, vt in eadem, fed et peculiaria p. 218. m. ad 4, 3, 2. m. πειρωμ. it. p. 252. l. 5. ἐν. ad 4, 12, 7. e.
5) fcripturam itidem eandem, v. c. ἀσχάλων,
6) vitia communia cum Ald. 2. fed et fua, (quae manus aliqua interdum correxit, ita que, vt non liceret agnofcere vitium vetus, cf. 8, 7, 4. i. p. 432. l. 3.) p. 26. l. 7. 148. m. σοφισμ. ad 3, 2, 7. e. p. 153. e. τὴν τύρων p. τύρον ad 3, 3, 6. p. 529. cf. 5, 3, 5. i., tum addendo 6, 5, 17. i. it. fimul omittendo p. 219. e. ad 4, 3, 8. m. p. 838., etiam quoad accentus, cf. p. 14. l. 4. ad 1, 5, 8. fed et alia, cf. p. 252. e. l. antep. et ftatim in titulo fupra.
7) diftinctionem interdum ex vtr. Ald., fed faepius ex Ald. 2. it. communem cum Ms. Ba. vt 3, 3, 8. e. — at peculiarem 3, 14, 17. p. 768. ib. 19. m.
8) conftantiam maiorem, quam Ald. 2., in nom. propr. elementis maiusculis, cf. p. 26. i. et l. 6. fqq.
6) lectiones, quam Ald. vtr., alias, per fe non pravas, cf. p. 252. l. 5. ad 4, 12, 7. e.

† Bafil. 16. (quam fine anno appello in opere Bs. 1. Reisk.) titulus:

„Ἡρωδιανȣ̃ ἱςοριῶν βιβλια (fic fine accentu) η. Herodiani a Commodo Marci filio ad Maximum vsque et Albinum Imperatores Hiftoriarum libri VIII. — Bafileae."

A tergo nihil, fed in fq. textus Gr. cum pag. numero 3 — 443. (auctiori adeo, quam in pr. Baf. 1. Leisn.) vbi, vltra mediam pag., finito Gr. textu „Τελος."

Qui textus, incipiens cum titulo: „Ἡρωδιανȣ τῆς μετὰ Μάρκον Βασιλείας, Βιβλίον πρῶτον" ductus que ex Ald. fed et e pr. Baf. 1. Leisn., tenet
1) nullas fectiones in capp. et §. §. fed initio librorum elementa maioris moduli, inclufa fimiliter quadrato, tum in fine eorundem librorum nil fub-

ſcriptum, ſed ſpatium aliquod vacuum pagin
cf. p. 71. 144. 212. etc. interdum et anguſtius,
p. 268.
2) orationes pariter ſeparatas, hoc eſt, nec ſe
per in fine, cf. p. 13. e. 18. m., nec ab initio ſe
per, cf. p. 19. m. e. 20. e. 22. i. 33. i. m. ſed vtri
que p. 80. ſq. m. 84. e. 88. etc.
3) elementa minora, vt Baſ. 1. Leisn., ſed purio
fere,
4) compendia pauciora, interdum tamen eadem,
5) ſcripturam aliam, plenamque, vt in ἀσχάλλων,
6) conſtantiam multo maiorem in maioribus nom
num propr. litteris, vt p. 28. i. Λουκίῳ Βήρῳ, et
quem honorem tributum videas et aliis, vt Βαρβ
ροις p. 5. i. 8. i. contra p. 22. e. βαρβάρων, it. Β
σιλέαν p. 15. i. Βασιλέα p. 26. i. contra p. 7. m. βα
σιλέα, etc., tum p. 33. m. παῖδες et p. ſq. m. e. ſe
p. 35. τῷ Παιδὶ τοῦ Περενν. p. 41. m. Ἴλῳ τῷ Φρυγί, i
p. ſq. e. ſed ib. i. τοῦ Μαρκίου ἐς Μῦθον, p. 44.
τῆς πόλεως Βασιλικοῖς κτήμασι, et mox βασιλικῶν πρ
ξεων, it. p. ſq. i. τὴν Πόλιν, p. 78. m. Βασιλεύσων,
93. e. Τυραννίδος, p. 112. e. τοῖς Ἰλλυρικοῖς στρατεύμασ
ſed p. ſq. i. Ἰλλυρικοῦ, cf. p. 33. m. etc.
7) ſimilem inconſtantiam in punctis diaereſeo
Πομπηϊανὸς p. 20. m. 22. i. p. 28. m. e. Πομπηιανῷ
p. ſq. m. Κυιντιανὸν, ſed p. 32. i. Διΐ,
8) vitia eadem, quae Baſ. 1. Leisn., vt p. 19. m
πίνον (p. πίνων,) p. 22. i. περὶ (p. παρὰ,) p. ſq. e
ἀπολαύσειεν (p. ἀπολαύσειαν,) p. 28. m. μελλόντων
μεν. etc., in opere notata vbique, cf. p. 41. i. a
1, 11, 2. p. 422. vbi Var. L. b) debuit eſſe B. 1. R
— it. in omiſſis aliquot 1, 12, 8. p. 489. — it. i
addito δὲ 7, 11, 18. p. 865.
9) vitia Baſ. 1. Leisn. correcta, vt p. 32. e. φέρω
(p. φέρον,) ad 1, 9, 7. p. 347. cf. 5, 4, 1. e. —
ſed in lectionem non veram 1, 8, 1. p. 266.
10) vitia peculiaria, vt αὐτῷ p. αὐτῇ p. 130. l. 9
ad 2, 12, 7. p. 371. it. καὶ pro δὲ p. 252. l. 6. ad 4, 11, 15
i. cf. ad 5, 6, 2. e. 6, 7, 2. e. p. 444. 6, 8, 16. p. 508
Add. — it. in omiſſis vnis vocibus pluribus ve 3
2, 7. e. 6, 6, 4. p. 420. 6, 3, 13. i. 7, 10, 9. e. it
4, 3, 11. e. p. 841. vbi in Var. L. y) iterum debui
ſcribi B. 1. R.

11) lectiones alias, vt cum Ms. Ve. 5, 4, 1. e. tum per se non malas, plenum τȢτο p. τȢτ' 3, 6, 5. i. et δὲ p. δ' 4, 4, 8. i. porro τοσȢτο p. τοσȢτον 5, 7, 12. i. et ϛρατῶν p. ϛρατιωτῶν 8, 5, 5. e. etiam
12) per distinctiones alias, de quibus in opere subinde, cf. 4, 12, 1. p. 987. 5. 3, 23. p. 90. Add. — sed veriorem et adeo cum Ms. Ba. 4, 6, 2. i.

Omnino haec ed. profuit, vt in Bas. 1. Leisn. correcta a manu alia, per liquorem atrum crassius saepe, agnoscerentur, qualia essent ab initio.

1549. 8. Basil. (quam in opere vocabam Bs. 2. Leisn.) Eius titulus

„Ηρωδιανȣ ιϛοριων βιβλια η.
Herodiani de Imperatorum Romanorum praeclare gestis l. VIII. Graeci et Latini. Et propter prima discentium linguas studia, ita disposuimus vt Graeca Latinis e regione exacte per omnia respondeant, conferri que sine vel negocio vel impedimento possint.
Postremum nunc recognitione diligentiori castigati. Basileae, per Henrichum Petri.“

A tergo „Catalogus Imperatorum.

	An.	Men.	D.
„M. Antoninus Verus	19	1	33
L. — Commodus	13	0	40
Aelius Pertinax	0	6	88
Iulianus	0	7	107
Seuerus Pertinax	18	0	517
Cassianus Antonin. Caracalla	7	0	188
Macrinus	1	0	323
M. Aur. Ant. Heleogabalus	4	0	244
Alexander	14	0	358
Maximinus	3	0	283
Gordianus	6	0	305
Maximus et Albinus			321
Gordianus iunior, nepos Gordiani eligitur.			357.“

(Quem catalogum dedimus, vt volentibus posset conferri cum annorum, quibus imperarunt, ratione, a nobis inita in opere.)

Sequitur sine numeris paginarum epistola.
„Reuerendissimo — D. Ioanne Rodolpho Stoer, — Ioannes Huoberus Basiliensis Medicus, bene agere.“

E qua quidem epiſtola (vt paginarum ſummus nominat titulus) quanquam per ſe digna, quae tota ſcribatur, tamen potius haec, quae Leisneius b. in chartula ante ed. Baſ. 1. exſignauit, mutata in partibus ſerie.

„Prodiit Herodianus Baſil 1549. per Henr. Petri editore Io. Huobero Baſileenſi medico. Is in praef. ad Stoerium, Abbatem, Nunc, inquit, caſtigatior et integrior exit, quam ant. hac vnquam, ex codice, quem nobis ſuppeditauit vir eruditus Ioan. Phriſius Tigurinus. — Putat ibidem, fuiſſe hunc Herodianum Alexandrinum, Grammaticum, Apollonii etiam Grammatici et filium et diſcipulum. Floruiſſe ſub M. Antonino principe. Scripſiſſe de arte grammatica, teſte Suida: praeterea imperatorum hiſtoriam ſtilo perſecutum eſſe, quae ad nos tamen non ex omni parte integra peruenerit. Qua in re errat. — Illud probandum, quod dicat, in hiſtoria neque prudentius, neque eloquentius ſcriptum graeca lingua extare. Nam 1) ſcatere eum grauibus ſententiis,

2) admirabilia habere conſilia, et illorum euentus,

3) plenam que maieſtatis et ſuauitatis eſſe orationem,

4) denique ſcripſiſſe maxima cum fide er libertate, quae ſuo tempore acta ac geſta eſſent, non ex aliorum commentariis rurſus repetitam ac collectam hiſtoriam,

5) non paruam eo tempore acta cum his temporibus ſimilitudinem habere.“

(Quem ille *codicem*, a Phriſio ſuppeditatum, vſurparit, debuit plenius edere. Facit autem profeſſio iſta ſane aliquam fidem huic editioni.)

Iſta epiſtola finitur pagina quarta „Vale, Baſileae Calend. Auguſti, anno Salutis M. D. XLIX.“

Noua pagina tenet, ſine numeris iterum, epiſtolam: „Angelus Politianus Andreae Magnanimo ſuo S.“ finientem in pagina tertia init. „Vale — Anno ſalutis, M. CCCC. XCIII.“

Dein „Index eorum, quae in hoc opere tractantur“ qui eſt Index rerum, in hiſtoria Herod. narratarum, e ſerie alphabeti, ſed ille breuior, comple-

ctens quippe modo 7 et ½ paginam, cui adiicitur ,, Finis. "
A tergo nil, quam ,, Chartarum ſeries" de more veterum typographorum, h. e. numerus *bogarum* ſequentium, per elementa alphabetica.
Noua pagina exhibetur ,, Librorum Elenchus," (non indignus lectu,)
,, Herodianus Alexandrinus Apollonii Grammatici filius, quindecim imperatorum Romanorum res ſeptuaginta annis geſtas, octo libris deſcripſit: quorum

Primus, continet hiſtoriam Commodi[1] imperatoris.

Secundus, Pertinacis[2], Iuliani[3], Nigri[4].

Tertius, Seueri[5].

Quartus, Antonini[6] et Getae[7] fratrum.

Quintus, Macrini Opilii[8], Antonini[9] Heliogabali.

Sextus, Alexandri[10].

Septimus, Maximini[11], Gordiani[12].

Octauus, Maximi[13] (ſic correxerat forte b. Leisn. pro Maximini) et Albini[14] collegarum:

poſtremo Gordiani[15]. "

A tergo ,, Imperatorum ſynonyma" ſ. pleniora nomina, per octo verſiculos, vacua poſt pagina finiente.
Porro ,, Octo librorum Herodiani argumenta" per paginas 9. et lineas 9. in qua et clauſula (de qua infra ad Sylb. Opus) ,, Ex peſſimo genere ne catulum habendum: — S. Aur. Victor. "
Deinde paginae duae chartae vacuae. Quam excipit ,, Angeli Politiani ad Innocentium VIII. — Praefatio. in Herodiani Hiſtoriam, e Graeco in Latinum conuerſam" per 7 paginas cum lin. 4., finita, ſine die anno que.
Nunc demum inchoatur textus Gr. et Lat.: ,, Ηρωδιανȣ της μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστοριῶν, βιβλίον πρῶτον. Herodiani Hiſtoriae de imperio imperatorum poſt Marcum, vel de ſuis temporibus liber pri-

mus, e Graeco tralatus, Ang. Pol. interprete" ſectis, quod aiunt, columnis, per numeros vulgares 1 — 647. vbi finis „Ἡρωδιανῦ τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας τέλος. Herodiani libri octaui et vltimi finis. — Baſileae per Henrichum Petri, Anno M.D.XLIX." Poſt in tergo paginae medio tabula, ligno inciſa, eſt, oſtendens e nubibus, ad ſiniſtram quidem, caput, ore efflans ignem, ſed, ad dextram, manum erectam, quae tenet malleum ſuper flammas, ſpeciem habentes fulminum, ſubtus ſtante, pro incude, opinor, oblonga mole, quae ab vtroque latere cingitur fruſtis ſaxorum. Is textus 1) inchoat tum prooemium p. 1 — 5. tum libros ſingulos cum grandi elemento in quadrato, etiam in Lat. Verſ.

2) habet capita minora, vt in noſtra editione, ſed ſine numero aliquo, et tantum per nudum elementum maius,

3) ſeparatas orationes, ab initio quidem, cum δημηγορια etc., maiores ſaltem, ſed non in fine, vt breuiores vna ſerie vbique implicantur textui Gr. cf. p. 14. 17. e. 20. 24. e. 26. m. etc. Sed Lat. Verſ. ſubinde ſecta apparet in minores partes, ſpatio relicto aliquo inani; vnde §. §., quae in hac ed. deſunt, poſtea oriri potuerunt, cf. p. 6. ſqq. Etiam adeo ſectiones minores in Gr. p. 13. m. 15. e.

4) compendia quam plura, etiam in praep., quae annexae ſ. praefixae ſubſtantiuis, vt p. 4. m. ἐπιμελείας, it. in verb. p. 62. m. ἐπιτρέψαι, cf. 9° p. 9:s p. 340. e. ad 4, 6, 10. m.

5) vitia non pauca, correcta partim aliena manu, vt p. 5. m. ἦξαν p. ἦρξ., p. 18. l. 3. ποτ p. πόθον, l. 4. καθ' αὐτὸν, p. 31. m. πρόνιαν, cf. omiſſis, additis, tranſpoſitis litteris, etc. p. 54. m. e. 58. m. 60. i. 65. e. 104. i. tum δὲ p. καὶ 3, 3, 1. p. 523. 6, 7, 11. e. 7, 10, 12. p. 835. 16. e. 7, 12, 18. i. 8, 4, 26. p. 1008. 8, 7, 6. p. 1080. —

6) lectiones peculiares 3, 13, 4. p. 735. vbi in Var. L. debet reponi Bs. 2. 4, 12, 9. e. 5, 3, 18. m. p. 84. 5, 4, 22. p. 122. 7, 11. 18. p. 865. 8, 2, 8. p. 933. 8, 8, 3. p. 1105. — etiam vere 7, 8, 8. e. 7, 9, 6. m. p. 783. 7, 11, 6. i. — alias ex Ald. aut Baſ. 1. vt 8, 2, 8. i.

7) diſtinctiones alias, cf. per totum opus et 6, 5, 21. e. 6, 6, 10. p. 436. ib. 12. e. 6, 7, 5. p. 448.
8) ſcripturam aliam, per accentus, cf. p. 302. l. 6. ad 3, 14, 15. p. 766. 7, 4, 10. p. 662. et in nom. propr. elementis maioribus conſtantiorem, cf. p. 39. Αὐγ. Βήρ. etc. ib. e. Πομπηϊανῷ, it. p. ſq. e. ſed p. 41. e. Κυιντιανὸν, it. p. 62. i. ἐπιπολὺ et ib. e. ῥᾳδίως per iota.

†1543. 8. Baſil. (quae in opere nominata Bs. 2. Reisk.) habet prioris 1) titulum in fronte, ſed vitioſum accentum Β'ίβλια;
2) Catalog. Imperatorum;
3) Epiſtolam ad *Stoer*, ſed finientem ſic „Vale Baſileae Calendis Martiis, An. ſalutis M.D.XLIII."
4) Epiſtolam Ang. Pol. ad Andream Magn. cum fine eodem, quo prior „Vale — Anno ſalutis, M. CCCC. XCIII."
5) Indicem prioris, poſt ſtatim, omiſſis ſupra poſitis,
6) Praefationem Ang. Polit., cum alio vocabulo coeptam, *Cum*, pro prioris *Quum*, ſed finem ſimiliter ſine die et anno,
7) textus Gr. et Lat. formam quidem externam, praeterquam, quod prima pagina non fert numerum, ſed demum in tergo 2 — 647. cum fine ab initio eodem, „Ἡρωδ. — τέλος. Herod. — finis." ſed tunc „Baſileae excudebat Henrichus Petrus, Menſe Martio. Anno M. D. XLIII." Denique a tergo eadem figura, ligno inciſa, quam in priori ed. effinxi.

Sed textus ipſe in vocibus deprauatiſſimus, (vt ſufficiant vel pauca exempla et documenta illa, in opere praebita,) cum aliis interdum diſtinctionibus ex Ald. 1., vnde et habet alia, vt accentus, in ἑτέρα τίς 1, 10, 1. i.

In anni autem iſtius 1543. numero ipſe exiſtimo ineſſe typographi et bibliopolae fraudem illam, quam ſupra Stemlerus innuebat, ſed hactenus, vt, pro vero numero 1549, quem prae ſe ferebat Baſ. 2. Leisn., ille alter potius delectus fuerit, quo vel editio ſecundaria (*Nachdruck*) et furtiua non detegeretur, vel antiquior aetas annus que auctoritatem et emtionis cupiditatem conciliaret. Nam ille quidem numerus 1493. nihil va-

let ad rem, quoniam, cum repetita Praefatione Politiani vetere, ſimul debuit vetus iſtius numerus aetatis ſeruari; vt fit hodie in repetitis editionibus. Et Leisneri illam, quam dico, priorem eſſe, res ipſa loquitur ac vincit, quoniam ex illa ſunt, praeter ſupra monſtrata, omnia ducta, et non e tam vitioſa, qualis eſt Reiskii, mihi ſaepe vocata, oriri facile potuit melior, alias que adeo lectiones, non contemnendas, continens. Immo, quid hoc, quod eiusdem vitia tenet vetera? Sane accidere ſolet, vt edant ſimul priſca vitia, haec que nouis adaugeant. Et hoc cadit in illam Reiskii. Verum, cur quoque habet iſtius bona et peculiaria?

Quod ad 5, 3, 18. p. 84. vulg. πλασαμένη, vbi Leisn. praebuit πεπλασμένη, ſic in nota ſcribebam „ego quidem arbitror, lectionem iſtam (ed. Leisn.) ortam non tam e pr. τε, quam e Bs. 2. R. πλασμένη, quod vitium aliquis correxerit, addito augmento:" eo videor nunc vineta mea ipſe caedere, et iam ibi cogitaſſe, priorem eſſe Reiskianam. Fuit que ſane aliquando haec mea quaedam opinio et ſuſpicio. Quam ſi, quae antea attuli argumenta in contrariam partem, non ſatis refellere videantur: facilis ſum in hoc genere, muto que talum atque ſententiam, et poſtea ſumo, Reiskii illam prius prodiiſſe et vere 1543. Id que reſpiciens, caui mihi iam eo, dum antea, vbi incepi producere in conſpectum cenſum que illam, numeris iſtius praefigebam binas crucis figuras, quibus ſolenne eſt mihi indicare res aut praecipuas, aut ambiguas.

1581. 4. H. Steph. titulus eſt

„Ηρωδιανȣ
ἱςοριῶν βιβλία η.
Herodiani
hiſtor. lib. VIII.

Cum Angeli Politiani interpretatione, et huius partim ſupplemento, partim examine Henrici Stephani: vtroque margini adſcripto.
Eiusdem H. Stephani emendationes quorundam Graeci textus locorum, et quorundam expoſitiones.
Hiſtoriarum Herodianicas ſubſequentium libri duo, nunc primum Graece editi."
Tum inſigne Stephani, arbor, plena fructibus, in cuius ramis quibusdam mediis globuli, ſed fracto in vno ad dextram faſcia habet dictum: *Noli altum ſapere.*

Ex arbore, ad finiſtram et dextram, decidentes in aëre pendent ramuli, quorum aliquot et humi iacent, ad radices arboris, e tellure eminentes. A dextra vir quidam, philoſophus Graecus, vt videtur, pallio amictus, et exſertis brachiis, dextra ſurſum monſtrat illam ſententiolam.

Subtus: „Excudebat Henricus Stephanus
Anno M. D. LXXXI.“

Poſt tergum vacuum epiſtola: „Nobiliſſ. — Philippo Sidneo, H. Steph. S. D.“ implens binas paginas.

Tum „H. Stephani Praefatio in ſuum examen interpretationis Politiani“ quatuor complens paginas.

Dehinc quadripartita paginarum ratio:

„In quosdam locos annotatiunculae, quibus aut reſtituuntur aut exponuntur, Autore H. Steph.“	Ἡρωδιανοῦ τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας ἱστοριῶν βιβλία ὀκτώ. Βιβλίον πρῶτον. Προοίμιον.“	Herodiani Hiſtoriae de Imperio poſt Marcum, vel de ſuis temporibus, lib. VIII. Angelo Politiano interprete Liber Primus. Prooemium.“	Interpretationis huius partim ſupplementum, partim examen, Autore H. Steph.“

a pag., aduerſa et auerſa, 1 — 182. qua media vacua relicta, excipit pagina vna „H. Stephani quaedam eos in locos de quibus lectorem ad ſuas Annotationes remittit: donec eas non in hos ſolum ſed alios etiam quam plurimos edat“ ſecta in duas partes pagina.

Pone vacuum iterum paginae vnius tergum ſequitur Zoſimus Gr. et Lat. per lib. 1. et 2. a pag. 1 — 79., vbi finitur editio haec ſine adiectis vllis.

Iam textus Gr. habet haec. 1) elementa grandia, quadrato quidem incluſa, at ornatiori et lemniscis, et auiculis, et vuis, baccis, floribus, etc., id que ad initium Prooemii ſ. libri 1. et librorum caet.

2) ſectiones minores duplicis generis, quarum vnum, vt prima poſt prooemium ſectio, tenet ſub initium litteram grandiorem, ſed ſecundum, per totum librum diffuſum, elementum magnum quidem, at non ita altum.

3) ſententiarum lumina intra ſpatium breue vacuum, quod dirimit Gr. et Lat., ſignata per inuerſum elemen-

tum *L*, fed non ita inclinatum, at rectum potius, (ㄱ) vt tamen interdum deficiat, cf. p. 9. e. 45. m. 82. l. 9. 89. e. 92. m. etc. vbi et nos dum omifimus in opere.

4) orationes maiores faltem feparatas initio et fine, verum minores vna ferie textus pergentes, tamen vt vtraeque teneant binos vncos, („) intra fpatia illa textus et verfionis locatos; nifi quod hi vnci per incuriam in parte extrema longioris orationis defunt, vt p. 9. i., et adeo fub initium et per totam oratiunculam p. 13. e. cf. p. 20. vbi et longior adeo non feparatur, fed p. 28. l 10. breuior vncis caret, it. p. 31. e. fed in extrema iterum parte longior p. 33. i. tum in prima p. 43. e., 47. e. fq. porro tota breuior p. 55. m. quae tamen in fine feparatur. Haec hactenus.

5) elementa minora, fed vtique bona, acuta, pura,

6) compendia pauciora et planiora,

7) conftantiam fummam in litteris nom. propr. maiufculis, non item in iungendis aut diuellendis vocibus, modo v. c. μήπως, modo μή πως, etc.

8) vitia et leuiffima et pauciffima, vt p. 55. m. σοφισμ. per ἰ cum leni pro accentu, it. ἐσπουδ. p. ἐσπ. 2, 10, 15. p. 326. Add., tum prauo compendio 5, 4, 22. p. 121. fed fine comp. τὸν p. τῶν p. 113. e. ad 5, 3, 8. e. cf. p. 12. m. ad 1, 8, 12. p. 315. — it. ὅτε p. ὅτι p. 115. e. ad 5, 4, 1. p. 96. porro γνωμη fine accentu p. 175. ad 8, 5, 14. p. 1035.

9) alias diftinctiones, quam in editis prioribus, de quibus vbique in opere,

10) alias lectiones, quae non funt ex edit. prior. nec Codd., fed ab ingenio Stephani, de quibus etiam fuis locis in opere, vbi et de ei. coniecturis, non ftatim in textum receptis, quanquam verifimis, vt p. 76. m. ad 3, 10, 15. p. 682. ἀπαλῶν p. vulg. ἀλλ' ἦν.

Caeterum Stephanus 1) fubinde fignum fuum breuis crucis (┼) fupra interuallum duorum vocabulorum fecerat, futurae Notae, et faciendae eo loco, quo Notas reliquas dedit poft p. 182. vbi tamen deinde nil comparuit, vt p. 163. l. 10. ad 7, 10, 16. e.

2) nullibi profeffus, vnde fumeret textum fuum, nec e quo Cod. Ms.

3) dedit textum aliquando, congruentem cum Ms. Ve. p. 7. l. 4. ad 1, 5, 16. i. it. cum Ms. Vindob. p. 20. e. ad 1, 13, 7. p. 544. it. cum Mss. tribus noftris, contra ed. priores l. l. ad §. 8. p. 546.

4) dicit, ſe addere quaedam „ex vet.“ nimis vage, cf. 1, 3, 5. p. 68. m. 1, 6, 3. p. 187. m. 1, 15, 16. p. 668. e. 4, 3, 15. p. 843. e.

5) nominatim 4, 7, 11. p. 908. dicit ad vulg. ἅρματος „quidam lib. ὀχήματος“ quod, in edd. non repertum, ſed modo in Mss. noſtris, faciat, vt credatur interdum inſpexiſſe Codices, quos hic appellat *libros*.

1590. fol. Sylb. quae editio continetur in opere, cuius titulus:

„Romanae Hiſtoriae Scriptores Graeci Minores — Herodianus, — Pars noui nunc, pars emendatiores in lucem exeuntes; addita Graecis ex aduerſo interpretatione Latina; Adnotationibus item, et gemino rerum verborum que Indice ampliſſimo, Graeco ac Latino:

Opera et ſtudio Friderici Sylburgii Veterenſis.

Tomus tertius.“

Tum inſigne Wecheli, equus alatus, ſupra cornu copiae duplex, intra ſe erectum habens Mercurii caduceum alatum, circa quem ſerpentes duo inuoluti, ad cuius finem fere, ab vtroque latere ſiglae duae nominis Wechel., infra que has e circumfuſis nubibus manus duae, ſeſe cum caduceo ſimul inuicem prehendentes.

Dein „Francofurdi

Apud Andreae Wecheli heredes,

Claudium Marnium et Io. Aubrium;

An. Chr. MDXC.

Cum S. Caeſareae Maieſtatis priuilegio.“

In tergo paginae deinceps „Auctores qui citantur in hoc Romanae hiſtoriae volumine: — Auctores quorum ope Sylburgius vſus in ſuis Notationibus (veteres et) recentiores;“ tum „Summa Priuilegii.“

Noua deinde in pag. epiſtola dedicatoria, vt ſqq. pagg. inſcribitur: „Generoſo — Antonio Fuggero, — Fridericus Sylburgius S. P. D.“ e qua, pag. auerſa extr., adiicimus iſta. „Praeterea quia non ſatis erat noua et apte digeſta repraeſentare, id etiam in primis allaboratum eſt, vt quam emendatiſſima darentur omnia. Quamobrem omni ſtudio, magno labore ac ſumptu, conquiſita et collata ſunt bona cuiusque auctoris exemplaria, tam manuſcripta quam typis expreſſa. Congeſta item

quae a criticis, vel ad Latini, vel ad Graeci textus expolitionem ſparſim *notata* reperiebantur. Ad quae vt ex meo quoque penu multa paſſim adieci, ita duos — Indices appoſui: — Exteriora etiam operi adhibita ſunt ornamenta; talis nempe charta, tales typi, talia item cetera, vt operis argumento, quoad eius fieri poſſet, reſponderent.“ — porro pag. ſq. vltra medium „Francofurdi apud Andreae Wecheli heredes, kal. April. anni a Seruatore nato MDXC.“ Iam in auerſa pag. „Fridericus Sylburgius lectori. S. (e qua praefatiuncula, ad ſq. modo pag. mediam producta, pertinent haec ib. p. med.) — „In Herodiano ſecutus ſum nouiſſimam editionem Henr. Stephani: conſului tamen etiam vetuſtiores; Venetam, Aldi; ac Baſileenſem vtramque, Ioannis Walderi, et Henrici Petri. Praeterea V. C. Erricus Memmius per Ioannem Opſopoeum nobis communicauit quas in vtrumque textum, Graecum et Latinum, doctiſſimorum Graecae linguae in Pariſienſi academia profeſſorum habebat animaduerſiones: quarum partem H. Stephani, partem meis adnotationibus interſerui, partem in Indices reieci, prout loci ferebat commoditas. Nouiſſime omnium e libro m. ſ. quasdam emendationes et ſcripturae variationes ſuppeditauit Andreas Schottus, laborioſus vetuſtatis rimator. (et e p. ſq. i.) — Interpretum verſiones intactas reliqui, praeſertim Politiani, — ; — pauca quaedam, quae manifeſtum habebant vitium, corrigere non ſum veritus. In ceteris ſicubi diuerſum ab interpretib. ſentirem, in Notationum libello meam expoſui ſententiam. — in Herodiano, Stephani adnotationibus, per ſingulas paginas cum textu propagatis, Memmianas, meas et aliorum interſerui, modo nota quapiam diſtinctas, modo vncis incluſas; vt a Stephaneis poſſent diſcerni. — In Latino textu quae pendulo et graciliori charactere ſunt exarata, — in Herodiano, ab interprete omiſſa ſignificant. Vncis quae incluſa ſunt in Latinis interpretationibus, a Graeco textu abſunt: in — Graecis auctoribus quae his ſignis ſunt incluſa, et ipſa vel ab exemplari aliquo abſunt, vel omnino ſunt ſuperflua. Aſteriſci crucis ve nota quib. eſt praefixa, de iis vel in Nota-

tionibus, vel in Indicib. aliquid adnotatum eſt. — Vale.“

Tum p. 453. „In Herodianum Praefatio Friderici Sylburgii.

„Dionem Herodianus ſequitur, ſuorum temporum ſcriptor; vt et Iulius Capitolinus in Alexandro atque in Maximo ac Balbino appellat, et ipſemet Herodianus in prooemio de ſe teſtatur. a Marci enim fine exorſus, Auguſtam hiſtoriam vsque ad Gordianum tertium deduxit; ſexaginta circiter annorum hiſtoriam complexus. Ac quamquam Dionem annis exceſſit perpaucis, tamen nec veritatis laude, nec dicendi genere, illo multum habetur inferior; immo in multis Dione putatur accuratior. Fuit autem genere Alexandrinus, Apollonii grammatici, cognomento Difficilis, filius; grammaticus et ipſe, artium que minutiſſimus ſciſcitator; ac multa ſcripſit; vt partim Ammianus Marcellinus, partim Suidas memoriae prodiderunt. In huius porro ſcriptoris editione, etſi H. Stephanus magiſter meus, tam diligentem nauauit operam, vt ſpicilegii laudem pene omnem omnibus praeripuerit; tamen ab aliis quoque doctrina et iudicio praeſtantib. viris animaduerſa ſunt, quib. auctor hic non vulgariter vel corrigitur vel illuſtratur. Inter hos prima laus debetur Errico Memmio, viro vt dignitate, ita etiam eruditionis iudicii que laude clariſſimo. Is enim a duobus Graecae linguae in Pariſienſi academia inſtauratorib. eximiis adiutus, Graecum pariter Latinum que textum plurimis in locis interpolauit; eas que notationes nobis per Ioann. Opſopoeum cum aliis quibusdam, ad iuvandam vtilitatem publicam, benigne communicauit. Quae adnotationes quibus in locis cum Stephaneis congruebant, a me ſunt praeteritae; vbi autem aliquid habebant peculiare, Stephaneis ſunt additae; nonnusquam etiam ad noſtras Notationes ſpeciales vel ad Indicem reiectae ſunt, provt videbatur commodius. Collecta inſuper, et huc congeſta ſunt, quae a ceteris criticis, Turnebo, Leopardo, Hartungo, Caſaubono, aliis ve obſeruata et Notationum libris prodita fuerunt. A me quoque collata ſunt nonnulla; etſi non magni fortaſſe ponderis, tamen aliquam profundi-

oris cogitationis ansam acutioribus praebitura. Inter quae vt discrimen teneatur, Memmianis in fine apposita est littera *M:* meis, interdum *S.* littera, interdum *Gr.* adscripta, alicubi etiam, vbi nostra Stephaneis adiicienda erant, vncis ea vtrimque hoc modo [ ] sunt inclusa. Et quoniam Stephanus e paginis ad paginas subinde lectorem remittit, earum quoque numeros in exteriore margine visum est adscribere, ne longo quaerendi labore quisquam defatigaretur. Adhaec quia Stephanus Adnotationes quasdam editioni suae in fine seorsum apposuerat, eas quoque suo quasque loco inserere libuit, ad iuuanda legentium commoda. Verum *multas ille passim in margine promisit, quas tamen in fine non exhibuit*, sed *in aliud tempus distulit.* De ceteris quae Stephaneae editioni sunt peculiaria, ipse Stephanus partim in Praefatione, partim Notationum initio monet. Haec tibi lector indicanda existimaui. Tu cuique quas hac in parte debes gratias, si factis non potes, animi saltem voluntatis que propensione referre memineris. Vale. Francof. XIII. Kal. Aug. a Chr. MDLXXXIX."

Qua finiuntur ista pag. 454. init., eadem subiicitur quaedam pars „ex Praefat. H. Steph. ad Ph. Sidneium, Virum Gener." quae erat in Stp. ed. pag. sine numero tertia extr. sq.

Dein p. 455 — 458. repetitur „H. Stp. Praefatio in suum examen interpret. Pol." — p. 459. quoque „Ang. Politiani ad Innoc. VIII. Praefatio — *Quum* —" partim tamen modo, ad p. 460. i. vbi sequitur „Angelus Pol. Andreae Magn. suo S." epistola illa *Efflagitari* — tota cum fine „a. Salutis MCCCCXCIII."

Post, extr. pag. 460. ad 462. med. „Herodiani librorum argumenta" quae supra in Bas. 2. L., sed omissa clausula ista ex Aur. Vict.

Secundum quae Noster ipse productus p. 463. „Ηρωδιανου της μετα Μ. β. [ἱστοριων] βιβλία ὀκτώ. Βιβλιον πρωτον. Προοίμιον." Latina autem Vs. vt ap. Stp. supra, — ad p. 622. i., finem faciente, media in pag., figura, ligno incisa, grandiore et arbitraria.

Interponitur p. 623. Zoſimus totus et alii Graeci cum Vs. Lat. vsque ad p. 893. med., vacuo relicto rel. ſpatio. Tum a tergo (p. 894.) „Imperatorum etc. Series Chronologica. — Ex Antiquitatibus Conſtantinopolitanis; Palatinae bibliothecae libro. (unde tantum in Herodianum cepimus Latinam, non item Gr., ſeriem, ob diuerſos partim annos)

M. Antoninus	imperauit	annos	XIX,	5671.
Commodus	—	—	XIII,	5684.
Heluius Pertinax	—	menſ.	VI,	—
Seuerus	—	ann.	XVIII,	5702.
Antoninus	—	—	VII,	5709.
Macrinus	—	—	II,	5713.
Alexander	—	—	XIII,	5726.
Maximinus	—	—	III,	5729.
Gordianus	—	—	VI,	5735. "

vsque ad p. 898. i., vbi ſequitur rurſus alia „E lib. qui Temp. computatio inſcribitur, (vnde iterum modo Lat. excerpimus)

M. Antoninus	imperauit	annos	16	5673.
Commodus	—	—	12	5683.
Seuerus	—	—	18	5703.
Ant. Caracallus	—	—	7	5710.
Ant. alius, Heliogab.	—	—	4	5714.
Alexander Mamaeae	—	—	14	5727.
Maximinus	—	—	3	5730.
Gordianus	—	—	6	5736."

vsque ad p. 900. i. vbi med. iterum eadem figura lignea.

A p. 901. — „In Romanae Hiſtoriae Graecolatinum ſyntagma Notationes Frid. Sylburgii (ad p. 944. vltra med. duabus ſectis columnis, in alios, dein) In Herodianum.

„Herodiani quoniam m. ſ. exemplar nanciſci haud licuit, propterea ex impreſſis optimae quaeque editiones a nobis fuerunt comparatae. Inter quas etſi Stephanea integritatis nomine principem locum iure ſibi vidicat, tamen ceteras quoque interdum conſuluiſſe non poenituit. Quemadmodum igitur in textu ſupra, ita hic in (ſic damus pro *inhicita*) notationibus ad Stephaneam editionem adhibebitur primum Aldina minor; quae octaua forma prodiit anno Chr. 1524: deinde

duae Basileenses; altera Henrici Petri, eadem forma; altera, Ioannis Walderi, forma enchiridii. His addentur Henrici Memmii aliorum que doctorum virorum notationes, quae supra in textui adiunctis scholiis minus commode poni posse videbantur; tum ea quae postea se quasi per spicilegium obtulerunt, vel ab aliis, vel a me ipso deprehensa, ex quo numero sunt quae diligentissimus antiquitatis instaurator Andr. Schottus ex Hispaniis ad me nuper misit, e vet. m. s. codice deprompta."

Hae notae, nunc incipientes, finiunt p. 952. fere extr. vbi succedunt aliae in alios, vsque ad p. 970. m.

Post vacuum spatium p. sq. est praefatiuncula ad Indices, qui, coepti, eadem pagina longius trahuntur, sed numeris diuersis, Graecus tenens eosdem serie superiori numeros vsque ad 1052. sed Lat. inde nouos ad 69, vltra medium.

Tergum deinde habet Addenda et Corrigenda „Candido Lectori Salutem" vnius paginae, nec illius plenae. Insequens pag. rursus inanis, sed a tergo claudit insigne illud Wecheli superius.

Iam, praeter Indicem Gr., tripartita serie sectione que per paginam quamuis constantem, nec modo explicationibus verborum et phrasium, sed et correctionibus atque coniecturis in certa loca, — maxime spectandus hic textus, a pag. 463. inde, qui gerit 1) elementa minora quidem, at Stephaneis maiora tamen, acria, munda,

2) compendia eadem,

3) praecipuum hoc, vt cuiusque paginae versus, intra textum Gr. et Lat., numerentur per denarios,

4) initio Prooemii et nouorum librorum clementa grandiora, Stephaneis simillima,

5) sectiones pauciores singulorum librorum, ita, vt modo post Prooemium vna teneat litteram magnam, sed reliquae Stephani veniant in serie textus Gr., paululo quaeque diremta interuallo,

6) sententias in margine Gr. indicatas per figuram manus, cuius digitus post pollicem longius porrigitur, id que extra et intra orationes,

7) orationes has et ipſas, in capite et calce, modo illo interuallo paruo ſeiunctas, at inſtructas in margine Gr. iſtis vncis („) aut (“);

8) parentheſis ſigna eadem cum Stephano ( ),

9) peculiare aliquod nouae ſectionis ſignum, habens figuram litterae vel numeri 9 maioris, ſed in capite prope toto oppleti nigro colore, vt p. 503. l. 30. 508. l. 9. 511. l. 41. quae figura et in Vs. Lat.

10) diſtinctiones alias interdum, quas indicamus in opere;

11) vitia nec eadem Stephani, nec alia, quod meminerim, magni momenti,

12) lectiones easdem cum Stephano, praeter pauculas, in opere productas, vt cum ad 8, 5, 8. e. pro καὶ deligitur τὲ cum ed. Ald. et Baſ.

Caeterum Sylburgius 1) lectiones textus ſaepe tantum memoriter profert, cf. ad 2, 7, 1. e. p. 206. m.

2) correctiones et coniecturas vero interdum easdem cum Codd. noſtris, vt cum Bau. 3, 12, 25. e. 7, 7, 7. p. 734. m. 8, 3, 16. p. 966. i. 8, 4, 23. p. 1003. e.

3) ſupra iam ipſe monuit de vocibus quibusdam, in Gr. textu incluſis vncis longioribus ( ), quae viderentur abeſſe poſſe, de quibus cf. in opere, praeter titulum p. 1. Var. L. a), quoque 5, 6, 5. p. 175. 8, 7, 7. p. 1081. etc.

1593. 8. Ingolſtad. (ad quam, in opere dictam Ing. 1., b. Erneſti, quondam poſſeſſor, in plagula pura ante frontem „in Bibl. D. Marci eſt Codex Mss. n. CCCLXXXIX. Herodiani, cuius ſpecimen eſt ap. Theupolum p. 187.) Ei titulus:

„Ηρωδιάνου Ιςοριων βιβλια η.

Herodiani Hiſtoriarum libri VIII.

Cum Interpretatione Latina.“

Tum inſigne quadrati maioris, per angulos ornati varie, ſed continentis latum circulum duplicem, cum ſententia, elementis grandibus circumducta, *Sapiens Dominabitur Aſtris.* et intra fines circuli interioris triplicis que figuram matronae, coronato cum capite, ſolutis in humero vtroque crinibus, ſolis imagine radiantis in pectore ſummo, veſte pendula et fluctuante cum lemniscis, tenentis ſiniſtra quidem manu pateram latiorem cum ſtipite tamen ſ. manubrio, dum e patera ſurgit fumus, — ſed dextra ſceptrum, — et pedibus ſtantis in globo

coelesti, in quo efformatas videas lunam, duabu zonis s. fasciis stellulas, et solem radiatum.

Post scribuntur: „Cum gratia et priuilegio Caesar Maiest. Ingolstadii
Excudebat Dauid Sartorius.
Anno M. D. XCIII."

A tergo vacua est pagina, sed sequens tenet „Imperatores, quorum res gestae ab Herodiano describuntur (ex ordine deinceps, subter se quisque) Commodus. Pertinax. Iulianus. Seuerus. Antoninus et Geta. Macrinus. Pseudoantoninus. Alexander. Maximinus. Maximus et Balbinus." cum numero 1. pag.

In auersa pagina incipit Gr. textus „Ηρωδιανȣ της μετα Μαρκον βασιλειας ιςοριων βιβλια οκτω. Βιβλιον πρωτον. Προοιμιον" e regione Vers. Pol. „Herodiani Historiae de imperio post Marcum, libri VIII Liber Primus. Prooemium." cum numeris p. 2. — 401. vltra medium, in fine Gr. „Τελος" sed Lat. „Cum facultate superiorum." subiecta figura, ligno incisa, per quadratum partim, (in medio cum capite viri) cui extremo affixae aliae figurae acuminatae binae. In tergo paginae „Errata (deinceps vna serie et) -- Paucula alia omissione vel permutatione accentuum et literarum commissa, facile Lector ipse emendabit."

Textus exterior quidem prae se fert 1) formam Stephanei per sectiones et litteras initiales, et typos eiusdem moduli minimi, verum per longe paucissima compendia,

2) orationes similiter separatas, vel minus, et distinctas vncis („in Gr. sed in Vs.") qui vnci et omissi pariter interdum, vt p. 108. e. sq. initio orat. it. p. 126. m. init. et fine, etc.

3) diuersa, vt p. 4. e. init. sectionis ΤΩΙ cum iota, p. Steph. nudo ΤΩ,

4) distinctiones saepe alias, quam Steph. cf. per opus,

5) praeter Notas nullas, vitia quoque, aut Steph. vt p. 14. l. 5. ad 1, 5, 5. e. ἀκριβῶς cum iota, aut alia, cf. praeter Errata illa, ab editore ad calcem data, p. 88. e. ἅρπάζαν, etc. per opus interdum notata, cf. 4, 3, 3. i.

6) lectiones plerasque Steph., tum veteres, tum ab eo propositas per coniecturam, quas adeo in textum receptas reperias, cf. 4, 5, 12. i. 7, 8, 8. e. 8, 8, 18. i. saepenumero cupidius et temere, sed et cum deprauatione, cf. per opus et 7, 1, 16. p. 565. it. ib. 21. p. 573.

quemadmodum et emendationes Steph. ad Vers. Pol. statim recipiuntur in Vs. vt p. 17. e. ad 1, 6, 3. p. 190.

sed vt Stp. coniecturae quaedam, receptae quamvis, tamen vncis in Gr. includantur, vt 4, 15, 19. e. at 7, 10, 3. e. partim modo, quo videatur editor inclinasse potius ad partes emendationes que Sylburg.

7) lectiones peculiares, vt 8, 7, 22. p. 1101. ὑπαντᾶτο p. edd. et Mss. ὑπήντετο, per se quidem non male e forma contracta, — sed omisso pron. ad 8, 8, 2. p. 1104. αὐτὴν, hauddubie ob pr. simile αὐτῶν.

Caeterum b. Ernesti in Prooemio tantum p. 2. ad marginem Gr. alleuerat ter Var. Lect. e Ms. Ve. et Theupolo.

1608. 8. Ingolstad., in opere mihi Ing. 2., cum priori eadem, etiam adeo quoad paginas, harum que numeros, praeter haec

1) extrema in titulo: „Ingolstadii.
Ex Typographeo Adami Sartorii.
Anno M.DCVIII.“

2) quod typi sunt obtusi, et pluria compendia, quam in pr. cf. p. 10. l. 2.

3) aliae distinctiones interdum, cf. per opus,

4) inconstanter suscipiuntur coniecturae Steph., etiam cum deprauatione, cf. antea in 1. nr. 6., sed minus ad 4, 5, 12. i. p. 874.

5) lectiones deliguntur e Bas. 2. et nominatim e Bas. 2. Leisn., cf. 8, 8, 3. p. 1105.; sed simul etiam e Steph. ib. 7. p. 1111.

6) vitiis laborat suis, tum omittendo 3, 2, 5. p. 508. 4, 12, 11. e. 8, 5, 3. p. 1022. tum aliter 2, 1, 22. i. παύσεσθαι p. παύσεσθε e Bas. 1. cf. p. 2. l. 6. p. 8. l. vlt.

quanquam communia habet quoque cum priori, vt p. 10. l. 12. σὲ p. τὲ, cf. ib. l. 16. p. 14. l. 5. it. 2, 2, 22. p. 57. 4, 12, 12. i.

7) correctior comparet in partibus, vt 4, 14, 8. e. vbi iota ſeruat adeo contra Steph. in ἀποβ., cf. 6, 1, 5. i. vbi editor correxit prioris vitium, ſeruatis iſtius omiſſis tamen.

8) lectionem aliam, quam vulg., retulit, per ſe non malam, 7, 8, 6. οἶμαι p. οἴομαι, vna cum Boecl. 2. — it. cum Ing. 1. e voluntate Steph. 2, 2, 9. p. 42. 5, 4, 8. p. 105. — it. veram 3, 11, 6. p. 691.

1624. 8. Lugdun. cum titulo logiori, fere e titulo ed. Steph.:

„Ηρωδιανȣ ἱϛοριων βιβλια η.
Herodiani Hiſt. Libri VIII.

„Cum *Ang. Politiani* interpretatione; et huius partim ſupplem., partim examine *H. Stephani:* nec non eiusdem emendationibus quorundam Graeci contextus locorum, et expoſitionibus, ad calcem Operis.

„Adiecti ſunt etiam *Zoſimi Comitis* Hiſtoriarum Herodianicas ſubſequentium libri duo, ab eodem *H. Stephano* Graece primum editi.

„Nouiſſimae huic Editioni acceſſerunt 1. margini adſcriptae, quae ſenſum hiſtoriae capiunt, annotationes. 2. *Gnomologia*, ex Herodiano et Zoſimo diligenter collecta. 3. Nominum et Rerum Index."

Tum figura, ligno inciſa, non plene quadrilatera, ſed partim rotunda et anguſtioris ſpatii, amplectens circulum tripliccm, diuerſae latitudinis, intra quem muſca, opinor, expanſis alis omnibus cum ſtellulis, (niſi eſt potius papilio,) ſubtus iacente informi beſtiola, denſique corporis, e cuius latere vtroque eriguntur pedes cancrini quinque, (araneae in ſpeciem,) quorum vltimi latiores, cancri brachia denſiora aequantes, contingere vtrinque videntur volucrem ſuperiorem, ſubſcripto vno verbo: „MATVRA."

Sub his „Lugduni,
Sumptibus Petri Ravaud, via Mercatoria ad Sancti Petri vexillum.
M. DC. XXIV."

Huius pagina auerſa eſt vacui ſpatii. In ſqq. pag. 5½ Dedicatio illa ed. Steph. ad Phil. Sidneum tota, tum pag. 7½ etiam illa ed. Steph. Praefatio, praeter ſectionem vltimam ap. Steph. Dein in reliquo paginae ſpatio figura, ligno inciſa, fere vt in vtr. Ingolſt., ſed latior.

Paginam a tergo inanem excipit Noſter, poſt figuram, ligno inciſam, totius prope paginae longitudine:

Subter ſeſe deinceps ſcribuntur haec. „Ηρωδιανȣ της μ. Μ βασιλειας ιστοριων βιβλία ὀκτώ. Βιβλιον Πρῶτον. Herodiani Hiſtoriae de imperio poſt Marcum, vel de ſuis tempp., Libri VIII.

„Angelo Politiano Interprete.

Liber Primus

Προοιμιον. Prooemium.“

ſequente Gr. textu et Lat. e regione cum p. 1 — 321. finita, tum Zoſimo p. 322 — 470. per 6 lineas cum ſolo vocab. „Finis“ et figura illa iterum lignea.

Deinde ſine numeris in fronte per pag. 17½ H. Steph. Annotatiunculae non tantum in Herodianum, vt in calce ed. Steph., ſed etiam in Zoſimum, vnius hae paginae et dimidiae, cum figura rurſus lignea iſta.

Poſt habetur, iterum ſine numeris „Interpretationis huius partim ſupplementum, partim examen. Aucthore H. Stephano“ per paginas 36½ cum vacuo ſpatio reliquo.

Inde, rurſus ſine numeris, „Gnomologia ex Herod. et Zoſ. diligenter collecta“ Latine tantum, et e Zoſ. modo binis ſententiolis, per pag. 8½ cum ſpatio vacuo.

Denique „Index rerum magis notabilium hoc opuſculo contentarum“ Latinus tantum, ſine numeris per pag. 29½ cum „Finis“ et figura illa lignea quartum.

Pag. ſequenti media, intra quadratum amplum, per latera varie exornatum leguntur:

„Lugduni
„Ex Typographia
Claudii Cayne.
MDCXXIV.“

Iam porro in textu conſpiciuntur Gr. haec: 1) Prooemium, incipiens per litteram grandiorem in figura quadrilatera, diſſectum eſt in tres partes, ſecus ac in ed. Steph.

2) ſectiones reliquae, vt ap. Steph.

3) textum intra Gr. et Lat., loco numerorum Sylb. per decades, ſiant per paginam quamque elementa quatuor A B C D, non aequo intervallo, inde a pag. 2; ſicut p. 1. modo A.

4) orationes ſeparantur quaedam, non tamen minores, cf. p. 13. e. D., nec adeo maiores, cf. p. 14. e. D., deſtitutae omnes vncis illis in margine

(„), vt ſententiae ſuo aliquo inſigni et veluti hedera ſuſpenſa.

5) typi fere aequant Stephaneos magnitudine, non item acie, ſed

6) compendia habent aut eadem cum Steph., aut alia, et adeo maiora, vt p. 9. D. l. 4. 16. l. vlt. 18. l. vlt. 111. B. l. 6. 136. B. l. 5.

7) diſtinctiones pluries Steph., quam Ing., ſed aliae etiam, quam Steph., interdum ex Ald. it. Baſ. 2. R. it. Baſ. 1. — it. adeo cum Ms. Ba. 8, 8, 10. e. p. 1118.

peculiares porro non ineptae, vt colon in periodo compoſita, v. c. 7, 9, 8. p. 786.

8) vitia, communia illa cum Baſ. 1. R. aut 2. Leisn. ad 7, 9, 7. p. 780. Var. L. u), ſed et propria, vt p. 10. B. l. 7. it. ad 8, 4, 24. i. 30. p. 1017. it. in omiſſis, tum art. 7, 9, 15. it. δὲ 8, 8, 19. i. et ſubſt. πρέσβας 8, 3, 6. i. tum pluribus vocibus ad 6. 6. 2. p. 415. — it. in male transpoſitis 6, 9, 7. i. — it. in confuſis litteris 5, 8, 18. e. p. 266.

9) ſcripturam peculiarem, dum ſola haec editio dividit ἐπὶ πλέον 8, 8, 14. p. 1126. — ἐχθυμ. 1, 10, 5. p. 390. cum iota,

10) lectiones alias, vel ex aliis edit., vt cum Ing. 2. ad 3, 15, 18. m. it. cum Baſ. 2. Leisn. ad 5, 6, 5. i.

vel proprias, non per ſe malas, 1, 2, 5. p. 47. 2, 6, 13. e. 2, 12, 7. e. 5, 5, 12. p. 148. 6, 6, 10. e. p. 437. 8, 2, 2. m. p. 924. 8, 5, 10. e. 8, 7, 1. p. 1073. — in quibus et quaedam fuerint e lapſu operarum, vt ſunt aut videntur hae p. 153. A. l. 5. γένοιτο p. γένοιντο, (quo de tetigi ad 4, 1, 4. p. 799. demum in Nouis Add.) it. 7, 11, 5. p. 849. 8, 1, 13. p. 919. 8, 8, 11. i. — vt cum Ms. Ba. adeo 6, 5, 16. p. 395. 6, 9, 6. p. 520. — ſemel denique e Steph. monito forte p. 58. l. pen. ad 2, 2, 12. i.

Caeterum editor ſtellulas illas (*), futurae Notae ſigna, tum omittit, vt p. 260. i. ad 7, 2, 11. p. 595. it. p. 261. e. ad 7, 3, 2. i. et p. 263. i. ad 7, 3, 10. i. (quibus tamen locis ad calcem editor e Steph. ſubiecit Notas; in qua calce tamen ad ſecundum locum male habet numerus 262, pro his veris „261. Scribo γνω-

μένων. — 262. Scribo καὶ λ.") — tum contra ſignum poſuit illud p. 237. D. l. 1. ad 7, 10, 16. e. vbi nil Notae ad calcem; quo de genere Steph. obliuionis, vel profeſſionis, aliis rebus impeditae, ſupra etiam Sylburgius.

1627. 8. Parei, (in opere prima dicta et Par. 1.) qua de, cum non amplius in manibus eſſet, coactus ſum dare ſola haec, quae olim comparando in liturariis meis exſignabam. Titulus fuit:

„Ηρωδιανȣ τῆς μ. M. βασιλείας ἱϛοριῶν βιβλία ὀκτώ.
Herodiani Hiſtoriae de ſuis temporibus libri VIII.
E graeco quondam in linguam latinam conuerſae ab Ang. Politiano: nunc vero a variis mendis caſtigatae et notis brevioribus illuſtratae:
ſtudio et opera
Danielis Parei, Philip. Filii, Dau. Nepotis.
Francofurti ad Moenum
Typis Ioh. Friderici Weyſſii,
Impenſis Gulielmi Fitzeri,
Anno ∞ IↃ CXXVII."

(Manu adſcripta erant haec. „TS. Reineſius D. — Editioni Londin. a. 1637. apud Thom. Harper, impenſis Sam. Browne, acceſſit Speculum Principum bonorum et malorum ex Herod. l. VIII. excerptum. — Edit. Baſil. Graeco-Lat. curata a Ioh. Huobero Med. ib. a. 1549. in 8. — Ioh. Henr. Boecleri cum Indice luculento philologico D. Balth. Scheid. Argentor. ap. Ioſ. Städel in 8. 1661. — Mentio Herodiani apud — Capitol. in Clodio Albino p. 325. et Alex. Mammaea p. 573. — Lamprid. in Ant. Diadumeno p. 292. — Euagr. l. 5. hiſt. eccl. c. vlt. — Phot. Biblioth. c. 99. — Capitol. in Diadum. ſuis: Herodianus ſcriptor graecus.")

Tum Dedicatio: „Praecellentiſſimo Viro Henr. Altingo Salutem dicit Daniel Pareus." Poſt varia, quorum ſumma eſt ſolatium in calamitate e veteribus ſcriptoribus, enumeratis que, quos legerit, ediderit et illuſtrarit commentario libello, pergit ſic. „Eandem medicinam mihi polliceri viſus ſum ex lectione accuratiſſimi ſcriptoris Herodiani, qui hiſtoriam ſui temporis annorum ſexaginta a Marco Imperatore vsque ad Gordianum III. eſt perſequu-

tus. In eo quippe obſeruaui, imperii ſceptra non eodem fortunae nutu volui, ſed variis ac repentinis interſtitiis inquietari, nihil que adeo hodie contingere, quod non et olim ſubierit Deorum illa purpurata natio. In tantum igitur placuit Romanae hiſtoriae autor ille, vt e manibus non ante depoſuerim, quam et Graecum iuxta ac Latinum textum probe excuſſiſſem, in capita ordine digeſſiſſem, notis que breuioribus illuſtraſſem, id que in priuum duntaxat meum vſum. Quam quidem opellam meam vbi amicorum alter et alter forte viderunt, perſuadere ſeſe mihi ſtuduerunt, vt ſic concinnatam hiſtoriam Herodiani publici quoque iuris facerem: quo laboris huius cuicuimodi fructus ad plures quoque derivaretur. — Neapoli ad Moganum. a. d. XXVIV. Aug. Anno ∞IↃCXXVI.“ Sequitur „Ang. Politiani ad Innocent VIII. — Praefatio“ ſine ſubſcripto, niſi per Ms. „prid. Non. Mai. a. 1493. Andreae Magnanimo ſuo verſionem ſuam commendat et vt excudi eam procuret, rogat, e ruſculo Feſulano. Extat in edit. Baſil. Huoberi a. 1549.“

Dehinc „Praefatio ad Lectorem (vt in fronte paginarum ſqq. modo inſcribitur, a me repetita, quoniam eſt veluti Epitome ſ. Compendium Herodiani.) — Lectori Beniuolo S. — In Herodiani hiſtoriis videbis rerum caſus admirandos, et vices obſeruatione digniſſimas. M. Ael. Antonius Philoſophus orbis defenſor, ſpeculum virtutis, bone Deus, quam perniciosum humani generis hoſtem, quam profundum vitiorum gurgitem et genuiſſe, et reliquiſſe hic legitur? An non Commodus hic, paternas virtutes abiecit, opt. illius exemplis proculcatis, ſpecimina ipſe propoſuit malitiei et dedecoris? quibus non ſolum militem, verum etiam Senatum populum que Romanum ita infecit, vt ciuilem et vtilem Principem Pertinacem ob virtutem exoſum haberent, ac parricidio extinguerent? Mali autem praecipitium quam ſit obuium, oſtendit ruina illa, qua vulgus non ſolum, ſed ſanctiſſ. et doctiſſ. viri prolabi videntur. Didius Iulianus aequi ſacerdos, iuſti doctor, legum cuſtos, cauponatur imperium, id que ſanguine luiturus. Neque

eſt quod quis exiſtimet, peccatum numeroſitate correctorum facile corrigi poſſe, poſtquam inoleverit; cum inſida illa imperii et ſimulata rectorum ſocietas vel optimos corrumpat ambitione, fomenta tyrannidis ſubminiſtret, diuaricet que imperia: proſcriptionum denique et parricidiorum proponat interdum exempla: quod ipſa Albini, Peſcennii tempora loquuntur: et Seueri Principis, qui Caracallam, immitem catulum, poſt ſe relinquens, (hic quidem feries laborare videtur: ſed ab alia manu ſcripta haec corrigere non potui, libro ipſo abſente,) cuius venenum ſuperare potuit, fratricidium in Geta nequiuit, immo edocuit. qui certiſſ. hoc eſt, Sceleratas acquirendi regni et tyrannidis artes, tanquam adminicula ſucceſſionis in vſum traduci: quae licet perdurare diu nequeant, paruo tamen tempore, et priuatis et publicis rebus, ſummam eam que perennem calamitatem infligunt: dum ſcelus ipſum foeditatis ſuae affectatores et admiſſarios habeat, qui omnem florem, omnem odorem virtutis conſpurcare nitantur, quo factum, vt neque Macrini ad ſumma adſpirantis animus, neque Diadumeni generoſa indoles exerere ſeſe potuerit: quando luxu perditus miles, et imperioſus, Baſſiani indulgentiam, in Heliogabalo monſtro rediuiuam, amplectebatur: ac quam ipſa diuinitas diutius tolerare non poſſet, portentoſam pecudem laetiori animo perferre, (hiſtoricorum more, opinor, p. imperf. priori) quam inſequentem omnibus numeris abſolutum et imperatoriis virtutibus perfectiſſimum Principem Alexandrum. Correptione enim offenſum vitium, virtutis lenimen non moratur: ac faſtidio medicinae, medicum ipſum perdere cupit. Tantam vero pertinaciam iuſtitiae oculus vt edomaret, Vltio diuina praeſto fuit: quae duos illos Maximinos Senatui, militique carnifices immiſit, Gordianum oſtenſum rapuit, Pupienum Balbinum que committit; poſtremo puerum Gordianum imperio praeficit, tutoribus gubernatoribus que ſubiectum, initia certe horrendi exitii, quod paulo poſt Rempublicam Romanorum ferme totam inueſtit ac peſſundedit.“ Sic finitur ſine ſubſcripto.

mium (p. *Septimum*) Seuerum, Antoninum (rursus p. *Antonium*) Caracallam, Heliogabalum, et Maximinum, etc.“

Qua pag. 8 dixi, finiebant haec modo „Daniel Pareus. Phil. Fil. Dau. Nepos.“

Nunc prioris ed. eadem Praefatio: „Lectori Beneuolo S. (sed finis alius pag. sequentis lin. 6.) — pessum dedit. Tantum est. Vale, et Herodiani Historias magni aestima.“

Statim post „Summarium Herodiani, ex Photii bibliotheca p. 102. 103.“ Latine tantum, finiens cum pag. sq.

Noua pag. habuit (cum fronte priorum pag. „ad Lectorem“) partem modo Epistolae Ang. Politiani ad Andr. Magnanimum „Efflagitari — post edentur, (et a med. pag.) Eiusdem Polit. Praefatio ad Innocent. VIII. — Cum Romae — anxietas (post quam partem iterum istius additum modo) Vale“ vacuo relicto paginae spatio inde a medio fere.

Tum noua pag. coepit his: „Innocentius Papa VIII, dilecto filio, Angelo Pol. Salutem et Apostolicam benedictionem. — Herodianum — Datum Romae — die 16. Aug. M. CCCC. LXXXVII.“ —

Dein in media pag. „Augustinus Maffeus, Ang. Politiano. S. D. — Cum esses Romae — euigilabit. Vale.“ quae finiebant pag. sq.

Tum „Fridericus Sylburgius, Praefat. in Herodian. (partim modo a principio) — Herodianus suorum temp. — prodiderunt.“

Eadem pag. med. „Ex Praefatione H. Stephani ad Phil. Sidneium (ex media tantum) Duos ad te — complectatur.“ quae excepit in sq. pag. med. „Eiusdem H. Steph. Iudicium de Interpretatione Ang. Politiani. (proprie ex H. Steph. „Praef. in suum examen Interpret. Pol.“ principium modo) — Quantus — fraudauerit.“

Tandem a tergo tria in laudem Herodiani testimonia, quae infra exhibeo, nunc accedens ad nouam pag., cuius frons ornata parallelogrammo, ligneo, varie exsculpto, ramis foliatis, floribus, cinaris cum calathis, etc. Sub qua figura

„Ηρωδιανȣ της μετα Μάρκον βασιλέιας ἱστοριῶν βιβλίον πρῶτον.	Herodiani Hiſtoriae de imperio Rom. Imperatorum poſt Marcum, Liber primus,
Προοιμιον.	Prooemium."

quod, coeptum elemento grandi in quadrato, ſine vllis ſectionibus, continuo pergit vsque ad p. 3. init., poſt quae „Breuiarium Libri primi" fortaſſis idem cum illo ed. prioris, longius quidem, vt ad finem paginae modo praebeantur quatuor verſus textus Gr. ac Lat., qui textus tenet deinceps eadem illa prioris ed. 1) ſectiones cum numeris Rom., 2) marginalia, continentia illa tum argumenta hiſtorica, vt p. 3. e. „I. Marci filius Veriſſimus moritur" per mera adeo nom. propr. vt p. 6. „Ptolemaeus, — Antigonus, etc." it. p. 23. m. „Feſtum Matris Deûm" p. 26. e. „Lauri odores contra peſtem valent" p. 33. i. „Sacra via" tum e moribus vt l. 2. p. 50. e. „Beneficiorum memoria" p. ſq. m. „Sella non facit Imperatorem: ſed res geſtae. — Memoria iniuriarum tenax" p. 60. e. „Sub iniuſto Imperatore omnia in peius ruunt: licentia militum gliſcit" p. 71. m. „Miles probatur labore, mollitie" — p. 72. m. „Roma ἑστία Imperii" — l. 3. p. 87. m. „Byzantium" — l. 7. p. 219. i. „Tyrannorum res lubricae" — l. 8. p. 248. i. „Oratio legati" p. 261. i. „Oratio Maximi" — 3) orationes cum titulis, Δημηγορία λ. ſed non omnes diſſectas, cf. p. 7. 9. nec ſeparatas minores, cf. p. 11. ſect. XI. extr. nec longiores ab init. cf. p. 12. — 4) ſectiones textus interdum breues admodum, vt XXII. p. 18. XXIX. p. 21. et ſolum in Vs. cf. p. 26. 28. 33. — 5) finem quidem librorum ſemper ſine ſubſcriptis, at interuallum ad ſequentem impar, et quemque librum cum ſuo aliquo Breuiario, vsque ad p. 266. qua inchoata deſinunt textus vterque cum „Τέλος. — Finis."

Relicta pagina dein vacua, attexitur „Index rerum memorabilium in Herodiano per 6½ pag. litteris minutiſſimis, quae pag. vltra medium inanis habet modo „Finis."

A tergo nihil, ſed in pag. noua titulus alius: „Principum bonorum et malorum Speculum, ſiue Monita et Exempla Ethico-Politica: Quae virtutes et vitia Prin-

cipum ſpectant. Ex Herodiani Hiſtoriarum ſui temporis Libris VIII. Excerpta a Daniele Pareo.

Londini,
Venalia proſtant apud Sam. Brown,
Anno M.DC.XXXVIII."

Poſt tergum vacuum rurſus „Aphorismi Ethico-Politici. Ex Herodiani Hiſt. ſui temp. Lib. I. Prooemio." a p. 3 — 49. extr. qui Aphorismi, vt nomen fert, ſecti in particulas, maiores, minores, cum numeris Rom. Latinas res producunt cum verbis interdum Gr. Herodiani.

Quam paginam ante dixi hos Aphorismos finiſſe, ſequuntur aliae duae, vbi titulus „Ad Lectorem" et eadem quae ſupra „Fridericus Sylburgius, Praefat. in Herodian. — Ex Praef. H. Steph. — Eiusdem H. Stp. Iudicium rel."

Claudit inane tergum paginae. Tum in mundae papyri plagula Erneſti haec atramento ſcripſerat. „Solebant vett. m. Principes nouis Principibus gratulari per publicas legationes, id quod diſcimus exemplo Pertinacis p. 53. Nigri p. 65. — ad p. 32. *de templo pacis.* ad Numae tempus refert Clemens Stromat. L. V. p. 234. ed. Sylb. d. huic ſententiae aduerſatur Tertullianus, qui Numae tempp. nulla templa fuiſſe ait. Certius itaque autoribus Suet. in Vit. Veſp. c. 9. Plin. XXXVI. 15. Veſpaſiano Iudaeorum victori tribuitur. de cuius ſplendore cf. Ioſeph. Bell. Iud. L. VII. c. 24. Plin. l. c. von Seelen de Dea Pace. Progr. Lubec. 1718. ed. p. 7. 8. Procop. L. IV. de bello Goth. dr. νεὼς κεραυνόβλητος. — Solebant recens creato imperatori ſ. regi praeferre ignem. cf. p. 65. §. 30. — NB. Steph. ibi legi vult: ἑκάστε. v. c. I. 17. Herodianus (ſequebatur vox per compendium, mihi quidem non explicandum) dicit ἑκάσθεν p. ἑκάστε. ita ap. Aelian. V. H. XIV. 33. — Sueton. in Aug. c. 24. Diſciplinam milit. ſeueriſſime rexit, ne legatorum quidem cuiquam niſi grauate, hibernis que demum menſibus permiſit, vxores inuiſere."

Iam textus Gr. 1) litterae ſunt minores, vt Steph., nitidae que
